

51

12



BIBLIOTECA  
DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.  
Estante n.º *CA 51*  
Tabla  
Número *M 293*

*a 51*  
*M. 293*



Physic Compositae  
Virginia Hispania  
Martyr Candidata  
In Anglia fides profusa

Autem

Grati tua mensura datus est illi  
Sacrificia

S. Sebastianus, O. S. Augustinus  
S. Petrus S.

*[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]*







Vita  
 Aloysia Caruafalia  
 Virginis Hispanae  
 Martyrii Candidatae  
 In Anglia fidem professae

Authore

Girardo Orano merenio Societatis S. S. S.  
 Sacerdote.

Si sustinebimus, & Corregnabimus  
 2. Timot. 2.

*[Large decorative flourish]*

De Collegio de la Compañia de S. J. de  
 Villagarcía de la Torre



Wm


Allyria Compositae  
Allyria Compositae

Mary's Compositae  
In Anglia flos profane

Author

Printed from the press of the  
Author

London, Printed and Sold by  
W. B. G.





PHILIPPO TERCI<sup>o</sup>

2

Virtute, maiestate, potentia,  
omnibusque Regni ornamentis  
nulli Monarcharum

Secundo,

Hispania Regi Catholico.

debet hac inscriptio Regia  
corona quaedam, seu alia simili  
pictura undique ambi.

L. 1717

Virtus medicinalis potentillae

in rebus medicis

et in rebus domesticis

secunda

Abbas P. P. P.

libet hoc scriptum fieri  
in rebus medicis et in rebus  
domesticis



Gregios vero, <sup>multoque</sup> ~~magis~~ praestantissimos gloriae fructus illi e reliquo prin-  
cipum numero cepisse censendi sunt, Rex Catholice, qui non bello tantum  
armisque Imperij fines, sed pietate virtutis, atq; Ecclesiae pomeria profer-  
re omni ope contendunt; Deoq; labores suos, vigiliisq; omnes ab ipsis re-  
gni primordijs dedicarunt. <sup>Siquidem</sup> ~~Quoniam~~ in his mortalium rerum concen-  
tionibus, quibus caelum omne consumitur, nihil esse, vel ad meritum op-  
tabilius, vel ad veram felicitatem praestantius potest, quam Dei honorem  
amplificare, quo vno diuorum beatitudo, deusque maximum contine-  
tur. <sup>tantum</sup> ~~Quoniam~~ porro virtutis ardorem <sup>tantumque diuini cultus studioque semper</sup> ~~non a maioribus tibi traditum, sed a te ipso inuentum~~  
<sup>non a maioribus tibi traditum, sed a te ipso inuentum</sup> ~~non a maioribus tibi traditum, sed a te ipso inuentum~~  
ac partum esse iudicatur; quippe qui Catholicam rem plurimis in  
oris laborantem, opibus, atq; auctoritate praecclare filius, piusque vndiq;  
aut persecutionum aestu, aut <sup>acerbioris fortunae remissione</sup> ~~conmuni fortuna~~ agitates sustentas.  
Mittit reliquos, qui vel in vltimis orientis finibus ma<sup>ti</sup> tute numen ta-  
men, opemque praesentem sentiunt; quot <sup>Ascetozia</sup> ~~ascetozia~~, domusque religiosorum,  
et studiosorum seminaria varijs Europa locis a te vel erecta sunt,  
vel stabilita; quibus septentrionem tibi, Anglorumque in primis perpe-  
tua beneficiorum memoria deuinxi. Cum enim illos haereticorum  
furore e sedibus suis eiectionis pietatis ardore ad litteras capefendas  
inflammatos videres, Religioni ad ferendas suppetias annuente de-  
esse iudicasti. Itaque cum armati adhuc in acie infestis signis star-  
rent, non militari modo gloria, qua barbari excellere praecipuum putant,  
sed beneficijs hostes superare contendisti, ijsque aduersus eos lanceis  
pugnasti, quibus olim Alexander cum Taxilo Indorum Rege con-  
flicxisse memoratum; quo vno ut nihil in rebus mortalibus est illustrius,  
ita nihil tibi vniuersa gens, maius fatetur debere, cuius benignitate  
provisum est, ne expulsa ab Anglia virtus, ac Religio exularet, quae  
omnes oras imperio tuo, quam late Europa patet, subditas pro domi-  
cilio haberet. Quo circa faciendum putabam, ut in tuo potissimum  
nomine appareret hic libellus; ut quae in Anglijs tuendis numquam  
laesata est benignitas, eadem hanc historiam de rebus in Anglia  
pro Religione gestis, sub illius auspicijs, emissam respiceret. Quam-  
quam alio titulo, qualecunque id est, iure meritisimo tibi deberi vi-  
deatur, in quo Aloysia Caruajalix vita continetur, cuius corpus exi-  
mia veneratione ex Anglia petiitum in cenobij tui delubro ad pre-  
cipuum ornamentum collocari voluisti. Atque illius quidem virtutes  
eo forte nomine acceptiores esse debent, quod sub eiusdem palatij  
tecto educatam esse meministi, ut quidquid est in his praecclarum, et  
splendidum, eius adhuc monumenta penetibus tuis impressa con-  
spicias



spicias. Quare cui olim domicilium suum, regiamque patere maiores  
tui voluerunt; eandem in hominum lucem ex septentrionis tenebris post-  
liminio redeuntem sub augusti nominis tui patrocinio latere, ut spero,  
patieris, parvasque lucubrationes magna, atque humanitate capi-  
es, memor dictum sum a clarissimo Persarum Rege esse egregie, non  
minu<sup>Regiam</sup> esse paruum munus accipere, quam magnum dare.

# VITA ALOYSIAE CARVAJALIAE

## Libri primi

### Caput 1<sup>m</sup>

Satis ne audacis calami est, in tanta oblatantium Sacerdotum  
rabie, Virginis clarissima vitam omnibus sanctimonia, atque ampli-  
tudinis notis insignem, litteris ad perpetuam posteritatis memoriam  
consignare? Quippe cum vetus illud quidem magni Macedonis  
edictum adhuc audiam, pictorum turbam arcentis, quod arcanum vir-  
tutis splendorem, et magnitudinem unius <sup>Apollinis</sup> ~~Carvahal~~ penicillo ex-  
primi posse, crederet. Apud illos vero, qui vel ipsam integritatis, ac  
sanctimoniae nomen inuisum habent, atque auersantur, quis omni-  
no alius virtutis venustatem suis coloribus possit expingere, quo  
cunctis accepta, atque amabilis reddi possit? et verendum est ni-  
mi<sup>r</sup>um, ne Aloysiae laudes nominis sui sigillationem interpreten-  
tur, atque indignari satius habeant, quam imitari: praesertim cum  
ex omnibus, quas hactenus memoriae commendatas, legisse contigit,  
Virginibus prima exiterit, quae patiendi desiderio incensa ab ocea-  
no, extremisque terrarum terminis in medias septentriones oras  
voto obstricta penetravit, et martyris decus, quod in Hispaniae  
regionibus







Pietatis  
regno, quod ~~virtutum~~ olim, diuorumque diuersorum esse voluit religio. Neque  
felicior usquam in toto prope modum terrarum orbe <sup>Virtutum</sup> ~~probatior~~ fuit prouentus, nec  
locus usquam <sup>sanctior</sup> ~~sanctior~~, bonisque moribus cultior, aut exemplis ditior. Incolle  
Anglie nomen non casus aliquis, sed eorum integritas inuenisse videatur, que  
vnius littere defectum multis virtutibus abunde supplebat olim. Sed nem-  
pe in tanta domesticorum martyrum copia peregrina deerat, eaque mul-  
lier, inquam aciem subinde familiaribus exemplis fatigatam retorquer-  
rent, scirentque quanta ipsis vltro in patria solo gloria, palmaque suc-  
crescant, que per tot terre spatia, marisque anfractus clarissimis ho-  
minibus quaerenda videbantur. Vanam et ad illos quoque, qui refor-  
mator sese vocitant, vera aliquando vox aliqua peruenire possit.  
Illud certe dicendum est, si nihil aliud haberent illi, ex quo fidei <sup>orthodoxa</sup>  
<sup>constantie</sup> veritatem cognoscere possent, vnum hoc abunde sufficere vi-  
licet, quod eam tot martyrum mortem immortalibus apud se monumen-  
tis signatam vident; quod sanguis ille omnibus regni locis fensus iden-  
titem clamat; quod ad id eodem liquore testandum ex alienis terris  
ad venam ad se accurrisse haud ignorant. Neque enim ficta, aut  
adumbrata esse potest illa virtus tam excelsa, tamque singularis, que  
per orbem vniuersum tormenta quaesivit, quibus caput suum obijceret.  
Deus certe, Deus hunc illi animum dedit, viresque, ut ad sanguinem  
pro fide sua, ac veritate fundendum se offerret, quam funestis om-  
nium odijs, telisque maledicentiae vndeunque impetitam videbat  
laborare. Videant porro isti, ne quemadmodum ei gloriosissimum  
fuit martyrii decus quaerere, ita sibi turpissimum sit in Anglia sola  
inuenire potuisse, quod apud Mamelucos, Turcosque, et Francis-  
cus olim frustra fecerat, reperiri posse desperaret. Et celebratam  
est quidem in omne nomen Christianum populi illius odium, iraque  
immortales; sed intra commune tamen ius gentium, barbaraque hu-  
manitatis fines se coercet, ut solis prope modum ministris Angli-  
canis iam crudelitas debere videatur, quod non omnis adhuc Chri-  
stomasylum familia defecerit. Neque ipsi tamen scuitia nomen  
ferunt, mitissimi mortalium scilicet <sup>quidem?</sup> ~~quidem?~~, qui cum ad damnan-  
dum vocantur, id certe exclamare non debeant necesse: Vanam  
nescirem litteras; quod eas, virtutemque, et humanitatem, ac om-  
nia postremo cum religione perdididerint: idque ne nescirent, fune-  
stissimi schismatis parens Helveticus orbi vniuerso miseranda voce  
testatus est, quam errorum suorum, et impietatis heredibus moti-  
turus testamenti vice vltimam esse voluit. Neque gloriari eos



nimium velim, quod e vivis diuos facere. soli iam prope norint, totque caelo marty-  
 res dederint, atque immortalitati consecravint. Est quidem illud nomen glo-  
 riosissimum, et ille secures, crucesque, <sup>ac</sup> reliqua suppliciorum genera ad aeter-  
 nam laudem prestabilia ferentibus, at inferentibus certe ad dedecus, pe-  
 nasque immortales, et omnium gentium detestatione grauisimam. Neque  
 enim tam liberalis est in martyribus indigitandis Ecclesia Catholica, quam  
 Foxius ex haereticorum numero celebratione Anglis nomen, qui in martyrum  
 ordinem retulit Lauerniones, sacrilegosque omnes, aut cuiuscunque sce-  
 leris gratia morte damnatos, modo ~~Sed~~ extitissent: qui martyrum suo-  
 rum protam insigni beneficio procomartyr sine contouersia esse meruit.  
~~neque enim in seipsum in hoc numero locum sibi vendidit.~~ Est quod  
 gratularer isti martyrum tam feraci sectae, nisi et <sup>alastorem</sup> ~~contouersiam~~ suos  
 Sabere <sup>Martyres</sup> ~~fortes et amplissimum monumentum~~ scirem, in quibus referretur  
 illos, quos hic diuis conscientiae, scelesumque supplicij excarnificatos  
 ad aeternas poenas rapit. ~~Quisane~~ martyres non poena facit, sed causa, ne-  
 minemque <sup>Apostolus</sup> ~~pro se~~ pati vult, ut Somicidam, aut furem, aut ma-  
 ledicum, sed ut Christianum, atque in eo gloriari. Cum ergo vna sit fides,  
 que sicut a persecutoribus agitata martyres fecerit, eorumque pro priis illis  
 vexandorum munus nunc Britanni suscipiant, vnum tantum monito ve-  
 lim, ut quorum facta imitantur, eorum infantiam, exitumque omni poe-  
 narum genere, <sup>funestissimum pertimescant, quia potius furore</sup> in feruorem verio, cum Themistode veterum illorum Bri-  
 tanniae Miltiadum tropea intruentes, antiquam quoque Religionis gloria  
 imitentur, suumque sibi ab alienigenis decus praeterpi non patiantur, <sup>et</sup>  
 aut si noua omnia nouatoribus magis placent, pietatem, et constantiam,  
 roburque animi, ac malorum tolerantiam, quam a viris mulier discere  
 debuerat, a muliere viri discant. Quod illis minime pigendum esse  
 arbitror, si meminerint id a duobus haereticis ~~et~~ <sup>primipilis</sup>, ut mox  
 dicetur, quos Anglia tota in cathedra pesalencia sedentes, vulgusque in-  
 cautum docentes audiebat, esse factum, <sup>cuius rei memoriam omnes</sup> ~~facinorosi non tam auctores~~ <sup>excipient</sup>  
~~et alios consequentes.~~

x Apostolus

### Caput 2.<sup>m</sup> Infantia illius, et educatio.

Illustrissima est inter Hispania proceres, opibus, clientelis, dignione, atque  
 cum praecipua nobilitate necessitudinum vinclis <sup>Caruajaliorum</sup> Caruajalorum familia, in  
 illis Castelle noue oris, quas Extremadura nomine appellari placuit. Illius  
 princeps Franciscus Caruajalis, ducta in matrimonium Maria Mendoza  
 Marchionis Almazani sorore, quinque ex ea filios susceperat, quorum v-  
 num tantum naturae communis fragilitas vite reliquum fecerat. Ergo Deum  
 obnixè

generis gloria, et dignitas



<sup>Sequioris</sup>  
 obnixè precabatur, ut aliquam quoque <sup>totque</sup> ~~seu~~ sexus prolem familie indub-  
 peret, totque liberorum iacturam unius accessione sharetur, quin et Ma-  
 ria, cuius animum maiori inflammatum cupiditate concitato ad exore-  
 ma omnia impetū desiderium rapiebat, virum eximia id temporis vir-  
 tutum, notaeque sanctimonia laude præstantem Petrum Alcantarā e. D.  
 Francisci familia ~~admittit~~ adiit, eius ut possimum precibus conseque-  
 retur, quod suis impetraturam, saud satis confidebat. Et matris studio  
 eximieque omnium pietati non dispar fuit exitus: etenim <sup>Vir</sup> ~~et~~ Sanctus  
<sup>perfectus</sup> Religionis, ac miraculorum gloria conspicuus  
~~et cum optimo maximo singulari pietatis ardore non~~  
~~semel precatus~~ Parentem male virtute esse iussit, fili-  
 am utique habituram, quæ illius nominis gloriam immortalem haud  
 paulo maiorem, auctioremque posteris relinqueret. Dicti fidem li-  
 beravit euentus, matrisque voluptatem, <sup>quæ promissæ iam</sup> ~~quæ iam~~  
<sup>proli</sup> ~~quæ iam~~ amore ardere ceperat, secundis omnium gratula-  
 tionibus cumulavit; iamque annus à salute parta millesimus quingent-  
 tesimus sexagesimus quintus circumactus erat, cum <sup>mater</sup> ~~matris~~ primo à ca-  
 lendis Januarijs die in Caraisejo placentina præfectura oppido  
 felicibus in eandem anni auspicijs felicissimam, neque tam suam, quam  
 orationis filiam cum ingenti familie uniuersæ plausu, ac lætitia enixa  
 est. Nomen ei à sacro fonte, quo post diem quartum decimum ex ve-  
 teri magnatum instituto tincta est, Antonia Aloysia datum, duobus  
 in unum coalescentibus; cui quidem unioni non vna parentum pietas  
 causam præbuit, patre in Antoniam, in Aloysiam matre proniore;  
 et illa certe euicit, ut celebrius, notiusque per uniuersam vitam Aloy-  
 sia nomen esset, et in omnium ore, sermonibusque, ac luce veraretur.  
 Facilis porro filie in omnem iam pietatem, et procliuus infantia pa-  
 rentum sedulo non uelut magis, quam exemplo iuuabatur. Forma,  
 moribusque erat lectissimis, modestiæ laude clara in paucis, corporis  
 robore haud sepe, animo semper valentissima; tantis virtutum in-  
 ique statim ortu emicantium argumentis, ut unquam nescio quid diui-  
 num reddere videretur. Pudicitia <sup>eximia</sup> ~~eximia~~ sensus, prius etiam  
 quam per ætatem sentire posset; <sup>inimè benignitas</sup> ~~inimè benignitas~~ <sup>morum iugitatis</sup> ~~morum iugitatis~~ <sup>comi</sup>  
 tanta, ut in eam natura omnes delicias, atque <sup>gratia ad gratias</sup> ~~ambrosiatis~~ plena  
 manu <sup>concessisse</sup> ~~credere~~ crederetur. Accedebat ad hæc pietas, misericordia,  
 totque ornamenta alia, ut e parentis vberibus plus virtutum, quam  
 lactis supere videretur. Mortis discrimen haud leue in ipso  
<sup>puerili</sup> <sup>limine</sup> ~~puerili~~ ~~limine~~ adiit, grauibus capiti plagis ex acerbo casu  
 influctis, quæ cicatricem citra vllum formæ dispendium ad extremum  
 vite

Infantis virtus in  
 carnis uniuersitate  
 animique præstant indoles.



vite tempus impressam reliquerunt. Simul quinque annorum esse cepit  
 Legionem celeberrimam veteris regni sedem, ac domicilium concessit; quod  
 parenti illius vrbis prefectura demandata esset; vbi incertam, an ob muta-  
 tam vicari rationem, ceterique ~~causis~~ inclementiam quartana lues tenelle  
 virginis valetudinem ~~extremam~~ tentauit; neque tamen  
 eius pietatem retardare illa potuit, qua effractis infantia carceribus  
 in apertum iam tum virtutum capum sese effundere gestiebat. Mira  
 in pauperes miseratio ab usque hac aetate cum ipsa creuit, eoque largi-  
 endis effuse elemosynis excreuit, vt familiarium subinde voces quere-  
 re ob eam rem exaudirentur; sic tamen vt in probo instituto stantem, ~~et~~  
<sup>obstantem</sup> ~~obstantem~~ haud quidem permouerent. Neque e malorum tantum-  
 modo, vt plerique, sed bonorum quoque inuicem experientia miseris  
 succurrendi disciplinam hauriebat. Si quando lecto molliusculo  
 vteretur, aut in domum paternam, <sup>delictis</sup> opibusque affluentem oculos con-  
 uerteret, quod faciebat, sane frequenter, illacrymasse dicitur sorti pau-  
 perum, quod laris expertes omnibus aeris contumelijs, dureque <sup>necessitatis</sup> ~~vicissit~~  
~~tedinis~~ telis propositi nimia modo frigoris, modo estus atrocitate con-  
 fecti acerbis sub dio noctes ducerent, neque lecti, neque tecti, sed ce-  
 li tantum presidij, atque operimento nuditatem suam tuerentur.  
 Quam ob rem ad eorum egestatem leuandam curata e parentum co-  
 pijs auxilia congeriebat; cumque deessent, que daret, puluinaria po-  
 stremo ipsa barbaro artificio, ac opulencia splendida, que de more  
 gentis humi matronis seduris tapeti instrata <sup>occurrebant</sup> ~~instrata~~, e fenestris  
 in egentium sinum iniiciebat; que illi saud. mi nori gratitudine,  
 quam auuiditate rapiebant scilicet, vel calamitatis sua adiuuenta,  
<sup>vel</sup> ~~vel~~ <sup>maximol</sup> ~~maximol~~ <sup>in tenera</sup> ~~in tenera~~ <sup>momenta</sup> ~~momenta~~. Neq;  
 vero pauperes tantum, sed et ipsam adeo paupertatem impense ama-  
 bat, vt fratrum D. Francisci, quos excalceatos vulgus appellat,  
 mater quo ~~infectis~~ ~~infectis~~ pedes eius vnus gratia non sine pieta-  
 tis sensu, saepe numero oscularetur. Porro consanguineo quidam  
 suo sub D. Augustini tessera militanti, cum percontaretur, cur non  
 et suis idem quoque officium preestaret, responsum dedit, pedes eius  
 non eodem e metallo esse conflatos. Aureos enim illorum esse,  
 qui eos Dei amore omnibus presidij nudatos frigori, et saxorum  
 iniurijs obiectabant, ad quorum venerationem ingenti vtq; studio,

morbo conflatur

magna aduersus paupe-  
res benignitas

Paupertatis

nudipedum pedes osculatur.



ac pietate  
ac pietate raperetur. Neque verò aliorum sanctimoniam scire dimitari,  
ac suspicere illi satis fuit, quæ omnes animo virtutes, celumque uniuersa  
ardore mentis complexa, nihil se fecisse putabat, nisi integerrimum quorundam  
clarissimis Sui ipsius <sup>victorijs</sup> ~~superis~~ superasset. Ergo ne deteriora, quam proba-  
uerat, sequeretur, paruulis adhuc penitentia velut crepundijs ma-  
gna sanctitati præsudens, nudis pedibus per salebras, viasque aspe-  
ris, crebrisque saxis obsitis hieme gradiëbatur, et re coram domesti-  
cis interdum superuenientibus distimulata, ad eadem se post eorum di-  
gressum conuertebat. Tam verò matris grauitatem, ac modestiam  
singularem ita sequebatur, ut assequeretur. plane enim, si Sipienti  
credimus, in filijs suis agnoscitur parens, inestque in eius vita vis  
quædam admirabilis propagandæ virtutis, et in stirpem quasi deri-  
uandæ. Natura sane mobilitatem, indocentes per specularia pro-  
spectus, gestuum leuitatem, cæterasque animorum pestes non in  
se ipsa modò castigabat, verum etiam in alijs tantopere auersabatur,  
ut si quid à modestiæ legibus alienum in quopiam nota set, graui bus  
verbis sugillaret, et ad matrem continuus deferret. Quod cum ex  
ancillis forte quædam, qua matrem <sup>rex</sup> familiarius vti solita, <sup>erax</sup> acriter, et  
acerbe persentiret; Suiusmodi delationum fidem verbis apud eam  
elēuare contendit, ex eo colore orationi suæ petens, quod Aloy-  
sia ob ætatis teneritudinem mendacijs indignitatem Saud dum posset  
cognoscere, sed nihil egit, <sup>atque</sup> altius enim in parentis animo, ~~atque~~  
de Aloysiæ innocentia impressa erat opinio, quam ut eam leuis vel  
calumniæ, vel inuidiæ aura posset labefactare, et sane maior illi  
erat, quam pro ætate mendacijs religio, tantaque, nihil ut eius impor-  
tunitate tetrius duceret, aut indignius. Facile tamen se licet inor-  
tem in crimen vocari patiebatur, ut reprehensiones eorum flagitijs de-  
bitas in se ipsam auerteret. Ignotum enim vulgo contumeliarum  
decus iam <sup>atque</sup> inter tot familie honores vnicè amare, pulchraque am-  
bitione venari cæperat. Neque multos cerce huius amoris tam sancti  
riuales habebat, idque ancillis haud incommodè accidebat impune  
in illam congerentibus, si quid suo ipsarum scelere, aut inuicia pèsu-  
mire contigisset. Neque alia apologia ad obiecti criminis suspicionem,  
labemque eluendam utebatur Aloysia, quam excidisse animo, neque  
satis se meminisse, num tale aliquid a se admissum foret, cum demum  
felicem

nudis  
pedibus ambulat.

Reprehensionibus et probis  
onerari gaudet.



felicem se, ac beatam credens, si qua ex suspitione <sup>labes, aut infamia adhaesisset.</sup> infamia adhaesisset.

Vulnus, quod ex ancillis quaequam cruxi eius incaute infligerat, sancta  
pertinacia, celavit; neque matri causam eius, consciosque sedulo inquis-  
renti prodere voluit, nequid ancilla detrimenti pateretur; nimirum  
quasi leue esset dolores suos pferre; alienis etiam humeros subijcie-  
bat; eorumque mala in suis numerabat. At gnathionum praeconia,  
laudumque puerilium in principali vita circum aurem ludentium  
blanditias non eodem animo patiebatur, spernere illas, fugere, a-  
uersari; siue quod innata virtute ab illis abhorreret, siue quod illius  
animum premaximo quodam ~~animo~~ lumine Deus illustrasset. Quae  
quidem luxuriantis illius <sup>Virtutis</sup> ~~Virtutis~~ <sup>seges</sup> sideri potest, quae in tenero  
adhuc aeuo herbescens, adulta mox sequentibus annis uberrimas Deo  
meritorum ingentium aristas, fructusque esset allatura. Miraban-  
tur omnes eximiam indolem, et praecelatas animi dotes, tantumque  
in illa aetate decus suspiciebant; ~~quae~~ quod flamma quaedam pieta-  
tis, virtutumque scintille ex oculis emicabant. Et ea quidem, quae  
in natura inerant, maiora faciebat parentum industria, et educatio;  
ut enim prolixam matris in pauperes liberalitatem, non minori le-  
titiae, quam emulationis studio notabat, ita nihil illi iucundius con-  
tingere posse videbatur, quam eiusdem aetatis mendiculorum <sup>liberalitas in pauperes.</sup>  
greges <sup>inopiam, miseriamque</sup> inopia, miseriamque omnibus coopertis in unum cogere. Horum  
se caetibus immiscens tragemata, et dulciaria omnis generis diui-  
debat, quae plurima illi incredibili parentum amor, principumque vo-  
luntas, ac laudum suggererat. Nihil tamen fecisse se existima-  
bat, defraudato etiam genio, subtractisque voluptatum illecebris;  
nisi praeciosissima quaeque suis visibus concessa apophoretorum lo-  
co <sup>adhiberet.</sup> ~~adhiberet.~~ Quam quidem adeo piam in filiola propensionem,  
a <sup>omni</sup> ~~omni~~ <sup>genio</sup> ~~genio~~ <sup>virtutum</sup> ~~virtutum~~ <sup>et</sup> ~~et <sup>sacris</sup> ~~sacris~~ <sup>inimiculis</sup> ~~inimiculis~~ <sup>et</sup> ~~et~~ <sup>periculis</sup> ~~periculis~~ <sup>et</sup> ~~et~~ <sup>natura</sup> ~~natura~~ <sup>insitos</sup> ~~insitos~~  
sibi aduerbat mater, fouendam <sup>omni</sup> ~~omni~~ <sup>studio</sup> ~~studio~~ rata arculam ad asser-  
uandos, qui in eam rem destinarentur, numulos ei concessit.~~

Liberalitas in pauperes.  
Inopiam, miseriamque omnibus coopertis in unum cogere.

Quam auro subinde refertam in pauperes, <sup>et captiuos</sup> ~~et captiuos~~ <sup>et</sup> ~~et <sup>sub</sup> ~~sub <sup>barbaro-</sup> ~~barbaro-  
rum <sup>vinculis</sup> ~~catenis~~ gementes, quam primum vacuabat. Neque enim  
multum opes illas amabat, quae clauibus essent, serisque obnoxiae,  
primoque tempore effundebat, <sup>rufis</sup> ~~rufis~~ <sup>et</sup> ~~et <sup>in</sup> ~~in <sup>visceribus</sup> ~~visceribus~~ <sup>ege-  
norum,</sup> ~~ege-  
norum,  
quam in loculis, arculisque, vel trecentis seris conseruari.~~~~~~~~~~~~

Caput 3.







ac principali  
vita summam potentiam, rerumque omnium licentiam  
ratione, ac virtute frenare. - Erat ingenio munifico, et ad beneficen-  
tiam propenso; eosque, qui duriozem in paupertate, <sup>ac rerum vitam</sup> ~~at hinc inde~~  
agebant, rebus omnibus recreare liberaliter solebat: adeoque illo ipso,  
quo e vita excessit anno, experientibus ad fores mendicis chlamyde <sup>Quanta beneficentia pauperum</sup>  
ex heteromallo fusco humeris iniecta, ne quid ad operis tanti digni- <sup>necessitatibus consuluit.</sup>  
tatem deesse videretur, pecuniam, panem, aliaque cibaria magna  
animi alacritate diuidebat, idemque Aloysiam facere praeceperat.  
Aegros quantumvis abiectos, et horridos dissimulato, si quando opus  
erat, habitu inuisebat; sanie, ac miseris extillantibus fouebat, et phar-  
macis, ac pedibusque prolixè per famulos submissis solabatur; quin  
et ipsos quandoque, cum vires, morbusque patiebantur, languore  
prope exeros domum ad se deportandos curabat, ibique in eodem  
secum cubiculo, quo matronas nobiliores excipere solebat, collocari  
iussos, in lectulis holoericis staturabat; igne, cibo, reliquisque sua  
manu exstructis iuuabat, non contenta communi illis misericordia  
per aliena ministeria optulari. Omnino eorum funus, si mori  
quemquam contingeret, prosequeretur, iustaque nullo officij gene-  
re praetermisso persoluebat. Neque in eleemosynis, quam oratione  
facienda diligentior fuit; eius rei gratia oratorium sibi domi pulchre  
exornauerat à strepitu familia remotum, in quod velut in portum se  
ex multa curarum tempestate recipiebat, ~~et~~ et turbulentos di-  
tractionum fluctus <sup>malicia</sup> ~~secreti~~ componebat. Frater <sup>sanè</sup> eius  
Almazani Marchio, in quo haud minora pietatis, ac prudentiae,  
quam virtutis, et gloriae fuerunt ornamenta; eam de ipsa opinio-  
nem animo conceperat, ut nepti suae Aloysiae non semel affirma-  
rit; matrem ei mulierum omnium, quotquot ea tempestate vixis-  
sent, optimam contigiſſe. Certè quidem abſurdo perfectionis studio  
nudipedum D. Francisci monialium statutum sectari decreuerat,  
nisi coniugij <sup>regula</sup> ~~at hinc inde~~ repente tam pijs conatibus fortuna obie-  
ciſſet. Neque verò hies illa intanto familiae squalore, et lacrymis  
debacchata vnus interitu seueritiam suam explere potuit; sed pe-  
stifera contagione serpens, vulnus prioris adhuc obitu recens nouo  
dolore exasperauit. Matrem, quòd in his malis coniugi vel <sup>Patris morbus, atque</sup>  
propius, vel fidelius affuiſſet, lethali aura afflatum par morbus <sup>obitus</sup>  
inuasit























11  
ancillas modo regias, modo primum condum, principesque defere-  
bat, eorumque libertatem <sup>ali</sup> supplicii oratione implorabat. Pauperum ali-  
quam esse <sup>credidisses</sup> sibi que ad propulsandam necessitatem extremam  
subsidium petere; adeo ne illa quidem precum importunitas, vocesque  
sumiles deerant. Videmus frequenter, idque veris usurpatis ser-  
monibus, generis præstantiam sæpe cum summa sanctitatis laude  
esse coniunctam, et cum egregijs virtutibus maiori quadam amoris  
societate copulari; siue <sup>id</sup> accidit, quia nemo fere, nisi liberali ingenio  
sit, præstantem virtutis formam potest intueri; siue ea vis est inge-  
nuæ educationis, ut illius ope, atque auspicijs natura facile redda-  
tur, honestatis studiosa, et ad altius perfectionis fastigium, quam vul-  
gus solet, aspiret. Et sane, ut quisque gloriæ, ac generis ornamen-  
tibus est clarissimus, ita <sup>sæpe</sup> in omni virtutum genere maximè  
studet excellere. Hoc solum sibi ex familia sua insignibus reliquæ  
fecerat Aloysia, quod unum, atque unicum in nobilitate bonum in-  
esse putat Boetius, ut magnam sibi necessitatem animum virtuti-  
bus, pijsque factis nobilitandi impositam esse putaret, et erat illi qui-  
dem peccus erectum, et excelsum; quod à primis annis contempta  
mortalis gloriæ temeritate nihil humile, aut abiectum meditare-  
tur. Incredibilis vero erat illius in calamitosos omnes misericor-  
dia; non enim beneficentia, cum illud ipsum nomen haud satis ex-  
primere videatur illius affectus magnitudinem, quo miseras om-  
nes, pestemque ab aliorum capite propulsare, et in se unam auer-  
tere satagebat. Neque enim unquam mediastini cedebantur,  
puerisue iusta pro factis puniitio obtrigis, quin eorum ipsa identi-  
terna pœnas vicem dolendo lueret, nihil ipsis, quibus ob flagitium  
debentur, leuioribus. Neque vero ullum precum, aut blanditiarum  
genus prætermisit, quo seruorum culpam posset deprecari, aut à  
maiori saltē furentis domini atrocitate vindicare; quod in hu-  
lotæ vnius supplicio facile intellectum est; cuius haud leue ob-  
tentatam aliquoties fugam scelus matertere animum, iramque  
accenderat. Quod si forte omnē sibi operam incassum celsisse  
animaduerteteret, neque in intercessionibus quidquam iam præsidij re-  
liquum esset; à precibus ad lacrymas conuersa miserorum calami-  
tatem deplorabat: et quid de te, inquit, fies infelix? quis tibi







Caput 6<sup>m</sup> Maria Gacona mori, & præ-  
cepta Aloysia data.

Reverat Hispania his temporibus <sup>Regius</sup> Almaranus ~~Marchio~~, qui simul +  
de Maria sororis sue, virique pariter obitu certior est factus, nihil sibi <sup>Marchio</sup> Almaranus eius  
prius agendum esse duxit, quam ut Aloysiam natura quidem iure educationem ambit-  
neptem, pietate certe filiam cum liberis suis eodem in fare educan-  
dam suscipere. illa vero ut amita exga se dilectionem multis iam  
argumentis probe exploratam habebat, haud equo animo diuelli ad  
ea videbatur; tum quod Isabelle, cui hoc ipsum placere intellexe-  
rat, voluntati velificari studeret; tum quod hoc rationibus suis  
momentum haud leue allaturum cogitabat. Id cum audisset Ma-  
ria, Aloysiam consolata bono animo esse iussit, seque haud qua-  
quam commissuram, vllis ut Marchionis conatibus, aut vi abstrahi  
pateretur. Sed statuente aliter Deo haud expectata mors in-  
terceptis amita consilijs secutura vicissitudini occasionem præ-  
buit. Abierat cum liberis Regina ad <sup>Scoriale;</sup> id enim palatio  
nomen, quod Philippi 11. Hispaniarum Regis auspicijs non mi-  
nori <sup>reuerentia sumptu</sup> magnificenza, quam <sup>elegantia</sup> amplexitudine substructum est, adiuen-  
to ei cenobio D. Laurentij tanto rerum omnium adusque prodi-  
gium apparatu, ac splendore, ut extinctis temporum iniuria re-  
liquis veterum Regum, Gentiumque operibus vna hæc moles sep-  
tem miraculorum famam, atque dignitatem nostro auro tuea-  
tur. Mandauerat porro Rex, ut Princeps solemniter rite Me-  
tum ingrederetur; idque negotij Maria pro ea auctoritate, ac  
gratia, qua apud Regem pollebat, commissum est. Ergo eam dum  
imperata exequi gelit, in lectica sedentem, sinuque Prin-  
cipem complexam pestilens solis, qui tum <sup>ardebat</sup> forte ~~estabat~~, vapor af-  
flavit, subitaque hæc membris omnibus grassante celo quidem  
maturam, sed pietate, ac moribus, quam annis grauiorem ex-  
tinxit. Omnino testamenti <sup>curator</sup> ~~profectus~~, quod iam dudum Mar-  
chioni gratificari cuperet, eam Aloysia Almaranum mitten-  
da occasionem arripuit, præter unum Bernardum de Rojas,  
qui <sup>pauco post</sup> ~~hæc~~ Hispania formosus purpurei galeri honore insignitus ad  
Metana Ecclesie clauum sedet, homine consilio penitus nemine.







qui propter ~~vacam~~ <sup>vacam</sup> ~~perderet~~ <sup>perderet</sup> ~~vacam~~ <sup>vacam</sup> ~~facere~~ <sup>facere</sup> ~~quae~~ <sup>quae</sup> ~~nullo~~ <sup>nullo</sup> ~~quam~~ <sup>quam</sup>  
 cura, ~~facrimaque~~ <sup>facrimaque</sup> ~~et~~ <sup>et</sup> ~~illis~~ <sup>illis</sup> ~~utique~~ <sup>utique</sup> ~~de~~ <sup>de</sup> ~~re~~ <sup>re</sup> ~~promittenti~~ <sup>promittenti</sup> ~~negotio~~ <sup>negotio</sup> ~~posse~~ <sup>posse</sup> ~~reparari~~ <sup>reparari</sup>  
 Neque molliorem sibi vanis quietis illecebris blandiri pateretur; cum plus  
 utique negotij haberent, qui otio solum, quam qui negotij salubribus  
 occupantur; quippe cum otiosorum unum quidem, sed graue sit negotium,  
 peccatum, quod omnibus horis districtos eorum animos, ac cogitationes  
 tenet; ut dum <sup>quieti</sup> otio indulgent, in rem <sup>inquietissimam</sup> negotij ~~firmam~~ cum manifesto sa-  
 luti exitio incidant. Caueret apprimè ab omni morum, actionumque  
 leuitate, cum qua virtuti, ac pudicitia in primis nullum posset esse com-  
 mercium. Verbis, et gestibus omnibus firmitatem animi, ac constan-  
 tiam saburra loco adderet. Auribus porro, quam lingua frequentius  
 uteretur; quod eo nullum in reliquis partibus corporis membrum esset  
~~aut~~ <sup>aut</sup> ad nocendum promptius, aut ad domandum difficilius. Silen-  
 tium fere pro responso haberet, quod tum demum sciret esse rui-  
 pendum, cum ea loqui esset necessum, quae silentis essent indigna.  
 Neque enim vlla in re laudabilius à Virginibus frugalitatem coli posse,  
 quam in verbis; quae ipsa Virginum mater, matrumque Virgo, <sup>de</sup> ~~non~~  
<sup>haud</sup> aliter, quam pretiosum thesaurum ad necessitatem, non loquacitatem  
 parcissimè deprompsisset; idque etiam maximum esse principibus  
 Regiae educationis documentum aiebat, primum ut silere, dein-  
 de loqui discerent. Libros omnes, qui de rebus diuinis nequaquam  
 agerent, ei è manibus extorquebat, cauebatque haud minus sedulo  
 ne fabulosarum de rebus, aut auium, equestribus historiatarum sec-  
 tionibus interesset. Quod si in eorum, qui huiusmodi affarijs de-  
 lectarentur, familiaritatem quandoque incidisse eam vel leuissimis  
 suspicionibus credidisset; nihil omnino, quo ab ipsis eam se iunge-  
 ret, mittebat. Sed nec ipsa sane Aloysia in hoc apinarum ge-  
 nus propensa erat; et si forte <sup>ea</sup> ~~haec~~ in parte peccare contingeret,  
 casui id potius, quam consilio, et mentis leuitati tribuendum erat.  
 Ad haec etiam humilitatis admonebat, et in medijs purpura hono-  
 ribus, auroque luti sui cum Agathocle memorem esse senex iube-  
 bat. eos magnitudine reliquis antecellere ne dubitaret, qui mi-  
 nimi inter omnes esse studerent; quippe <sup>cum</sup> ~~quod~~ illud unum in rebus  
 mortalibus constet esse maximum, cognoscere, quod nihil sit ma-  
 gnum. Postremo illud ~~in~~ Laconum liberis suis flagitiorum cupi-  
 tudinem

otiosorum  
 tampe ~~sedata~~ <sup>sedata</sup> ~~omnibus~~  
 habentur ~~vacam~~

Verborum abstinentia inter  
 cetera maxime laudabilis

Libri ~~in~~ <sup>in</sup>utiles, namque a pijs  
 manibus arcerentur

Humilitas humo natis necesse  
 est apprimè virtus

haud



ex aliorum flagitijs peccati  
societas consideranda.

tudinem in hilotis profugate seris, atque impudentia hominibus peccan-  
dam proponentium institutum Isabella placebat. Itaque si quid ab Aloy-  
sia familiaribus gestum indecore videret, rogabat ab eâ identidem,  
quâ placeret; ut hoc tandem pacto ipsa se proderet, animumque de ijs  
suum, et sententiam declararet. cumq; ipsa displicere sibi ostende-  
ret, tum demum in ~~eam~~ <sup>eius</sup> inuehebatur acerbè, grauibusque verbis in-  
sectabatur, ut odium ~~conu~~ <sup>eius</sup> perpetuum menti imprimeret. His  
ferè præceptis alumnam suam Isabella instituit, <sup>quæque in omni uita</sup>  
studiosè, aut diligentia ab Aloysia accepta, quam ab illâ tradita fuerunt.  
Et licet in his exigendis non seuerior modò, sed et seuior subinde  
esset Isabella, noluit id tamen fateri Aloysia, idq; omnes semper  
quoad poterat, celabat. Neq; tamen è familiaribus deerant pro-  
fecto, qui cum hoc ignorare non possent, ~~non solum~~ <sup>maximè</sup> ~~arabibus~~ <sup>maximè</sup>  
~~durissima~~, <sup>durissima</sup>, eiusq; ~~omnium~~ <sup>omnium</sup> imperio, tantamque ferociam, et asperitatem  
Saudquaquam tolerandam esse dicebant. Quibus non equa  
aure auditis omnia sibi semper subeunda esse statuit Aloysia;  
et si qua seuitia intemperantia fuisset, veniam vel illo nomine  
ei dandam esse dicebat, quod <sup>in his esset mortalibus magis necessarium quam sedula</sup>  
~~uirtutis commendatio~~, <sup>uirtutis commendatio</sup>, qua præstans illa oculisq; inuicta uirtutis uenustas menti ad cernen-  
~~dicendum~~ <sup>dicendum</sup>; ad quam assequendam nullis non stimulis  
nature torpentis ignauia esset excitanda, atque eius <sup>rei</sup> gratia plu-  
rimum illi a se deberi non grato magis, quam pio animo <sup>semper</sup> prædi-  
cabat.

## Caput 7. Almazani meditationibus se, ac pietati dedit.

meditationibus operam dare  
incipit

**T** exacto ad montis acuti castrum circiter triennio, Almazanum  
migravit ~~Almazanum~~, ibiq; sub Marchionis auunculi sui presidio, ac  
tutela degens, Isabella identidem auspicijs ad meditationem,  
eaque præsertim, qua de Christi nece, ac cruciatibus sunt, pia  
commentatione reuoluenda informari cepit. In quo cum  
egregie pietatis specimen præbuit, tum magnam animo læticia  
uoluptatem cepit; Deim alios quoque, ac cognatam inprimis co-  
mitter, ac benigne ad idem faciendum hortata, amplissimum  
breui tempore orationum suarum fructum est consecuta. Porro  
varia ei mysteria proponebat: modò horum gethemani, maestanz

Alios ad meditantiam Christi  
passionem hortatur











armillas, sudaria, aliaque pretiosissima suis visibus, atque cultui ad  
 tuendum familie decus indulta singulis dabat, neque illi deerat  
 opem suam petenti, <sup>sed</sup> omnes ~~que~~ munificis xenijs donatos, ijque, que ad  
 vitam tolerandam spectabant, adiutos <sup>dimittebat.</sup> ~~dimittit~~. Cumque aliqui sub-  
 inde gemmas, et maiorem fortuna sua slipem, donaque accipere tan-  
 ta ~~que~~ virtutis admiratione defixi dubitarent, legem repetundarum adeo  
 non audiebat, ut referentes maioribus etiam donis cumulareret. Pom-  
 peiopoli Olitam cum Mochione profuiventi egenus in via occurrit  
 opemque tegende, <sup>contra argentiis eculis rigorem</sup> nuditati pro Dei amore pecebat. Iamque profusis  
 largitionibus exhaustam cuncta preter unam animi virtutem, Deiq;  
 charitatem defecerant. Et illa quidem, qua negare nihil illis ver-  
 bis se posse intelligeret, in tantis verum angustijs deprehensa he-  
 rebat nimirum, Commodum dormiebat Marchio frigore, et iteneris  
 laboribus confectus, cum Aloyria ad Deum se conuertens; ita ne,  
 inquit, ego his vestibus operata nudum te Deus, omnibusque vi-  
 tae adiumentis destitutum aspicio? Altiozem Marchioni ton-  
 num immitte, ut tui amore decenter me nudare possim; neque  
 nuda esse potero scilicet, cum te vestimentis meis operuero. Pe-  
 rire certe illi nihil potest, qui pietati indulget. Forte et ~~deus~~  
 gratias tuas vestem sperare licet; bene ille tegitur, cui huius amic-  
 tus obligit. <sup>et</sup> Sed quod ego utique non mereor, tua id libera-  
 litas sibi debitum putat; qua non tam cogitare solet, quid me  
 accipere oporteat, quam quid a se dare deceat. Sume igitur  
 hanc vestem, qua hiemis atrocitatem propulses, trade mihi  
 charitatem, qua ardere possim. Melius nimirum hac exu-  
 ar, ut illa induar, qua infernam animi <sup>abipocem</sup> ~~frigoris~~ <sup>frigoris</sup> et spiritualis ino-  
 pte iniurias defendam. His dictis forficem eduxit, quam  
 solam forte habebat, sectaque fibula penulam arcendo frigo-  
 ri nuper concinnatam pauperi dedit, voti magis, quam neces-  
 sitatis sue memor. Mirari auriga, seruique, qui pone cur-  
 rum sequebantur, et querevere oculis mendicum; qui postquam  
 nullus apparuit, suspicio quidem haud vana omnium animos  
 peruasit, eum fuisse in facto haud dispari, qui a Martino diuini-  
 ssum chlamyde se amictum <sup>se</sup> fuisse predicarat. Quid ni illud  
 pietati indulgerent, qui sicut in hoc quoque solitum gloriam  
 magnum

gratias

vestem suam pauperi tradit.







<sup>beneficiorum</sup> <sup>copiam</sup> <sup>sanctam</sup> vindicandis superiorem Sabuerit neminem.  
 Quod inter nobilitates, <sup>et dominos ditatos, patriam principia</sup> eo clarius videri  
 debet, quo rarius; quibus, ut dolori suo seruiant, nobiliter plerumque ha-  
 betur immane carnificis, quam pium principis officium agere. Jam  
 vero cum intelligeret vanum illum familiae splendorem, aut accep-  
 tum soli fortuna ferendum, aut etiam cum pessimis esse commu-  
 nem, maius aliquid habere studuit, quo nobilitatem suam omni-  
 bus approbaret. Insignis eius in sacris litteris, rebusque fidei  
 reconditis eruditis, ingeniumque ad polliciores musas facile, et ex-  
 peditem, magna cum in precibus assiduitas, cum in coercendis  
 cupiditatibus seueritas effecere, verè ut illustrem cuncti prædica-  
 rent. Cum autem esset plurimis virtutibus perpolitus cum lau-  
 de religionis, et diuini amoris zelo, fideique propagande stu-  
 dio in primis fuit admirandus. Nemo acrior erat in vindican-  
 dis Dei iniurijs, omnibusque ab Ecclesie nomine calumnijs  
 depellendis. Effectum est certe eius vnius operæ, cum legatio-  
 ne apud Casarem fungeretur, ut plurimi aut hæreses super-  
 stitione, aut viuendi ratione liberiore relicta ad frugem se re-  
 ciperent: nullus ut prope esset in illis Germania oris locus, quem  
 modo ipse pressisset, qui non aliquod pietatis eius, aut integritatis  
 testimonium impressum retineret. In reliquis eius laudibus hæc  
 non vltimum sibi locum vendicat, quod <sup>in te ne ego</sup> ~~in te ne ego~~ odio lethale  
 peccatum prosequeretur; caueretque sedulo, ne è familiaribus  
 quisquam <sup>pedem</sup> ~~sub pedem~~ secum <sup>lecto</sup> ~~traheretur~~ esset, qui teterrima eius  
 lue esset inquinatus. <sup>certe</sup> ~~triquadrem~~ impensa sollicitudine  
 euitit, ut in communi sceborum incendio, quo principum aula  
 flagrare solent, familia eius intacta seruaretur. Postremo  
 nihil in omni vita commisit, aut etiam cogitauit, quod cum  
 aliqua impudicitia labeula esset coniunctum. Nam illi  
 oculorum dolores tam infrequentes ipsi erant, ut dicere  
 soleret, se ab aspectu formosæ mulieris non aliter affici,  
 quam à gemmæ alciuius splendentis, ac præiosa in-  
 tuitu; ut eam obrem forte Deus Optimus Maximus in  
 hac quoque vita tam puros, et illibatos oculos eximia illa cla-  
 ritate, quæ omnium vultus peribingebat, donasse videatur.

zelus honoris diuini

vita integritas

Eximia marchionis castitas











peccati turpitudinem  
depingere conatus marchii.

isset, vel ex eo intelligi poterit, quod amorifero peccato, quo uno Deum offendi  
necesse est, tanquam abhorret. Conatus fuerat aliquando in sermone  
familiari Marchio dirissimi potentis feditatem viuis orationis coloribus  
expingere, qua maiorem omnium animis horrorem infigeret; ac  
ne forte quis id minus odisset, quod eius turpitudinem leuiorem esse  
putaret, quam reuera sit, cum eam e communi sceleratorum opinio-  
ne, ipsique vulneribus vulgus metiatur, qua quotidie salubri peni-  
tentia dictamno sanari videt; dicebat de eius grauitate non omnia  
quidem, que ob immensam, aut copiam, aut magnitudinem diu non  
possunt; sed hoc tantum, quod teneris puertorum mentibus suauiter  
permoendis, quam efficacissimum crederet. Id erat eiusmodi;  
illam pestem ex feda calamitatum omnium eluione conflata  
esse, cuius vel nomen ipsum effari sine horrore deberet nemo;  
tanto autem malis omnibus esse grauiorem, ut ne oceanus quidem  
totus, si in lacrymas flueret, ad vnius peccati magnitudinem de-  
plorandam sufficeret. Valuit haec una vox pro multis orationibus, et  
acutissimum diuini timoris celum ad eam pectori eius impressit,  
ut ad peccatum in omni vita euitandum nullus ei videretur non  
modo non recusandus, sed perferendus, querendus, appetendus do-  
lor. Itaque eum animo horrorem concepit, ut peccato admisso  
vixus ex templo sepeliri apprehenderet; eaque meditatione  
perfecit, uti flammam, et carnificinam omnem, mortemque prouo-  
caret, quoties cupiditatis alicuius animo insultantis, vel primos  
impetus sentiret. Tanti refert ad vniuersam vite curam pie,  
ac illibate perpetuo innocentiae tenore peragendum teneris pue-  
rorum mentibus salutarem aliquam a parentibus adhortationem  
subinde infigi; cuius memoria renouata scelera, et tentationis  
vim, impetumque possint recundere. Id a se Aloysia facile  
impetravit, cum longam maestitiam, dedecusque cogitaret, ho-  
raeque fugacis forsitan, aut momenti vnius illecebras multorum  
annorum penitendae esse puniendas. Nihil porro ista peni-  
tendae de peccatis necessitate, secluso quidem Dei amore ex  
omnibus vite acerbitatibus amarius, aut intolerabilius esse posse  
credebat.

Quanto peius peccatum  
horruerit Aloysia

penitentia necessitate nihil  
acerbius secluso dei amore  
reperi posse existimat

perpetua conscientiae puritas  
atque innocentia vitae

<sup>Sicut enim summo studio omologesim</sup> ~~omnino~~ <sup>atque illa</sup>  
infectum remedia completteretur, horebat tamen vulnera qua tant  
tano, ~~et~~ <sup>et</sup> ~~in~~ <sup>in</sup> ~~tantis~~ <sup>tantis</sup> ~~ocasionum~~ <sup>ocasionum</sup> ~~affluentium~~ <sup>affluentium</sup> ~~capit~~ <sup>capit</sup> ~~tantaque~~ <sup>tantaque</sup>  
dolore curabantur, neque tutum esse putabat fracta rube tabula  
nimis fidere, crebrisque fluctibus insultibus ad a spernimos ~~uicinis~~ <sup>uicinis</sup> peniten-  
tiae scopulos allidi. Satis constat eam perpetua mentis integritate



18  
fuisse praeditam, et in tanta occasionum affluentium copia, tantaque  
vivendi licentia, inter eos nimirum, qui iura sanctitatis sibi nata negant,  
Deique interdum immemores cuncta sibi in summa vitae principalis li-  
bertate licere volunt, ab omni scelerum labe intactam, gratia, cupiditas  
refrenante ad extremum vique spiritum conservasse. Quaedam  
peccatorum, quae in seipso animadverterat, catalogum sua ipsius ma-  
nu exaratum, haud sane parum liquido cum vitae innocentis, tum  
solicite in ea excutienda diligentiae argumento, hic inserere non  
abspre fuerit. Epigrapha est eiusmodi: peccata, quae à quinto aetatis  
anno, ad vique decimum commissa memini, non plura, quam gra-  
viora, quorum omnium pro eo ac par est, Sicut leviter me peni-  
tet. Eorundem mox catalogus sic subtextitur; Semel die Domi-  
nica ante meridianum tempus prope totum in palatio cum contu-  
bernalibus ludendo contrivi, <sup>liturgia</sup> ~~et~~ vix ut postremo ~~restituere~~ sa-  
crificiis ab Evangelij fine interfuerim; quod acri praefectae meae  
reprehensione, ac castigatione expiandum fuit. Semel itidem  
feria sexta ecclesiastici de refraganda à carnis esu cupiditate  
praeccepti oblita, è regia mensa dapes referens carnis quidpiam  
libavi. Imagines quaedam chartaceas alieno è libro semel idem-  
tidem sustuli, quas Isabella in meo deprehensa, manuque  
ad contumeliam exortas quam primum restituendas curatu-  
ram minabatur. Principum sudarida ter, quaterve meis a-  
missis suppositi suadente id contubernali, ut Isabella impone-  
rem, eiusque levitiam huiusmodi solertia paulisper elusam  
mitigare. Haec, et eiusmodi generis delicta vndeum fere  
numero fuere: neque enim plurimum <sup>um</sup> ~~memini~~ memini, neque scire  
vales qua id temporis malitia à me admisa fuerint. In eam  
tamen potius sententiam adducor, ut non <sup>idum</sup> mortiferi delicti scien-  
tiam, ne dum consuetudinem me habuisse credam. Magnum est  
animam Dei obsequijs ab ineunte aetate mancipare; maius  
indomitos cupiditatum motus in medijs scelerum lenocinijs re-  
frigare; at primam innocentiae gloriam ab omni sceleris conta-  
gione immunem conservare; hoc qui faciat, eum id, quod  
in rebus mortalibus est pulcherrimum consequi, non est am-  
bigendum.

Delictorum  
catalogus  
pueritia  
restituere







tegentem, carnem inquam, primus mortificationis impetus conuer-  
 sus est. Veniebat matrona ~~illa~~ <sup>ita</sup> scatis temporibus, ut ~~per~~ <sup>imperatum</sup> erat,  
 ad oratorium; oblique obfirmato, oculis, verbisque ad severitatem con- <sup>flagellationibus asperantibus</sup>  
 positis, iusquam nudare dorsum abragatis, fidibusque diuerberabat. <sup>assidue excrucietur</sup>  
 Neque Aloysia, cui antea pietas, animus que semper superfuerat, to-  
 lerantia etiam ad perferendam verberum concumeliam desuit. sed  
 nuditas precipue, pudori suo magis, quam carni timentem, angebat,  
 ut saepe numero pro rubore palleret, et colore buxco genis infusis  
 animem referentibus, <sup>ret</sup> animo <sup>etiam</sup> quoque sub inde linqveretur. reddi-  
 tus est tamen sibi ille, cum <sup>Christum</sup> marmori illigatum intue-  
 retur; neque erubescenda iam virgini videbatur ultima calami-  
 tas, dum in ea virginum sponsus conspiceretur. Praesertim cum  
 pudori studiosè matrona consuleret, velumque pectori, solo ad pla-  
 gas patente dorso, pretenderet. Neque pluribus, quam saeviori-  
 bus ictibus constantem, et importunis gemitibus oblitantem ore-  
 rabat. Certè saevitiae fidem crebra liuoris notæ, saniesque et  
 scissa cutis saud obscuris argumentis fauebant. Sed inuictò ani-  
 mo cuncta tolerabat Aloysia rata gloriosissimum esse non ferre  
 tantum, sed et circumferre mortificationem Iesu Christi in cor-  
 pore suo, magnamque pietati accessionem fieri, si vita Chri-  
 sti in corporibus hominum, eiusdem caelo impressa manifeste-  
 tur. Neque patientiae quidem illustrius, quam humilitatis  
 Specimen dedit, quippe cum meminisset, cor contritum, et hu-  
 miliatum Deo in pulcherrimis sacrificijs numerari. Has vero  
 corporis afflictiones oratio excipiebat animum ad solita pietatis  
 obsequia reuocans; tantumque illa quidem infusis à Deo volup-  
 tatibus, oleoque letitiae ungebatur, quantum illa recenti apo-  
 storibus sensu pungebant; nisi quod liberalior etiam aliquando  
 Deus esse solet, et pro dolorum ratione multiplicans in anima  
 virtutem totos consolationum modios ei proluxit, et cumula-  
 tissimè admetiebatur. Erat enim Aloysia orationis studiosa  
 apprimè, et praeter sacrorum liberorum lectionem, reliquaque  
 orationis officia, quae ore praestari solent, tacite rerum diui-  
 narum commentationi iam inde horam indies solidam  
 consecrauerat. Exigebat ab Etere sua pensum illustrissimum

Orationis frequentia

Maximo



Marchio, an Mardocheus? Et quantum animi inter contemplandum  
 voluptas, ardorque, quantum subinde languor, aut maestitia fuisset,  
 quem inter peccatores locum tenere sese putaret; aut quanto  
 tandem amore Deum prosequeretur, quidum eius gratia potissi-  
 mum facere vellet, identidem interrogabat. Et licet id vltro  
 sibi haud faciendum putaret Aloysia, nullumque ei obsequium  
 praestituram vouisset; tanti tamen omne obedientiae decus facie-  
 bat, ut ne libera quidem illi deesse cuperet, eiusque interroga-  
 tis quantum quidem ratio postulabat haud paulo minus illu-  
 striori animi candore, quam obsequio semper responderet. Pa-  
 rum <sup>prosus</sup> ~~tamen~~ illi ab insito virtutis ardore, piaque indole vide-  
 batur, si bellum aduersus carnem perferret tantum, non eam  
 inferret. Ergo ieiunium illi acerrimum temperantia fe-  
 riali indixit, eoque perfecit, ut non modo ferociam eius, la-  
 sciuiamque ab abstinentia sua retunderet; verum etiam pau-  
 peres fame confectos geminatis virtutis officijs saturaret.  
 Cum enim opes iam, aurumque deesset, quod in hoc homi-  
 num genus effunderet, reliqua sibi quoque vniuersa, quam  
 se beneficentia deesse malebat. Itaque genium suum se-  
 pe numero fraudare, dapesque vinctiores, et cupedias palato  
 abprimè facientes sibi subtrahere, ut esset quo esurientem  
 in minimis suis Dominum recrearet. Cumque plures fa-  
 ma virtutis, ut fit, ad omnes longè, lateque secundis rumor-  
 ribus permanente, ad Aloysiam magnis agminibus conflue-  
 rent, et iudicatum illi esset nullum oportunitis vitae subsidij  
 destitutum ablegare; omnibus per sepe ad eos submissis vni  
 sibi nihil reliquum praeter abstinentiam solam, famisque  
 tolerantiam faciebat. Pauca subinde ciborum retrimenta  
 ad irritandam potius, quam explendam famem libabat, ut ex  
 hoc etiam affectu eam stomacho esse, dapesque lautiores re-  
 spuerè e familiaribus non nemo crederet. Has tamen ipsas,  
 quas de more gentis magna copia sibi seorsim appositas ha-  
 bebant, egenis reservabat. Dulciaria certè, quibus quadra-  
 ginta diuina ieiunij tempore affatim suggestis mensa onera-  
 batur, intacta se ponebat, eaque in variis congesta acervos

Assidua cum ieiunij absti-  
 nentia

Benignitas in pauperes

sibi  
 cibos non appositos pro pauperibus  
 seponit

peractis



peractis esurialibus ferijs, ubi dicatus resurgenti Christo dies illu-  
 xisset, inter egenos simul, atque infirmos diuidebat. Et licet  
 tegere hæc vellet quàm maximè; tamen ut abscondi non possunt  
 ea, quæ in illustri sita sunt monumento; tenebrae, quas liberali-  
 tati suæ oculis familiarium eludendis plurimas oggerabat, ni-  
 hil effecere aliud, nisi ut à Marchionis coniuge, cæterisque  
 cuncta clarius, et studiosius notarentur. Quæ mirantes primùm  
 virtutemque alternis laudibus efferentes, postremo admira-  
 tione in imitationem versa pauperem sibi quæque delegit,  
 quem submissis à mensa quotidie cibarijs sustentaret. Neq;  
 eos interim, quibus victum subministrabat, sine cultu corporis  
 nudos, solisque calamitatibus tectos errare patiebatur. Suis  
 ergo manibus vestes eis concinnabat, tanto studio, tantaque ele-  
 gançia, quanta eas esse debere existimabat, quibus ille indue-  
 retur, cui gloria, et decor pro vestimento est. Postremo pau-  
 perum quoque omnium, quorum causâ in medijs iniquitatis  
 undis destituta nullo iuuante fluctuabat, patrona esse voluit  
 et eorum salutem potentiorum iniurijs opportunam tueri.  
 Porro illi quidem, ut in malis, gaudebant talem æquitatis sibi  
 obligasse vindicem, quæ subuenire non gratia minus, quàm  
 auctoritate et posset, et vellet. Ipsa quoque lætabatur obla-  
 tis eiusmodi occasionibus venisse tempus, quo saluti cuius-  
 quam velificari posset; multosque laqueos, aut lætho publico  
 deuotos, cum monitis salutaribus permoti, spem vitæ melioris  
 aliquam præberent, iudicio eripuit. Multorum pupillis  
 insidiantium ferociam compressit; plurimorum ius, quod  
 spe exigua pendebat, conseruauit. Demum ubi cuncta de-  
 fecerant, amicum pro egenis misericordiam implorabat,  
 cui et ipsi quoque iudicium mitigandi idonea satis causa erat  
 miseris subleuare. His virtutum officijs districta erat Aloy-  
 sia vita, minimumque cum contubernaliibus commercij in-  
 tercedebat; quippe cum Angelorum, quàm hominum collo-  
 quijs perfrui, reliquisque cælitum cæcibus interesse mallet.

Pauperibus uestes manu sua  
 concinnat.

Pauperum patrona in iudicij  
 fuit.

Itaque sub eius umbra securi omnes supplicabant, quærebant  
 liberabat enim pauperem &  
 iustente, et pauperem cui non  
 terat adiutor omni ope, ac sub  
 dio fulciebat. Demum ubi cuncta

Hominum cæcus fugit



Remissionem animi in oratione  
sola posuit

ornatu occupatam dictitabat; ~~Deinde~~<sup>et</sup> sola domi sessitans ad res  
diuinas, precesque mentem conuertebat, seque cæli, et pulcherrima-  
rum orbium amenitate contemplanda reficiebat. Ut aliquando  
etiam tristem ex ijs quedam, atque bilis humoribus exillare,  
et vitam senio, quam annis florentibus propiorem agere quere-  
rentur. Sed ~~in~~<sup>in</sup> iugum, inter omnes rerum mortalium illecebras nulla  
maior est uoluptas, quam uoluptatis, fastidium, neque ulla esse potest tanta  
suauitas, qua non præstantior ea sit, qua perfundit animos, nostros illarum rerum  
cognitæ, qua sunt ad uitam beate, recteque traducendam necessaria. Sane  
iuuenilibus, amæniore cui iucunditatibus ponunt, non memi-  
nerunt, quam cito ephemerides florescant. Aloysiam certe  
tristitia sua <sup>haud</sup> pregebat Christi promissis lætissimam, qui et sua  
mæstis gaudia, lætitiæque, ne minorem, ne leuiorem, et pro-  
fecto stabiliorem pondet; cuius unius spem, in pio luctu reliquis  
aëlicorum iucunditatibus facile anteponebat. Sitamen im-  
portunis flagitantium <sup>conuictis</sup> ~~comitijs~~ <sup>solebat aliquando</sup> premeretur durumque vide-  
retur recusare; comitari quidem, at ubi in arua peruentum es-  
set, clanculum se ab earum cætu subducere, in locum aliquè  
herbidum, aut arborum umbris, frondibusque opacum uerbo  
ad solis ardores, reuerti ad sermonum inanitates, rerumque  
strepitus fallendos recipere <sup>gaudebat</sup> ~~suberat~~, et orationi indulgere,  
pietate sibi ubique extemporaneum oratorium exstruente.  
Idem inter ambulandum animo à sensibus abducti nullis  
percunantium uocibus vacabat; at continuatis, quas ante  
ceperat, commentationibus penitus immersa ab itinere igna-  
ra subinde deflectebat; ut nubes potius, quam terram calca-  
re uideretur. Nimirum tanta erat cælestium ame-  
nitatum gratia, ut reliquas omnes sua magnitudine obrue-  
ret, atque extingueret; quas qui gustet, ille quidem, nisi  
gustu, ac sensibus omnibus destitutus sit, reliquis recreatio-  
num delinimentis anteponat <sup>illigo</sup> ~~uocibus~~; cum pura, et defæcata  
ex ijs concepta lætitia rarum, maximumque sit interris mi-  
raculum. Neque temere olim ille gregis primum, dein populi pastor lau-  
datissimus, idemque sanctissimus unum huiusmodi delectationum diem Deo  
impensum multis millibus, ipsiq. adeo immortalitati putauit esse præferendum.  
Itaque illa in omni recreatione ad orationem sese furtim, cuius erat illi  
consuetudo dulcissima, referebat; hoc erat eius negotium, hoc ~~erat~~ <sup>erat</sup> otium, in  
hoc æternæ remissionis, ac contentions uicis iucundissime consumebantur.

Inter deambulandum quid  
agere soleat







marchio ei matrimonio  
suadet.

matrimonii rei causas tentare statuit. Neque enim dubitabat, ut  
plerumque desiderijs suis blandiuntur homines, quin Aloysiam  
in hoc quoque obsequentem esse habiturus, cuius summam in om-  
nibus virtutem semper esse expertus. Ergo aliquando vocem illā,  
quæ diu inclusa in visceribus latuerat, proferendam ratus, sua-  
dere cepit, quod utique numquam esset persuasurus, spontum ut  
aliquem sibi in tanta familiæ præstantia haud imparem deli-  
geret. Neque verò paucos esse è primario genere opibus, ac glo-  
ria florentes, qui eius connubium ambirent; ne dubitaret hoc  
quoque vitæ institutum pari virtute, qua adolescentiam ornas-  
set, illustrare. Nullo loco perfectionem excludi, modò animū  
nacta sit diuina gloria laudiosum. Neque enim metuend-  
um esse, ne integritatis fulgor nuptiarum tenebris obsolescat.  
Forte et maius aliquod iubar sperari posse: idem certe per  
obstantes nebulas aliquando etiam gratius sideris sui lumen  
ostendere, nisi forte virtutis vim minorem, quàm plane-  
te vnus esse crederet. cur verò non et hic quoque virtutem  
in infirmitate perfici posse existimaret? Campum profecto  
ampliozem ad misericordiam, aliaque Christiana pietatis  
officia in hoc vitæ genere aperiri. Præterea multos ab ea  
honestatis exempla petituros, cuius rectè facta inedito,  
ac illustri loco sita conspicerent. Huic orationi ne perora-  
re posset diuinus amor iam dudum obstabat, qui adactis pudici-  
tiae spissamentis Aloysia aures obstruxerat, et consortij im-  
patiens humanum amorem à se prohibebat, arcebat, profligabat.  
Ergo superuacuum coniugij curam modeste ridere  
Aloysia, cum iam pridem nuptias celebratas esse dicitaret.

Aloysia ~~non~~ matrimonio  
respuat

De sponso sibi provisum esse, et quidem immortali. Neque  
vero melius se præbere posse exemplum, quam si ipsa diuarum  
exemplum sequeretur, et tria mala pessima porro fugeret, car-  
nis, oculorum, gloriaeque cupiditates. Neque commissuram se  
unquam, ne non Agno comes esse posset cum illis utique, qui ille-  
sum virginitatis decus seum in tumultum inferunt. Postre-  
mo auunculum parentem salutis suæ appellare, illud amo-  
ris nomen extinctis duobus vni datum identidem repetere,

mentis instituto, stolidumque  
fieri ea appetere, que cupiditatum  
estus restringere non possent, præ-  
sertim ubi meliora cunctis spibus  
animi castimoniae, ac contemplatio-  
nis studijs dedit. diuina benignitas  
pollicetur. neque enim commissuram  
se unquam X



ut damnum communis fragilitatis iniuria sibi illatum arceret, et in  
 eius patrocinio, ac fide perfugium pudori suo repositum esse vellet,  
 unumque thesaurum sibi sanctissimum omni ope, ac praevidis conser-  
 uaret. Et ille quidem, qui virtuti eius maxime semper consultum  
 esse volebat, hinc in perpetuum superedit, satisque habuit se-  
 mel eius super pudicitiae proposito sententiam audisse. Alius  
 enim vix non multo post tempore, qui Plutum Suid prolo ~~fa-~~  
 cundiorum Cicero esse crederet; opesque saepe, ubi Rhetorica  
 ne quidquam exhausta fuerat, multis iudicijs valuisse audis-  
 set, ausus est, id sperare, cuius iam cogitationem omnem,  
 non spem modo Marchio abiecerat. Is erat Garzias Carua-  
 jalius Comes <sup>Torre de Torrejonius</sup> ~~Torredanius~~, non gloria, ac nominis, quam fortu-  
 na amplioris haeret unicus. Et cum multa se ad hoc perfici-  
 endum adiumenta habere existimaret, tum nec illud quoque  
 obfuturum putabat, quod aliqua sanguinis coniunctione Aloy-  
 sia devinctus esset. Ergo fiducia etiam, non amoris tantum  
 plenus aureis sibi lanceis constantiam eius debellandam de-  
 crevit. Equidem expositis consilijs suis dotem ei offert, glo-  
 riam, opesque tantas, quantis cum clarissimis quoque in cer-  
 tamen venire haud recusaret. Ad haec spes amplissimas in  
 rerum humanarum vicissitudine, fortunaeque benignitate si-  
 tas ante oculos ponere. Ne ambigeret vltro oblata accipere,  
 quibus plurima affinitatibus, dignitate, ceterisque omni-  
 bus facile principes avidè inhiarent. Sed non omnis fulgor  
<sup>Sapientum, fuculos, perstringit</sup>  
~~non capiebatur~~ <sup>hominum.</sup> ~~Abstrusa, quae per eorum~~ et cometas, et ferrum in  
<sup>se faciles, signestas, atque inexplabiles micare scientium.</sup>  
 solum, perniciosam <sup>dotisque</sup> ~~perpetuam~~ <sup>nuptias</sup> ~~Itaque~~ <sup>oblata respuit</sup> ~~dotem~~ omni, opibusque  
 repudiatis, quæta pudicitia sua hanc fieri haud minimam  
 iniuriam, si tantis diuitijs eius constantiam labefactare  
 posse speraret, aiebat sibi de <sup>certiore</sup> ~~motu~~ olim dote prospectum esse  
~~non~~, ne dum ampliori. Aliena illum promittere, quæ in in-  
 fausta rerum instabilitate, mortisque arbitrio posita essent;  
 quæ et ipse quoque amissurus mox esset; ea vero egregia libera-  
 litate promittere, maiorem nimirum esse pudicitiae præstantiam,  
 quam quæ illi posset succumbere, siquidem eam amplissimis  
 olim regnis, totoque propemodum orbe nequidquam Monarcha

tentarent



dotem maximam despiciat.

tentaissent. Quod si solus nesciret, quanta esset virginum dos, caelum aspiceret, et quidquid pulcherrimi illi oebes ambiunt, et tum tandem importunitatem suam fateretur, quae cum his diuinitijs tenuitatem suam conferre auderet. Abijt ille expertus haud semper verum esse illud Philippi, expugnari posse quamuis arcem, ut sit munitissima, si modo multis auro ornatis ad eam esset aditus. Neque vero cuiquam iam obscurum erat propositum esse Aloysiae intactum Deo omnitemporis virginitatis florem conseruare. Suspiciebant certatim omnes emicantem

Amor Virginitatis

modestia Aloysiae omniumque in eam amor, et ueneratio

ex oculis insignem cum comitate seueritatem, et cum seueritate comitatem, tantamque in omnibus vite uniuersa officijs modestiam, ut eam, et amando timerent pariter, et timendo amarent. Quibus illa virtutibus effecerat, ut cum caeteras animorum pestes, tum linguae imprimis procaacitatem egregie refranarent omnes, nemo, ut esset, qui ea quidem praesente vanitatis quidpiam musare auderet. Consanguineae porro, quae minori adhuc aetate erant, si quando eius pietate, atque orationibus fatigarentur; nihil habebant promptius, quo illius patientiam citillarent, quam ut dicerent iungendam esse matrimonio ea lege, ut disiuncti cubilibus degerent coniuges, nullamque esset inter eos non sermonis modo, sed etiam visus commercium.

### Caput. 11.<sup>m</sup> ceptas mortificationes

prosequitur.

Huiusmodi erat Aloysiae in illa Aulica multitudinis frequentia, principumque caetu, animi solitudo, propensa in omnem pietatem simul, viteque seueritatem studio; et spretis, quam indeptis voluptatibus lectior, quietem inconcussam cubiculi latebris tuebatur, hiantes cum chamaeleonte amicos, miserimeque infuantes fugaci gloriae relinquens. Cum quidam, qui se cupiditatibus suis constringendos dederant, consilia eius aduersa suis cernentes, et importuna pietatis finem abijt honore



Sonore futurum <sup>perpetuam</sup> ~~maius~~ ariolantes mirari magis, et damnare <sup>indies</sup> ~~postremo~~  
 etiam in civitatum eam numero reponere, <sup>ceperunt</sup> nimis que pietate amen-  
 tem procaciter dictitarent. In quo solo Aloysiam habuere, sibi assen-  
 dentem; quippe quae, cum stultam se pluribus in rebus hactenus cre-  
 didisset, gauderet oblatum iam tempus, quo id posset profiteri, quem  
 primum ad sapientiam gradum esse intelligebat. Nuptias tam  
 honorificas, ac beatas repudiasse; religiose sanctitatis decus intan-  
 ta familia gloria, totque commodis affluentiis tueri velle, stul-  
 titiae crimen erat, sapientia alicui immortalis laude dignissima.  
 Nisi quod sapientia Dei stulea sit hominibus, a quorum denti-  
 bus, quem tandem illaerum esse posse credemus, quos ne quidem  
 ipsa Aeterni Patris sapientia potuit evadere? Soli enim se ne-  
 farijs consilijs ad cupiditatum suarum normam directis sapi-  
 entes esse credunt, ne septem quidem illis inter Graecos olim  
 celebratis in consortium suum admissis. Nimirum bono loco res  
 hominum essent, si tot essent sapientes, quot sapientiae professo-  
 res. Nunc autem multi per sepe sententia sua sero utique  
 damnata exclamare coguntur antiquum illud, nos insensati.  
 Maior enim est illorum, qui cum Phrygijs, quam cum Christo  
 sapiunt numerus. Et ~~perperat~~ <sup>illi quidem Sisyphi saxum in aula vano labore voluebant, cuius</sup>  
 X insaniat, egregie insanire Aloysia, et priorem illam stultitiam <sup>minime iucundus, amplaque</sup>  
 noua superare. Cum enim nihil ei esset propositum, nisi ut <sup>ad unumquemque fructus ali-</sup>  
 que sursum sunt, saperet, ubicunque diuini nutus existebat <sup>quando esset perueniturus. At</sup>  
~~hanc~~ indicium, illuc confestim toto ferebatur impetu, cuncta <sup>perexit Aloysia perperat</sup>  
 mortalium iudicia, vocesque pro nihilo habens. Itaque <sup>quando iam semel insaniat.</sup>  
 asperitatem disciplinae, quam ipsis statim vitae primordijs ma-  
 gno ardore susceperat, non modo eorum dicas non relaxauit,  
 verum etiam assidue magis, magisque contendit. Crederes eam  
 alicui penitentiae laboribus non frangi, aut labefactari. Praeci-  
 pue vero eam ad ampliores in susceptis ante studijs progressus  
 faciendos perpulit pia, ac frequens Christi cruciatuum, mor-  
 tisque meditatio, et immensa charitatis relicta ad perpetuam  
 memoriam monumenta. Quae quidem commentatio quo  
 plus alimenti diuino amori suggererat, hoc etiam amplius  
 crescebat in Aloysia animo imitandi desiderium. Vix

Stultitiae illi nota a suis inuitur.

Assidua Christi cruciatuum meditatione ad maximum mortificationis studium exardescit



decimi quinti anni limen attingerat, cum inter meditandum ma-  
gno patiendi ardore concepto seuire in corpus suum quotidia-  
no, atque atroci flagello inibat, decreuitque in honorem Chri-  
sti in festis diu verberibus cruentati non prius sua quoque car-  
nis afflictae finem facere, quam mutuum cruorem perid-  
uisset. Vano enim animo Christianam se esse putabat, tantoq-  
nomini insignem facere iniuriam, si Christum imitari ces-  
saret. Itaque cum mollis, et eneruata mentis esse diceret,  
nihil praeter lacrymas in ingenti sanguinis pro se manantis  
copia offerre, nullamque dari posse leuiorem tanti beneficii  
quam in pia contemplationis suspirijs gratitudinem, <sup>conferret</sup> ut erat  
apprime nobilis, ac generosi pectoris, induxit in animum vul-  
garis poenitentiae officijs, ac se uicia nequaquam <sup>perexerci-</sup> ~~esperantem~~  
~~tam~~, sed quam posset grauissimis se se acerbitatibus <sup>que</sup> ~~vis~~ <sup>vis</sup> ~~vis~~  
conficere. Itaque incitatissima pietate vicit omnem natu-  
rae obductantis peruicaciam, et meditatione in actionem ver-  
sa ab hac aetate acriter in se seuire cepit. Porro crucem  
cerream dira scabritie, signisque affabre factis asperam su-  
meris imposuit, carnique alte impressam per omne <sup>fer</sup> ~~vita~~ <sup>fer</sup> ~~vita~~  
pus gestauit. Et quoniam acerbissimis flagris Christi  
corpus ad columnam propositum fuisse intelligebat, facile  
impetrauit ut in hoc quoque Christum sibi imitari obtinge-  
ret. Itaque columnae alligatam grauibus in dies supplicijs  
per hora ad modum spatium, matrona nobilis atrociter ex-  
carnificabat. Huic vero partibus suis grauiter, impigreque  
finita alteram tamen adiungi placuit, quae lassae succederet  
et patientiae decus geminatis cruciatibus haud paulo illustri-  
us, auctiusque redderet. Itaque illae, cum se ipsas assiduis  
verberibus fatigaret, solam virginis patientiam ~~labe-~~  
factare non poterant. Neque enim erat alijs plagis locus,  
vltaque seuitia corpus, quod foedum in modum laniorat,  
horrebat. Porro quod verberibus deerat, verbis abunde sup-  
plebatur, neque leuibus illis, quae per aerem sine vulnere  
volitant, sed acerbis de Hipponactis pharetra iaculis, quae  
cor ipsum, mentemque opprobriam atrocitate transverberarent.

perpetuas sibi poenitentias  
inducit.

+ Crucem scapulis infra  
quotidie gestat.

Ad columnam Rayellatur  
Christi exemplo

Comitibus oneratur.



Nudam quippe velut teterrimi sceleris ream per interiora aliquot domus cubilia circumducebant, et alternis conuitijs onerabant. Et Aloysia quidem, ut in rebus acerbissimis delectabatur, assidua vita, necisque Christi meditatione, animum fulciens, calumniasque in magna laude, honoribusque numerabat; quippe quæ meminerat illius aures, quæ in cælis saginabantur Angelorum præconijs, in terris diras insultantium voces, rursusque audisse adeo libenter, ut ad hos etiam venandos velut perænis laudum cælestium in terras descendisse videretur. Itaque capiebat à Christo contumeliarum iudicium, qui profecto nec immortalis gloriæ curam abiiecisset, neque infamiam illius vice in terris ambisset, nisi contumeliarum laudibus clariore essent, magnumque in nobis gloriæ pondus operarentur. Utque intelligere possint omnes tantum ei iudicij acerbitatibus ab Aloysia fuisse tributum, quantum ipsi rebus debetur, quibus nihil in ipsa beata, ac spiritali est pretiosius; ordine vixiusque pedes continenter peractis omnibus arulari solebat. Unum deerat nimirum, ut quarum manus iam ferendo lassas reliquerat, earum etiam pedes identidem fatigaret. Siquidem illæ integram adhuc post omnia Aloysiæ tolerantiam, roburque animi cernentes, pedibus eandem postremo fedissimo iniuria genere, proterebant. Datum id virtuti eius pro quadam velut afflictionum mantissâ, ut patientia delictis satiaretur scilicet. Et vero tot, tantisque vulnerrum notis laceratum passim, scissumque erat corpus, ut Aesculapius aliquis Epidauro excitandus videretur, si salua esse vellet. Sed nempe in Ecclesia sanctissima, campisque Christianis, in quibus tot pœnitentiæ trophæa à diuini amoris militibus fixa videbat, merentem vulnus non habere, præcipuum probrum putabat. Illud utique gloriosius sanari eo telo putabat, quo inflicta fuisset, easque ab omnibus cicatrices in pulcherrimishaberè intelligebat, quæ sæpiissime aperiuntur. Et habet hoc identidem germana pietas, omnibus officijs Deo, ut facilius, quam sibi satisfaciat. Et enim quia tanta Diuini in nos amoris magnitudo exhibet, ut nisi exhaustis venis, furoque sanguine nequirit quiescere; ipsa quoque nisi idem eius gratia faciat,

conuictantium pedes osculatur

Aspera iuxta studijs uehementer dedita.



nihil se fecisse existimat. Ergo Aloysia hoc pro omnibus pietatis ge-  
nus laudare, quae in carnem esset crudelis; Sane persequi, Sane  
laniare multaque iam, quam ante, crebrioribus afflictionibus vige-  
re instituit. Neque verò illa corporis aegritudine moueri poterat,  
crescente cum doloribus ipsis patiendi desideris; animus qui-  
dem adeo non delinquebatur cruoris aspectu, ut nouis etiam sti-  
mulis ad omne genus asperitatis concitari videretur. Quidni?  
Cum et Elephantum sibi mori tabo oculis obiecto ad praelium so-  
leant exardescere? Et postquam iam matronarum opera ad  
infligendas sibi pœnas vix desijt; una scilicet ipsa duarum vicem  
subijt, saeuitiam superauit. Hinc illi lumbi crebris verberibus  
delumbati, brachia semper liuida, artusque omnino deas-  
tuati, et vero grauedo capitis tam grauis plerumque, et molesta,  
ut aliena ope opus foret ad illud è lecto tollendum, quem qui-  
dem non lacrymis cum Dauide, sed cruore lauabat. Ingenio  
tamen in huiusmodi rebus utebatur, ne cuiusquam oculos offen-  
deret, ceptæque pietatis cursum communis misericordiae  
sensus inhiberet. Sed non potuit diu superante ingenium  
pœnarum magnitudine illis solertia tenebris occultari vir-  
ginis virtus, quin ipsa sese Soricis indicio proderet. Vestes  
sanie, ac tabo inspersæ nutricis animo suspicionem facti inte-  
cere. Agram ergo, et decumbentem adit illa; percunctatur,  
satin salua omnia? Auertentem causas aegritudinis in com-  
munem fragilitatis humana conditionem, cœlique iniuriam,  
cum nec iusta satis, nec consentanea temporum rationi vi-  
deretur, subegit pro authoritate sua veritatem sciscitando,  
ut fateretur eam esse causam doloris, quod nimia in se disci-  
plina saeuitate usa esset. Grauibus dein verbis deprehensam  
monens, interius amiculum membræ affixum, quod te-  
pentis aqua vapore frustra auellere tentauerat, cum aliter  
haud posset, minutatim sequit non sine graui valeatidinis in-  
testimento, quod acuta carnis frustra veli fideliter adhaeren-  
tia ferrum sequerentur. Persanatis mox medicorum indu-  
stria plagis, pristinum cum valetudine animum recepit, et  
contemptis pro amore Dei periculis demeliori mirmillorum  
genere

Corpus poenitentis fractum,  
et debilitata aff. valetudo.

Affixum corpori uastes tena-  
e urez adhaerescunt.



genere animosa soboles in eandem denud arenam descendit, dolorum  
 certamen querens, ut coronam inueniret. Præcipua eius erat saxa ferijs,  
 et Sanctorum peruigilijs aſperitas; ac eo imprimis die, quo caeleſtes iras  
 in humanum genus intentas suo potiſſimum capite Chriſtus exceperat.  
 Ea recordatione ad omne penitentia genus incensa non iam riuulos,  
 ſed totas amoris cataractas laxabat, quibus pie ſacerato à sexta matu-  
 tina aduſque nonam corpore ingens aqua, ac ſanguinis copia mana-  
 bat, ut eſſet quod Chriſto pro tanta charitate, fuſoque ſanguine de  
 ſuo viciffim propinaret. Humus ei diu pro thalamo fuit; cumque  
 ſuorum imperio lecto uti cogeretur, reiectis tamen nullo ſentiente  
 culcitra facile effecit, antiquum, ut ſuum eluſa eorum cura, ac ſe-  
 dulitate obtineret. Ceterum hiſ labor mollitiem illam ſtratorum  
 ſubmouendi breui ſublatus eſt. Marchionis bibliotheca ſane quam  
 ampla, ac elegans alio transferenda erat. Id ſine librorum iactura  
 atque incommodo, quod ex mutua <sup>iactationis</sup> ~~iactationem~~ colliffione ſequi erat  
 neceſſe, ut fieret, impenſius desiderans, neptim, qua forte aderat,  
 ſuper ea reſponſit. Illa conſilio, et manu prompta ad culcitra  
 ſuam aduolat, et lanam inanibus ſpatijs ſarciendis idoneam de-  
 promit. Negante illo, ut rei omnis erat ignarus, tantillum ſuffi-  
 cere ad eandem redit, totamque exenterat obſata occasione ora,  
 ouansque illis quietis illecebris, atque omni iam voluptatis ma-  
 teria ſublata. Itaque ſaxa iam illi, duraque tabula dum-  
 taxat ad ſomnum capiendum relicta erant. Niſi quod ille om-  
 nem plurimarum mollitiem, ſtratique ſplendorem longe durio-  
 rem haberet. Ipa enim, ut erat incredibili virtutis, ac <sup>poeni</sup> ~~peni-~~  
<sup>tentia</sup> <sup>amore</sup> ~~ſcientia~~ ~~robore~~ prædita, nihil iam acerbum, aut inamatum  
 putabat, cum animum caeleſtibus voluptatibus demerſum ſolo  
 Chriſtum imitandi ſtudio diſtrectum charitas occupaſſet,  
<sup>quæ pijs deſeſe non ſolet quin</sup> ~~cauſa in mater eſt~~ rotis roſas ſubſternere, ſilicesque mile-  
 ſijs velleribus molliores <sup>reddens</sup> ~~est~~ duriffima omnia <sup>in lentibus</sup> ~~per~~ ſauilia  
<sup>preſtat</sup> ~~reddere~~. Aſſidue autem indefeſſo mentis vigore no-  
 uas ſemper vires ſuppeditante antiqua penitentia mu-  
 nia exercens, nouoque ſubinde labores adiiciens ni-  
 hil prætermittebat <sup>anima</sup> ~~porum~~, que Deo iucunda, ~~mortuorum~~  
 ſalubria eſſe intelligeret.

Parasceues die quid ageret.

lecto quali uſa fuerit.

Caput



# Caput. 12. Martyrij desiderium.

Inter haec assiduis rerum diuinarum exercitijs animum suum exco-  
 lentem inexplebilis acerbitatum, ac pœnarum auaritia sollicitam  
 habebat, ne quid eorum, quae quidem humano studio, ac pietate com-  
 parari possent, sibi e manibus elaberetur. Quando in hac vita, quam  
 natura multis funeste fragilitatis molestijs obsepsit, nihil esse potest  
 beatius, quam e doloribus voluptates saurire, et immortalem patien-  
 tia palmam inuicta virtutis monumentis ad non incertam spem  
 perpetuae laudis acquirere. Voluebat animo subinde quàm  
 magnificum esset pro aeterni numinis gloria tormentis laniari;

martyrio nihil ei beatius,  
 aut illustrius uideretur.

quanos quamque honestos pietatis sua fructus illi ante alios in  
 hac vita caperent, qui omnes in ead cogitationes sanctissimo fine  
 proposito referrent, Dei ut nomen, fidemque ab impiorum ca-  
 lumnijs vindicarent, et in hominum mentibus ad amplectendum  
 imprimere niterentur. His cogitationibus pertinaci medita-  
 tione omnes mentis neruos intendentem haud leuiter permouit  
 D. Encratiae effigies, quam penes se in cubili fixam habebat glo-  
 riosa pugna trophaea, et immortales triumphos intantium  
 oculis subiicientem. Et haec uirgo non martyrij perpepsione,  
 quàm pudicitiae gloria nobilitior, Caesaraugusta Hispaniarum  
 urbi celeberrima par dignitate nomen; quae cum ad tormen-  
 ta sese uelut nuptias insigni pompa apparasset, Diocletiani  
 in Hispanijs persecutione bacchantis ferrum cruenta-  
 uit. Et nimirum sollet persepe hominibus maiorum ima-  
 gines intuentibus, resque eorum fortiter gestas, et facta animo  
 reputantibus æmulationis ardor crescere inspectore, qui acri  
 per omnia studio accensus agitatur, neque ante quiescere pati-  
 tur, quam eorum gloriam imitando, asequatur. Haec adeo

Alyssia animum ad captandas martyrij, uel pro caeteris Dei  
 muneribus amplissima, occasiones exegit. Neque quicquam  
 illa poterat beatiora Encratiae, quam sibi, illuxisse secula,  
 quibus Diocletianus unus exercenda eius uirtuti obdigi set,  
 maiorem etiam, quàm optaret carnificum copiam, una sup-  
 peditante Anglia; cuius regnum tunc Elisabetha tenebat pot-

D. Encratiae imaginem in  
 cubiculo fixam habuit, ~~in  
 cubiculo ab uirgine exarata~~

Imaginis intuitu ad martyrij  
 desiderium exarsit

noctesque curis insomnijsque  
 agitatam persepe somno exci-  
 tabant, seque ut immortalis  
 praebat gloriam sequi uidebant.  
 nequa quæ illis poterat X



tentum omni seculi genere Christiano nomini infestissimum. Et cum  
 duos olim Reges Romanos extitisse dicat Seneca, Ancum, et Servium,  
 quorum alter pacem non habuere, alter matrem caruerit, tertiam <sup>persecutione Elizabetha audita</sup>  
 ad eorum numerum addiderat Anglia Regina, quae una neque pa- <sup>de uicunda Anglia cogitat.</sup>  
 trem certum, neque matrem sororis suae, ut fertur, filia, Sabuerit:  
 prorsus ut ignotum genus solis ~~pro~~ <sup>pro</sup> ~~horum~~ <sup>horum</sup> caedibus nobilitare, et uniuers-  
 o orbi notissimum reddere niteretur. Cuius ades crudelitatem  
 in ultimis Vasconum oris intellexerat Aloysia missis recens de  
 morte Edmundi Campiani litteris, qui primus e Societate Iesu,  
 vel plurimis, vel atrocissimis tormentis excarnificatus insulae sua  
 delictum preciosam in caelis martyrij lauream, et immortalis  
 apud mortales gloriam excimia eruditionis, et sanctimoniae lau-  
 de est consecutus. Anglia nomen multiplices Aloysiae cogita-  
 tiones iniecit; cum apertum ibi martyrium, et patientiae campum  
 intelligeret, itidemque laurea illas, et palmam pullulare, cum  
 qua sancti ad regna perueniunt. Hanc praeter omnibus terram  
 amabat, de hac non obscuris saepe numero verbis loquens deside-  
 rium suum necessarijs, domesticisque in familiari sermone ape- <sup>desiderium in Angliam curis</sup>  
 riebatur. At illis animosa quidem uerba extollentibus primum, <sup>domesticis aperit</sup>  
 mox ut serio loqui senserunt, graui oratione dissuadentibus  
 quod in hospitas terras, ualisque pelagi spatij distans adire  
 feminae non arduum minus, quam inusitationem uideretur.  
 Aloysia interim crescebat <sup>ardor</sup> animus, orbemque uniuersum ani-  
 mo complectenti, martyrij desiderium, nihil periculorum, aut  
 remotum uideri patiebatur. Neque uero alia ulla mundifera  
 ora ad hoc exemplendum, Anglia una opportunior uidebatur, quip- <sup>persecutionis antiquae forma apud</sup>  
 pe qua carceres, qua catenas, qua cruce, qua seures, qua <sup>Anglos.</sup>  
 tormenta haberet; qua quaestiones identidem de religione,  
 de Pontificis potestate, de reliquis fidei capitibus seuerissime  
 exerceret, ubi non temerario furore, aut odio, ut alijs in locis  
 aliquando, ~~Concilii~~ ab Haereticis opprimantur; sed ad tri-  
 bunalia, et Iudices cum falsa quadam uibratilis iustitiae spe-  
 cie perorantur, nihil ut ad excellentem martyrij inter-  
 prisca illa impietatis dedecora formam possit desiderari. Tam  
 quanta victoria in Christianis pro Religione, certantibus esse  
 certitudo



certitudo, cum aut moriendo vincant, aut vincendo moriantur, identidem reputabat: cum indubium sit, Christi que promissis testatissimum, fidem petra Apostolica innixam nullo non modo hereticorum, sed ne casu demonum quidem furore posse labe factari. Haec crebris reuoluebat meditationibus, de hisque, de hisdem nocte cogitabat, prorsus ut Anglia curis suis incubantem haud raro e somno excitaret. Sed nempe decebat, qui in rebus maximis spe, metuque, an à Deo essent, fluctuantem, consilijs, nunquam dirigeret. Celebre in Hispanijs ea tempestate non doctrina magis, quam sanctimoniam laude nomen erat Ludouici Granatensis; cui fama per Lusitana Virgo (Maria à visitatione nomen erat) ceterum virtute, et religione longe dispar, ceterum haud multo post tempore, ex falso pietatis fulgore sumum dedit. hos Aloysia sibi per litteras consulendos rata, breuibus rem omnem complexa Ludouicum ad Mariam remisit, cui consilia sua fusius aperuerat. Earum haec erat summa. Agitatum magnis desiderijs animum nullo loco posse consistere; assidua passionis Christi meditatione ad perferendos cruciatus, mortemque concitari; hac, quoniam differretur, vitam ipsam haud paulo acerbiorum videri: nisi quod vna spes pietatis adhuc sustentaret, fore, ut aliquando tandem pietatis ductu, et auspicijs martyrij palmam, quocumque terrarum angulo latitaret, magno studio inuestigatam inueniret. <sup>qua propter Granatensis, et indices</sup> Angliam certe occurrere, quae voti compotem facere posse videatur; quippe ubi persecutionis gladius in Catholicos distributus martyrij memoriam multorum annorum obliuione desitam iam pridem, ac obliuiscitam renouaret. Hanc patientiae suae arenam à Deo destinatum videri. <sup>ubi</sup> litteris conspectis Maria, quae praeter fructum, et salutem religionis, nihil haberet, fauerebat, quod ad acanthum uicada, et silentij tenax, ne illud quidem Dionis Try reddidit, verita haud dubie, ne bracteata pietas veris Spiritus Sancti desiderijs afflata splendoris sui inanes fallacias proderet. Granatensis dato haud ita multo post responso tarditatem suam eo potissimum nomine excusauit, quod litterarum, quas ipse manu sua Maria tradidisse assererat, copiam sibi factam negaret. Ergo Aloysia propositum suum secundis identidem

Ludouicum granatensem super  
martyrij desiderio consulit.

Sollicitudinis stimulis excruciatum  
ubi locus dicitur, in quo aut vitam  
semel pro superioris, et Christi nominis  
dignitate, aut desiderium finire  
possit. pygmae enim uita huius miferis in  
quam a natura relegata erat, ut  
tenesceret sine magno munitis gloriae  
ne sua spes illius propagandae, aut  
testandae charitatis, aut fortiter  
proque patientiae superesset. neque  
in locorum finem petere, modo  
patientiae specimen mundo praebere,  
deique gloriam proficere. licet  
sed ueniat, ac cruciatus flagitare,  
ubi illis perferendis martyris  
partes adimplet.

Granatensi secundas super eadem  
re litteras scribit.

Litteris



litteris prolixè exponere, eiusque sententiæ, ac iudicio permittere.  
 At ille incertum, quia de causa, silere perseueravit; <sup>aut missas, sicut ad</sup> Fortasse quod  
 litteras aduersus aliquis casus intercepti. <sup>Granatensis nullum ad</sup>  
 tum nondum idoneum tempus esset, alijs annis, quibus aliqua adhuc <sup>litteras subseruare</sup> responsum  
 corpori ad iustam ætatem, viresque accessio fieret, rem omnem Deus <sup>vidit</sup>  
 reseruauit. Nam animi celsitudo, et desiderium septimo <sup>supra</sup>  
 decimum anno conceptum, ad hæc perpetuis triennij meditationi-  
 bus auctum, atque adulatione maturitatis iam affatim habere vi-  
 debatur, neque ad illam absolutæ virtutis canitiem, <sup>in Aloysia</sup> quidquam desi-  
 derabatur. Quod si et alijs, quibus implicata etiam nunc teneba-  
 tur, negotiorum difficultatibus explicari eam Deus cupiebat, ut om-  
 nibus rebus nudata ad tam gloriosum, tamque arduum facinus  
 nudum se sequeretur: cum utique verissimè dictum sit, incom-  
 prehensibilia esse iudicia eius, et inuestigabiles vias eius. In-  
 terim <sup>multa alium consilia et</sup> ab omni ope, subindioque destitutam, sua tamen  
 fortitudo, virtusque in adeundi periculi desiderio constans mi-  
 nimè deseruit; quam velut fauillam cinere obductam in vi-  
 sceribus, <sup>solo</sup> dumtaxat sanguine aliquando restringendam,  
 sedulo seruabat.

Caput 13<sup>m</sup> cum honore mun-  
 sano luctatur.

Nimirum nihil in summis rebus gloria cupiditate est infe-  
 stus. Et hæc quidem ingenia bene nata haud paulo acrius, quam  
 voluptas exagitat; soletque non raro accidere, ut quos deliciae  
 vincere non poterant, eos non nunquam laudum lenscinijs mi-  
 serè irretitos, profligatosque videamus. Aloysia verò, ne hono-  
 ris, quam sanguinis esset tenacior, censuit id, quod charissimum,  
 et antiquissimum in vita habebat, Deo esse offerendum. Atqui  
 sciebat, cum quanto sibi horbe esset certamen, qui humanum  
 genus vel primus, vel plurimum afflisset, cuiusque acerbissimo  
 iugo omni ætate ab vltima temporum memoria ceruices multi  
 subiicissent. Neque verò ab eo sine sanguine, et sudore vic-  
 toria obtingere potuit, cum ea utique familiae amplitudo, et

troua



Ab amicorum consortio, ac  
coniunctu abducere se nititur

troua dignitatis occurrerent, pro quibus sanguinem fundere, pa-  
rum etiam nobilissimo cuique videri silet. Praesertim cum in-  
ter eos adhuc degeret, quorum omne studium in honoribus quaer-  
endis ponebatur; et si maximè nollet, eorum tamen officijs  
transuersam interdum ab humilitatis instituto rari esset ne-  
cesse. Porro teterrimam ambitionis pestem vitare cupiens,  
iam pridem solitudinem meditabatur, <sup>uti ex illis aulicis fluctibus</sup>  
in spiritualis sese, ac beati otij portum reciperet in quo requiescere, <sup>in qua requiescere</sup> fug-  
aque vanitatis insidias posset eludere, quod acerbum iam ei  
videretur in ea domo diutius morari, in qua quotidie aut vin-  
cendum esset, aut moriendum. Proxius ut vicina Deo, ce-  
lestibusque esset, quam longissimè sibi ab hominum cœtu rece-  
dendum esse existimauit; <sup>quod nimirum</sup> ~~non~~ non erat unius diei iter, neque  
absque peculiaribus Diuina gratia aliis eò euolare poterat.  
Interim placuit à Marchione postulare, copiam sibi ut face-  
ret locum aliquem deligendi à domo sua, et interpellatoribus  
separatum, ubi liberius sibi exuare posset, gloriaeque vani-  
tatem, ne ab ea calcaretur, praeculcando occupare. Enim  
vero ab eo, qui virtutum eius amore mirifico, ac contubernio  
capiebatur, hoc tantum potuit obtinere, ut in abdito aliquo do-  
mus recessu habitaret. Jam Marchio rebus bene gestis ma-  
gno sui desiderio Nauarris relicto, gloria, laudibusque magnis  
cumulatus Almazanum redierat. Itaque Aloysia delu-  
to, qui ad id ex omnibus opportunus maximè videbatur, loco quem ab  
<sup>arbitrio, remotum longe, quies seduxerat, et a domesticorum accessu, officijsque omnibus securum praestaba-</sup>  
sedebat solitaria, et tacebat, nisi quod loquaci, praque taci-  
turnitate illud saepe clamabat: absit mihi gloriari nisi in cru-  
ce Domini Nostri Iesu Christi, in quo mihi mundus cruci-  
fixus est, et ego mundus. Intelligebat enim clarè vanum esse  
sine Christo omne, quod viuimus, et inglorium, quidquid sine  
cruce gloriamur. In quo genere illud ei in primis iucundum  
accidit, cum orantem conspicuo splendore Diuina lux re-  
pente irruisset: ipse enim primus crucis gestator, victorque  
ei se videndum praebuit, hisque verbis est affatus: filia  
Charissima tuus ego sum, eroque in perpetuum, teque ex hoc  
in meam accipio. Quo tempore validissimis veluti cæteris  
illigari se sensit, neque sui iuris, acit arbitrij deinceps esse

Solitudine negata in arcano  
domus recessu habitet

Visionis e Lara lumine uallatam  
deus in suam accepit

intellexit



intellexit. Et urgebat quidem illa successus suos, gloriaque cupidita-  
 tem, quam cruce Christi debilitatam non nihil, et afflictam cernebat,  
 diligenti vilitatis suae commentatione frangere penitus, et profligare  
 nitebatur. Videbat eam forte matronarum aliqua e fenestris  
 prospicientem attentius, et admiratione, visuque sollicito defixam.  
 Id in reliqua eius modestia, et gravitate rarum erat apprimere, et in-  
 frequens; <sup>ut</sup> facile appareret <sup>regret</sup> ~~ta~~ tacita rei alicuius haud spernenda cogi-  
 tatione districtam teneri. Percontatur ergo Aloysiam quid  
 tandem noua rei spectandum obtrixisset. Cumque inusitatum nihil  
 esse constaret, ulterioribus interrogationibus resitantem impulit  
 tandem quod res erat dicere. Lanionum serui, vilissima nomi-  
 na, et contumeliosae deuote carnibus onusti macellum petebant. Coru  
 aspectu prouocatum reputare seuum animo aiebat Aloysia, esset ne  
 ullum inter se, illisque discrimen, quo Deus, mundusue alterutros  
 posset discernere, nullumque inuenire potuisse. Miranti porro,  
 et qui fieri posset vlla ut in tanta fortuna, morumque diuersitate  
 occurreret aequalitas identidem percontanti. At enim, inquit  
 Aloysia, si secundum Deum eos considero, ad eandem meum glo-  
 riam electi, eodem pretio redempti, eandem nascendi conditio-  
 nem sortiti, postremo eadem tumuli lege tenentur. Iam vero si  
 ab absoluta Dei sapientia ad solutum iudicem prouocare liceat,  
 quod tandem mundus nobilitatis discrimen inter eiusdem familia  
 liberos poterit statuere? Adamum autem, quamque commu-  
 nes parentes quis ignorat? Ergo si generis primordia specten-  
 tur, pares etiam sumus; nisi quod vno inferiorem me illis esse  
 adles. Instanti quid illud esset interrogare, quod maiorem, in-  
 quit, in caelis gloriam fortasse assequuntur, quippe qui ab insana  
 mundi ambitione, et honorum blandimentis sunt remotiores.  
 In hoc itaque intenta erat in primis, omnem ut auro popula-  
 ris speciem, et honoris exultationem exueret penitus, que  
 tenacissime in hominum cordibus inherere solet, et inter cete-  
 ras animi pestes vel difficillime, vel nouissime tolli: ut vel cor-  
 ipiam prius, quam vnum hoc vitium quibusdam e corde aubelli  
 posse videatur. Cogitanti igitur aliquando Aloysia, esset  
 ne aliquid in hoc genere, quod peccus adhuc posset afficere, occurrit

Lanionum municipio diligentius  
 inspecto, ac considerato ad  
 humilitatem se excitat.



grauis iniuria facti, familiaeque iniuria. Illius vero dedecoris, probrique  
 infamia erat eiusmodi, ut eam non modo tangeret, sed angeret quoque,  
 et ad vindictam toto impetu praecipitem raperet. Ut primum vero ani-  
 mum furore nefario concitatum breui meditatione inhibuit, nimi-  
 rum statuit priorem officij, quam dignitatis habendam esse rationem,  
 delendamque protinus ex animo iniuriam, cuius vnus obliuio glor-  
 riosa esset, ac laudabilis. Huius beneficio quidquid in fratrem  
 factum esset ignominiose, et atrociter; quicquid contra eius digni-  
 tatem commissum, proposito Christiana amnestiae edicto obliteran-  
 dum, obruendum, sepeliendum. <sup>Singularem praecellentis, quaeque modesta =</sup>  
<sup>tionis exemplo, si eximio gloria ex huius praecipue virtutis officijs emanantis</sup>  
<sup>tam dudum docuit, non benevolentiae plenissimum carpitur, tres sibi</sup>  
 intellexit in omni vita contemnenda, egregie; mundum sese ne-  
 pietatis fructum, e crucis ramis ad eximium Christianam officij, praecipuum, <sup>laudemp</sup>  
 obeatum; deceperat. Tres sibi  
 eius est versata industria. De se quidem eicit, nihil ut eo vno  
 esse vilius crederet. Conuitia vique adeo in animum eius ni-  
 hil potuerunt, ut ne vultum quidem mutare unquam potuerint.  
 Tenebat ille serenum suum semper in omni obloquentium inaequa-  
 litate aequalis, neque vllis calumniarum nubeculis unquam obdu-  
 ci poterat. Neque vero mundum magis contemnebat, quam  
 nullum. Id adeo in ea omnes suspexere, neminem unquam in  
 illo altioris fortunae fastigio, cui fastidium affine in primis esse so-  
 let, verbo ab illa fuisse visitatum. Laudabat omnes, et si qua  
 eius virtus nimia cuiquam videri potuit, haec fortasse tutore eguit,  
 magnis in omnes laudibus cogere effusissima. Neque enim  
 erat nescia in nobilissima Dei imagine, quamuis aliquibus sub-  
 inde neuis esset deformata, deesse non posse, quod laudaret.

## Caput 14<sup>m</sup> consanguineos suos

resinguit

Huiusmodi vitae cursum in ea sui despicientia, quam praesens  
 status patiebatur, Aloysia aliquando tenuerat, studijs, quam  
 tecto a reliquis familiaribus remotior; cum anno ab his coep-  
 tis circumacto Marchio post multas legationes gloriosissime

gestas

Vindictae studium

proficiat  
impetore

Tres contemnebat Aloysia



gestas, plurimasque terras cum imperio aditas, iuit tandem, quò Tullus, mors marchionis et Ancus:

Illus vnde negant redire quemquam.

Dolorem, quem ex illius morte magnum hausit Aloysia, illa potissimū consolatio abstersit; sublatum iam esse obiectaculum, quod conceptis vite rationes hactenus retardasset. Sed non minor fuit Marchionis in ea apud se detinenda aut vis, aut amor; quia superstitie nihil dum de solitudine impetrari potuit, quod domum suam illa acerbitate presentis funeris, omni solitudine vastiorem esse dictitaret. At enim defuncti coniugis doloribus diu superstes esse non potuit; sed luctu, quem solum iam pro coniuge inseparabilem habebat, confecta; cum neque senium quoque longius vitam protelari pateretur, intra sextum mensem extincta est.

Relictis omnibus Aloysia vitam solitariam agit.

Iustus ritu solemnī procuratis, Aloysia ut in luctu communi, magnisque familiae doloribus gaudens illa quoque vincula, quibus nouissimè irretita tenebatur, iam esse disrupta, mundo ipsa, ac vanitati mortua viuo funeri suas quoque exequias quam primū procurauit, seque in pia vite solitaria quiete nihil iam nisi Deum spirantem in humilis tecti latebris egregia sepultura damnauit. Et licet aliqua adhuc illi cum fratre ne-

negotia curata quamprimum componit.

gotia inter<sup>re</sup>ferrent, quae ante transigenda viderentur, illis tamen postremo interruptis Madriti <sup>solitariam</sup> ~~quamprimum~~ <sup>obscuram</sup> quod ibi habitare tantisper litis gratia pro adeunda maiorum hereditate cogere-

tur, <sup>lucram instituit</sup> ~~manente~~. Quippe cum intus canere sentiret illum Sacrorum vatū Homerum: audi filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliuiscere populum tuum, et domum patris tui, et concupescet Rex decorem tuum. Neque surde quidem illa canebat; re enim cum viris eruditissimis iuxta, ac religiosissimis communicata, consilioque habito, cum illi vocantis iam pridem Dei voces, tantumque prēmium haudquaquam putarent negligendum; audiuit, vidit, populi que sui, et paterna domus oblita, in <sup>contemptam</sup> ~~obscuram~~ se, humilemque casam ex tanta clarissima familia frequentia extemplo inclusit. Habita-

uit ~~hic~~ hū in ~~regia~~ maxima celebritate regia, oculisque principum amplissimi generis heroina, regibus oriunda, sui que

originem



originem ad Reginas referens, quae una maxime à Regijs liberis colebatur,  
 atque amabatur, omniaque abiicit, vel ornamenta dignitatis, vel vitio-  
 rum segetem, vel salutis laqueos, rata multo nobilius esse Christi  
 paupertatem, quam Regum luxum imitari; neque pauca ei se ob-  
 iecere, quae ad inhibendum pietatis cursum valere potuissent; sed  
 effregit ergastulum suum, fortiterque compedes exiit, ut animo à  
 mortalibus abducto spiritualis otij tranquillitate frueretur. Filium  
 pendit omnia, ut unum, quod scēbat esse necessarium, obtineret;  
 multisque ut solet, musitanibus nullam sibi insipientiae fa-  
 mam pertimescendam esse dicebat, si caenum cum caelo com-  
 mutasset. In quo non potuit non esse beatissima, quae animū  
 durissimis molestijs pressum manumisit, seque ipsam in libertatem  
 filiorum Dei a seipsum rude donavit. Mirabatur tamen subin-  
 de, quid esset, cur in tanto religionis desiderio, natura ipsius  
 genio ad id eam alliciente, non aliquid monasticae vite insti-  
 tutum capesseret. At quoties haec animum subibant, emer-  
 gebant alia scilicet, quae cogitationes eiusmodi auertebant; quoque  
 magis nitentibus, eo longius semper in contrarium abducebatur.  
 Non tamen ut pietatis igniculos vanitatum blandimenta resin-  
 guerent. Magnus enim semper religiosi status animo infi-  
 xus habebat amor, illumque sententiarum inter se pugnan-  
 tium conflictum placida identidem mentis quies, et voluptas te-  
 quebatur. His illa tam varijs motibus, et alternis fluctuantis  
 animi propensionibus agitata diutius, cum diuersas in partes  
 aliqua cum perturbatione distraheretur, incerta sententia  
 statuit rem omnem nonnullis Societatis religiosae, quorum  
 imperio, et consilijs se totam permiserat, aperire. Qui postea  
 quam rem omnem intellexerunt, censuere magnum aliquid  
 subesse, quod Deus suo tempore in lucem esset prolaturus.  
 Ipsa tantum orationi, et consuetis pietatis officijs insistaret.  
 Quae omnia praclare scilicet praestita sunt, tamque in aper-  
 to erat, ab aditu religionis nullis illam quidem, aut difficult-  
 atum incommodis, aut seuerioris disciplinae metu, aut corpo-  
 ris blandimentis fuisse auocatam. Nam et vili leuidentiae  
 genere tegebatur, et ramos capillos, nulloque nisi suo ornati

Religiosam vitam cur non  
 delegerit.

vita genus piū admodum  
 ac religiosum per omnia  
 religiosum.



ornatu decoro vulgare velum obnubebat. In ediam pro refectio-  
 ne habebat, ac interim panis aqua, aut interdum oleo maceratus de-  
 liciarum vicem implebat. Neque aliud erat, quod somnum allie-  
 ceret, quam vile stramen, cuius asperitatem suber suppositum, ta-  
 bulaque haud paulo duriores augebant. Ad haec in humili domi-  
 cilio degentem sola paupertas oblectabat, satis amplas casae an-  
 gustias <sup>putantem</sup> ~~intem~~, si Deum caperent. Ab hac peripatesmata om-  
 nia, et suppellectilem, cultumque reliquum, vel minimis debitum  
 remouerat, nudis contenta saxis, quibus saeue ornamenta sua,  
 et suppellectilem deesse non posse, si frugalitatem, pietatem, pудо-  
 rem, modestiam ad ea vestienda attulisset. Deliciae, labor  
 assiduus, mortificationis studia nunquam intermissa, abiecta mi-  
 nisteria, quae suis quaque temporibus destinata peragebat.  
 Incredibile pudicitiae decus Angelis, quam hominibus proprius; ab-  
 stinentia etiam nimia; obedientia non inter liberos tantum ex-  
 cellens, sed et inter illos, quorum voto obstricta virtus est. Pietas  
 orationi plus, plerumque temporis, quam communis necessitatis  
 conditio, ratioque viuendi patiebatur, tribuentis; paenitentiae, cui-  
 us asperitate corpus pessumdabat, perpetua seuitia. Nam pau-  
 pertas archissimis firmata vinculis, rerumque omnium inba-  
 necessitatem usus, et nulla nisi ex Praefecti arbitrio de rebus di-  
 sponendis facultas, nullam esse virtutem declarant religionis ho-  
 minibus cultam, cuius non ab Aloysia clarissima sint relicta  
 monumenta. At, fatendum est enim, maius aliquid fuisse,  
 cui eam Deus destinarat; ad quod interim <sup>his</sup> velut sanctitatis  
 praeludijs se accingebat, ex tanta opum praestantia. Illis iam  
 sordibus, gloriaeque contemptu fulgens; et animo diuitias sup-  
 plens egestatem hanc maiorum suorum gazis anteposuit, eli-  
 gens magis vite integritatem sectari, Christique opprobrijs cum  
 Mose saturari, quam omnes Aegypti thesauros obtinere.

Victus asperior.

Habitatio humilis

Virtutes eius reliquae

## Caput 15.<sup>m</sup> Viuendi ratio in secessu.

Magnam in omnium animis integritatis opinionem, sui que de-  
 siderium vitam pie, comiterque actam impreham reliquerat, cum



eam quidem quasi ~~fastus~~ pietatis procul à terra abripuit, <sup>et</sup> in altum vir-  
tutum pelagus ab omnium conspectu abstraxit. Tres secum con-  
tubernales ad eiuſdem vite societatem adiunxerat. Nam reli-  
quam ancillarum turbam dimiserat; idque unum curauerat, ut  
omnibus locis numeroſo recte factorum comitatu cingeretur, ne  
si his <sup>sapientibus</sup> ~~careret~~ <sup>in aurem</sup> immensum famulantium gregem numeranti e Thebanis  
~~omnes~~ aliquis dicitare posset, miseret me tua solitudinis.

Ancillis suis obsequitur  
magna cum animi prompti-  
tudine

His adeo non imperauit, ut pareret etiam magna obsequij commen-  
datione, quod diu à Praefecto petatum haud minoris beneficij lo-  
co impetrauerat. nam domine nomen acerbum sibi, ac onerosum cum fortu-  
nis <sup>abdicaerat</sup> ~~carerat~~, ac praeepto cauerat, ne quo errore honestas miserias quopiam  
renouaret. Et quoniam homini ad magna intentu nihil solet esse ca-  
rius tempore, magna id cura suis quodque officij indulgentiam diuisit,  
nulla ut illius pars negligenter agentibus posset effluere. Tertia

Vita eius quotidiana, et  
omnes diei actiones

hybernis mensibus hora somnum rumpebat, aestiuis secunda; contu-  
bernalibus vnus semper interuallo Aloysia vigilantiam sequenti-  
bus. Tres, ut minimum, sepe numero quatuor sublacanae horae,  
amicum Deo tempus, orationi dante. Ex ea mentem consola-  
tionibus, vultum radijs, et fulgore haud obscuro perfusum re-  
ferebat. Reliquum necessarijs ministerijs, quae cuique sua  
haecdomada suis exequenda obtulerat, datum. Mox ad tem-  
plum Societatis Iesu ibat, caeterum mane ad usque undeci-  
mam, quae rei diuinae, quae pietati omnigena tribuens. Re-  
ducem exempta leuiter fame animi cum suis remissio, pietate  
nunquam intermissa, excipiebat, eamque de diuinis dumtaxat  
rebus institui fas erat. Siquid aliud cuiquam fortuito er-  
rore excidisset; delictum <sup>ex hoc qd quartum vsq; silentio litabat.</sup> ~~destinata~~ poena expiabatur. <sup>Id</sup> ~~Silentium~~

hora orationi destinata

porro rumpebat sacra lectio, facta super omnibus, ne lecta tantum,  
et non intellecta grauius essent, diligenti communibus sen-  
tentijs in medium allatis examine. Caetera captum opus,  
laborque vendicabat. Sexta solida orationi identidem da-  
ta; tenuique caena, et ista cerere exclusis edulijis pastam,  
labor in orbem actus districtam pijs colloquijs ad nonam usque  
tenebat. Ea discutienda conscientiae destinata erat, quo  
facto lectum meditationis in sequentem diem caput sanctis

desiderijs



desiderijs saginatas dimittebat, ac decima demum quieturas strato accipiebat. Curatum porro diligenter ut statæ horæ religiose in primis ab omnibus observarentur. Solemne erat Aloysie, noctium parte modica somno concessa, reliquum diuinis precibus, pijsque commentationibus transigere, minimumque à Diuina presentia tuenda oculos abducere. Porro meditationi officium Ecclesiasticum addebat, noctisque meridie partem matutinam legebat; illam ex eo haud minimam capiens voluptatem, quod dum Deo vacaret, noctisque partem meliorem orando traduceret, pluribus horis viueret, cum somnum mortis quoddam instar, atq; imaginem esse constaret. Neque vllum magis tempus se perdere querebatur, quam quo dormiebat. Itaque somnum verum hostem suum, eumque capitalem appellabat, ac bello identidem persequeretur, neque vllas ei ab assiduis vigilijs inducias esse patiebatur. Et cedentes quidem subinde oculos, quod in tam assidua contentione fieri erat necesse, victamque lassitudine naturam crucis adminiculo erigebat. Informem eni illius truncum, quem penes se habebat, humeris impositum circum cubiculum ferebat, neque ante ponebat, quam victum se somnus oculis depulsis fateretur. Subinde etiam gelido marmoris nudis pedibus insistebat, ut desidis naturæ torpore somnique curas ad depellendum frigus auerteret. Deniq; in procinctu semper stabat, siue ut pietati liberalius indulgeret, siue ut aduersus tentationum tumultus se muniret, quas in incertam horam certissimè omnibus denunciavit magnus ille mundi imperator Deus, qui vigilandi, et orandi tesseram militibus suis dedit, ut vita vtriusque virtutis præsidij instructa ab aduersarij incursibus esset tutior. Par eius studium, laborque in domanda arrogantia fuit, cuius adhuc quedam in animo reliquie, ut natura apprimè iuris sui est tenax, cum peruersa humilitatis, rectique verecundia perseverabant. Hanc ut euelleret, Madriti aliquando in celeberrima platea, cui à Toledo nomen est, vas obscenum capiti impositum, sordibus stillans gestauit, velo ut ab omnibus spectari posset, reiecto; et inanissima nobilitatis gloriam in illius

nocturna in precibus uigilantia

Somnum hostem suum uocabat et cum eo conflagrabat.

ne tota nocte plumeo sepulchro incumbendo sepulchri cadauer esse patiebatur

Humilitatis studium, et exemplum iccistre

profundis sordibus stillans gestauit, velo ut ab omnibus spectari posset, reiecto; et inanissima nobilitatis gloriam in illius

potissimum



potissimum ministeri ignobilitate prostravit, quod vel postremi ho-  
 minum haud, absque aliquo naturali horrore, iustaque nausea defugiunt  
~~et~~ defugiunt. Defixis novae rei admiratione omnibus non  
 Deo solum, Angelisque, sed hominibus quoque spectaculum Aloy-  
 sia praebeuit. Quidam enim cum eo in cultu feminam prin-  
 cipem viderent in gemmis olim, auroque conspectam, vivere sui-  
 licet; et vecordem, ac deliram permixtis vocibus appellantes,  
 Lasciuientium a tergo puerorum turba insequente, conuictis,  
 ut fit, certatim ~~aperuerunt~~ <sup>disturbisque obtulerunt</sup>. Alij haud paulo magis eam in  
 his sordibus, et squalore, quam in clarissima fortuna olim sunt  
 admirati. Nec celari ea res potuit, quin omnia continuo fa-  
 ma ad affinium aures perferret. Quippe enim illi fremere  
 ceperunt, et indignari querentes eam adeo officij fuisse  
 inmemorem, ut amplissimum familiae nomen violare parum  
 sabuerit, nisi in propatulo etiam vltima amentia vulgi risibus,  
 publicaeque maledicentiae telis figendum proponeret; et quod  
 si intra tecti septa insliverit indignum videri posset, id in luce  
 principum frequentissimo oppidi loco fecisse, quo grauiorem suis  
 infamiam conflaret. Tali experimento antiquos spiritus fre-  
 git? non contenta tamen huiusmodi factis, illam humilita-  
 tis laudem, cui addi iam nihil posse videbatur, vnum inuenit,  
 quo augeter paupertatem. Solemne ei erat famem diurno  
 questu propulsare, neque eorum quidquam in alimenta, usuzque  
 vitae necessarios admittere, quae fortunae benignitas magna  
 censuum annorum copia offerebat. Nimirum sibi quoque die-  
 tum meminerat <sup>a praefato illo optimarum rationum magistro</sup> ab illo electorum ~~lectissimo~~, qui non operatur,  
 non manducet. Porro festis diebus, quos sacro otio indul-  
 gens a profano opere immunes esse diuina mandat auctori-  
 tas, stipem denso mendicabulorum gregi immista ad D.  
 Francisci petebat. Hic vero non obscuris ambitionis ar-  
 gumentis, innum inter pannosos homines locum quaeritabat  
 sedulo. Et si quam reliquis egentiozem, sordibusque obso-  
 letam videret, ei se adiungebat; pia colloquia, dapesque,  
 quidquid genius obstaret, communicabat tanta cum vllup-  
 tate, nihil ut illi huiusmodi grandis dulcius obtingere posse  
 praedicaret; nimirum spontanea paupertatis ferulis sua quoque

Comit' is omnium risibusque  
 impetitur

pauperibus immista sedet,  
 stipemque petit.




e' caelo condimenta <sup>Regum dapibus</sup> haud paulo suauiora diuina gratia af-  
 fundebat. Ancilla porro, cui ad exercendam virtutem in vo-  
 lentem, multumque flagitantem imperium permissum erat, <sup>da-</sup>  
 ta potestate, per quam impotenter via est, siue quod difficili, ac  
 permolesto ingenio erat, et ab omnibus beneuolentia studijs abhor-  
 rebat; siue quod insueta imperandi dulcedine prouehere tur lon-  
 gius. Haec Aloysiam, quam non uno nomine <sup>debebat</sup> ~~ad~~ sortis  
 sua oblita ad catenam oblegabat, <sup>eiusque</sup> libertati in omnibus pro-  
 terue imminabat; ac iam ne conuitijs quidem abstinerebat.  
 loquenti silentium imperando, demensum sordidissime suppedi-  
 tando, inedia interdum damnandis <sup>penis</sup> impositis affligendo. <sup>et</sup>  
~~et~~ ne gratuita esset seueritas, verborum petulantiam verbera,  
 et flagella, qua vltro ambierat, sequebantur. Haec vero cum  
<sup>fortiter</sup> ~~potestatem~~ ad reliquam maledicentiam pateretur, placido vultu  
 contumelijs obluetabatur, <sup>Christumque</sup> ~~et~~ memoriae altè impressum <sup>oculis</sup>  
~~no~~ <sup>seu</sup> ~~reprobis~~ <sup>subijciens</sup> ~~quod~~ agni coram tendente se obmutat. Neq;  
 vero in tot, tamque egregijs prelijs sua vincenti tropæa de-  
 ficere; sic enim illum gloriae <sup>typhum</sup> ~~et~~ <sup>deiecit</sup> ~~et~~ ni-  
 hil ut sequentibus annis in omni vita e' reliquis animi afflic-  
 tionibus minus infestum habuerit.

Ab ancilla uarie exercebatur.

patientia eius singularis.

Caput 16<sup>m</sup>. Grauibus ani-  
 mi, corporisque dolorib;  
 conflictatur.



Hicce virtutibus omnium in se ordinum animos vertebat,  
 suspicientium eximium illius in omni Christiana perfectionis  
 genere asequendo studium, tantumque rerum mortalium con-  
 temptum, ut in eorum oculis, inter quos paulo ante honoribus  
 floruerat, vilissima quæque non modo <sup>non</sup> ~~refugeret~~, verum etiam  
 vltro ambiret, magnaque alacritate capeseret. Cernebant  
 eam inter egenarum multitudinem, vulgusq; <sup>humili liber</sup> ~~se-~~  
 dentem; eorundem impia obuios comiter salutatos, manuque in-

tecta



tecti deductis omnibus obsequijs, et beneficentiam prosequentem, nul-  
 las ut iam diuitias, gloriamque preteritam paupertatem agnosce-  
 re videretur. Lucebat enim vero in sordibus etiam margaritum,  
 eoque sublimior cunctis eius pietas habebatur, quo dignitatem suam,  
 veteremque generis praestantiam ad indigniora deprimeret. Iam  
 vero tanta in reliquis virtutibus exercendis erat contentio, tan-  
 taque vita asperitas, quantam breui relicta in corpore egritu-  
 dinis ex assiduis seuerioris disciplina laboribus contracta vestigi-  
 a declararunt. Itaque quantum pietati accedebat, tantum  
 de valetudine, viribusque in dies deterebatur. <sup>accisus</sup> sensim,  
 quod necesse erat, aetatis vigor, et mox secuta infirmitatum ag-  
 mina, in quibus praecipue infesta fuit assidua cordis palpitatio,  
 dolorque Stomachi, mali ad vicinas quoque partes peruadentis con-  
 tagione. Ergo maiori quam par erat studio cum cupiditatibus  
 inueteratis certantem, ijsque omnibus, quae quidem superare vir-  
 tus potest, inuictam vicit morbus, lectoque aliquanto tempore <sup>dequixit</sup>  
~~fixit~~. Porro cum sciret etiam in seculo suum esse obedientiae,  
 ac virtutibus campum, in quo cum doloribus concurrant, eosque,  
 quos vitare mortalitas haudquaquam potest, aut equanimiter  
 ferendo, aut de manu Dei accipiendo vincat; Hoc egit verbis,  
 vultuque ad eximiam animi abnegationem compositis, omnes ut  
 intelligere possent, qua manu munus illud sumeret, quod dextra  
 Deus daret, ~~quod~~ certa non <sup>posse</sup> ~~posset~~ non esse praestantissimum, atque  
 optimum, nisi sinistra a mortalibus capiatur. Porro ingravescente  
 in dies morbo, linguaque usum subinde adimente, <sup>nullam iam super medela spes</sup>  
~~erat, praeter eam, quam in caeli mutatione, reponendam medici censebant, cuius iucunda tem-~~  
~~peries, quae sola pro medicamentis iam esse poterat, <sup>uti</sup> artem iuu-~~  
~~ret, malique atrocitatem mitigaret. Et <sup>consumptis</sup> desperatis iam~~  
 omnibus vitae subsidijs, cum nec caeli benignitas praeferret  
 omnino, nec quidquam in reliquis remedijs adiumenti reli-  
 quam esset, grauissimos inter dolores prope a morte abfuit, cuius  
 terrore admo, cohorrui aliquantum, quod in primo spatio sac-  
 dia sua, et cogitationes interrumpi doleret non dum conspecto  
 illo, quem animo delinauerat, perfectionis portu. <sup>ad quem contentis</sup>  
 uelis, remisque perendum eo erat animo promptior, quo breuior est uita cursus  
 ac uetus nauarum querela est crescere aequoris magnitudinem, auratque decrescere  
 et languere; quod perfectis omnibus in hac uita oceanis accidit ~~causa~~ noctis tene-  
 bris increbescentibus, multumque uix ad absolutum uirtutis decus consequendam

Varias egritudines ex inde-  
 sso uirtutum studio contrahit

In morbum incidit

In ultimo uita periculo  
~~constitutis~~ constituta quid agerit



superesse quiritantibus. Itaque Aloysia medicis minime secunda augere antibus  
eo redacta erat, ut sublata omni spe idonea ualitudinis ne salus quidem ipsa  
saluare eam posse uideretur. una illi anchora nondum erat madefacta, solum  
que supererat in dei benignitate, atque animi resignatione subsidium. neque enim sic  
morbo exhausta erat, ut non vigeret animus; quod solo incedit.

mis, ac integra omne dolorum remedium in sanctissima Dei voluntate  
reposit, ad cuius arbitrium suum quoque fingere crebris orationi-  
bus nitentur. Ceterum euerso iam prope infirmitatis procelli  
nauigio clauum tamen fortiter tenens, rebusque omnibus Diuina  
providentia permixtis, imploata sedulo numinis ope, non modo im-  
minentem ab aegritudine languorem leniuit; sed etiam cupiditatu  
reluctantium impetus dissipauit. Multum enim virium eas de-  
perdidisse morbi indolestis labefactatas sensit, minusque quam an-  
te difficiles, atque acerbas, ut gaudere iam magnopere tam. Lato  
afflictionis prouentu, pristinumque Seruatoris nostri fauorem, ac  
praesentiam sperare inciperet. Sed conceptam animo spem  
ut excitaret, pleniusque postmodum satiaret, diuturna mora elu-  
sit benignissimus consolationum pater. Ergo priori aegritudi-  
ne non dum omnino liberam seuius malum inuasit, plurimisque  
desolationibus, et angustijs cumulata inter dolores sine solita

praestanti egregia pietatis auro sua fornax minime defuit. Cuius ergo se omni  
gaudio, et sensu pietatis, nec in precibus, caeterisque, quibus as-  
sueuerat offrij, vltim inuenire iucunditatem, aut quietem

diuina voluptatis laetitia destituit. <sup>Mirum probando tam</sup>  
querebatur; cumque pertinacius per totas se medullas lues dif-  
funderet, timeretque grauiter, ne inuisum Deo suum esset insti-  
tutum, nullisque vitae actionibus ei placeret, deiectam animo,

gravi mentis desolatione,  
scrupulisque agitur.

ac pessundatam aegritudinis vitio cuncta respuentem postremo  
etiam rerum diuinarum fastidium inuasit; quod cum caelestia  
cuncta, ipsamque lucis usuram acerbam illi redderet, nihil mirum  
est, si tanta confecta esset multitudine, quantam afferre nulla  
potest humana calamitas. Post imploreatam numinis opem, et  
diuorum indigetum subsidium, memor quantus in huius quoque  
certaminis labore triumphus esset repositus, cum vel in morte vic-  
toria, vel in victoria salus esset sita, omni ope contedit latentem  
e visceribus pestem excutere. Ergo ut amissum pietatis qu-  
stium restauraret, non fidem tantum, sed fides quoque in reme-  
dium poposuit; quibus cacodemonis inopportunitatem, malique  
grauitatem, quod a Iesuo late olim factum fuerat, mitigaret.

Versus enim aliquot hispanico idiomate concinnauit non poe-  
tica



tica magis elegantia, quam eleganti pietate delibatos, quibus di-  
uinum ad se numen, siquid adhuc pœsis antiqua efficacie ha-  
beret reliquum, posset attrahere. hoc latine verbo tenus subijcere  
haud absre visum est. In his silua nomine seipsam patrio  
anagrammate indigetat.

Aspreta duris ardua callibus

Vulgo negata Virgo petens viam,  
<sup>virgine</sup> ~~curante~~ <sup>lucru</sup>, perque uultum  
~~curante~~, ~~eruditione~~ ~~curato~~

Fletipluas glomerante nubes;  
<sup>frangitque petrus</sup>  
(Namque impotenti saucia arundine  
Venis aiebat vulnus hiantibus)

<sup>Latronis</sup> <sup>Populi</sup>  
~~Scienter~~ ~~caelo~~ ~~soluit~~ ~~rota~~  
<sup>Perque</sup> <sup>omn</sup> <sup>cuius</sup> <sup>ora</sup> <sup>soluuntis</sup>  
<sup>esa</sup>  
Sollicito queribunda planctu.

Quod longe auitis, silua, fares fugis,  
Fugisque magne premia adorea,  
Non impia amentem cruentis  
Prosubigit Stimulis phrenesis.

Vox sola IESV cor tulit unico

Amantis ictu, tunc saturum rotis,

Ostroque, cum vultum notabas

Olim oculo penetrante nubes.

Per alta Iesum culmina montium,

Ignota turbis culmina inertibus,

Saltusque querebas remotos,

Enara iugis posuisse sedem;

Amorque soli solus erat comes,

Pro mille solus ille <sup>at, erat</sup> ~~facto~~ comes,

Perperqua eunti, perque crudis

Lustra foris habitata, solus.

Hic inter umbras dum nemorum lates,

Decus iuuenta purpureum perit,

Lazaque, Regibus que sanguis

Clarus auis, atavisque clarus.

Dum te ipsa nexu fœderis illigas,

Et forte spondes carnificum minas,



Terraeque, Tethyosque tristes  
 Implicitis adamante <sup>uotis</sup> ~~uotis~~;  
 Heu tanta nunquam Terrigenum salus:  
 Quantis malorum luctibus obiacet?  
 Sic una <sup>uana</sup> dementem fatigat  
 Irrequies, Laniatque mentem?

Hæc fata, pectus silua sonantibus  
 Suspiriorum fluctibus obruit;  
 Plangitque, lamentis minorem  
 Immodicus animum fatigans.

3 Languere amantem, nec patitur dolor, <sup>non aura dulcis, munera nec iuuant</sup>  
 Acricque pectus impete inentheans, <sup>quæcunque curam pectita dentibus</sup>  
 Per aua intonsis notantem <sup>Tellus aratri uita in usus</sup>  
 Genua rubis, salebrasque raptat; <sup>Lata simi locuplete fuadit.</sup>

4 Suique cogit immemorem, iugis  
 Vagum <sup>uoluntatis</sup> carpere tramitem;  
 Si forte duras <sup>uoluntatis</sup> ~~littora~~ inter  
 Valle tegat saluica spinas.

1 Nam <sup>uota mentem haud perculerant</sup> ~~si qua potest non fuerant~~ nihil,  
 Quis esse maius crediderat nihil,  
 Virisque <sup>Pauperis</sup> ~~uoluntatis~~ calcans  
<sup>Callaicas</sup> ~~uoluntatis~~ opulenta gazas;

2 Et cum decore virgineus pudor,  
 Et cum pudore par superis decor;  
 Quæ visa displicere Iesv  
<sup>innumeras peperere curas</sup> ~~uoluntatis~~ ~~mentem~~.

Neque nullum ex ijs fructum tulit Aloysia; memoria enim ante acta vite præcipuum desolationis neruum incidit, cum plurima occurrerent, quæ animum ex illis fluctibus, æstuque sollicitudinum ereptum, ad spem aliquam Diuine benignitatis, a lacritatemque reuocare posse viderentur. Tum illud quoque liquido comperit, quæ esset mali causa, ac origo, illasque conscientie angustias a malo spiritu fraudulenter esse immixtas haud obscure cernebat. Ergo dum in inuestigando memine sanctæque mentis tranquillitate societate laborat, <sup>prodes sibi salutem</sup> ~~prodes~~ <sup>Agencis Sidoniorum Regis</sup> legem, quam ille Cadmus olim filius <sup>sedulo seruandum præcepit</sup> ~~at~~ <sup>aut</sup> inuicendum sibi quod quærebat, aut in ipso pietatis <sup>Caput</sup> conatu ac laboribus moriendum esse statueret.











Unius placio tui carere.  
O, malum horribile, atq; in auspiciatum!  
Quantis pectus adobruis procellis?  
Nam nondum tibi me placere Iesv,  
Cui nec vita placet, placetque solo  
Cruce, sethumque tui, morique amore,  
Mors est dura mihi, et dolor iacentem  
Cogit funereis suum querelis  
Viuos ante diem sonare manes.  
Ad caltham, o, radios, tuam, tuosque  
Titan flecte oculos serene tandem,  
Ilos flecte oculos serene tandem,  
Quis brumam, et nebulas fugans inertes  
Caelo purpureum diem reducis.  
Da tui placitum vslens amorem,  
Nam te absq; ut velit, haud potest placere.  
Ah, quam vota diu inquieta ludes?  
Me, quippe esse tuam satis, superq; est;  
Et quicquid super hoc, tuiq; amorem est,  
Perdet vindicibus Themis fauillis;  
Si saeuum tamen extrahis dolorem,  
An nullum statues modum dolori?  
At, o, tenarij dehiscat umbris,  
Et vulgus vetegat prius sepulcrum  
Tellus cardinibus soluta laxis,  
Quam tantum excidat vt nefas palato.  
Heu vanum nihil, nihil usque, et usque vanum!  
Ut peste es nihil, et nihil mereris?  
In me si nihil hoc vides Iesv,  
Iam pessum facibus dabis trisulcis.  
In te si nihil hoc vides Iesv.  
De caelo meritis fauens amore,  
Et pari immeritos amans fauore,  
Cogere ambrosiae fouere dompis.  
Scimus, vt dubio pius duello



Laesit te rapidis Amor sagittis,  
 Deiectumque polo, soloque stratum  
 Victor egregijs premens triumphis,  
 Crucis supposito trophaea collo  
 Ferre Idumiacis coegit oris.  
 Illi et victa mei favore cessit  
 Non vno Erigone seuera bello:  
 Et ponens volucres manu sagittas  
 Post terga implicitam tulit catenam:  
 Cum caelo veniens perennis alto  
 Maiestas, humili superba sacco  
 Mutauit decora, inchoatumque regni,  
 Pro me sidera pignorans, et axes,  
 Caeli bis geminos patens axes,  
 Melle<sup>or</sup> delictijs fluentis axes,  
 Insonemque, malo notante nullo,  
 De meis onerans Amor catenis  
 Vitam perdere iussit, atque honorem,  
 Dum toto properat rigore nostrum  
 Suo flagitium expiare letho;  
 Sperni regna ferens, decusque Sperni,  
 Ut regnum immeritis, decusq; firmum,  
 Pacatumque daret benignus œuum.  
 Quin et temporibus dedit decoris  
 Circumpulnificos sedens acanthos  
 Sacro seua ratans cruore spina,  
 Iesu vulneribus feris reuulsum  
 Cingens horrida caput coronâ,  
Signum stellaticâ caput coronâ.  
 Tandem vulnere victor vnus vno  
 Ferro imas reuerans Amor medullas  
 Ad caelos aditum, Deumque pandit.  
 Has amor latebras patere nobis,  
 Ut ~~nos~~<sup>vobis</sup> voluit potens, Ieu.  
 Hic me abdant penitus, tegamq; tuta  
 Quo doris tumeat sonora vento,







pertrahisset. Quarum meditatione frequenti adeo exarsit, omnem  
 doloris sensum exiit, ut si quid in eo genere gravius obtrahisset, id  
 iam in voluptatis loco haberet, eo in primis nomine, quod a  
 Deo occupatum esse intelligeret. Quapropter eiusmodi vite  
 institutum a Deo assidue postulabat, in quo desideria sua, qua  
 pectore, et medullis concepta iam pridem tenebat, re, et factis  
 perficeret. Nihil interim ex ijs praetermissum, qua iam ante  
 facere consueverat. Horas quinas genibus nixa in oratione  
 tacita persistebat; nam vocali illi solidum mare diuinis officijs  
 exequendis consecrabat. Et quoniam in populi, principumque  
 frequentia vitam se egisse multis occupationum fluctibus infe-  
 stam meminerat; ut hanc rerum, temporisque iacturam res-  
 sarciret, miro solitudinis desiderio ardebat. Itaque arrepta  
 auidè illius, quoties se offerret, occasione cum alijs raro, seum  
 omni fere tempore loquebatur. Praeterea in prisca vita se-  
 ueritate repudiatis constantè ijs, qua aliquam possent afflic-  
 te carni delectationem, aut voluptatem afferre, ea tantum  
 admisit, quamquam magna cum sollicitudine, et studio, qua  
 ad restaurandum valetudinis vigorem, viresque corporis essent  
 necessaria. Quibus rebus effectum est, ut cum mortalia  
 cuncta repudiaret, diuini se dignam prestaret, et si qua adhuc  
 molestiam, tristitiamque cogitationum in animo resideret nubecula, eam  
 deus in uisibilissimis numeris suis in manu rebus dispelleret.

patiendi desiderium

Orationis studium, mentis  
que tranquillitas

Caput 18. Magna erga  
 Sacram Eucharistiam

pietate afficitur

Hisce igitur fluctibus ereptam, magnoque virtutis perse-  
 quenda ardore inflammata, ad maiora in dies pietas rapie-  
 bat, ut non modo in tequise obiectis tentationibus perfectionis  
 studium, sed exarsisse sit certissimum. Et singularis eius  
 in paucis fuit erga augustissimum Eucharistiae mysterium  
 religio. Cum enim eo tempore, quo in aula segebat, ver-  
 tente octiduo, dein etiam bis in hebdomade caelesti pane se  
 reficere in more habuisset, tantum huius famas breui auita  
 est.



est, ut ea nisi singulis diebus fueretur, demerito diurno privari videretur. Neque vero curarum, aut occupationum, quae multae in eo vite genere saepe numero occurrerant, copia, vel dilata principum, ad quae importunis multorum precibus ~~traxit~~ <sup>pariter</sup> inuitatus <sup>atque</sup> ~~traxit~~ <sup>traxit</sup> trahebatur; illo unquam tempore cum Marchione siccitantem retardare potuerunt. Adacta enim ab ipsi, quorum imperio parere erat necesse, inter medias cupedias ieiuna accumbens vetus Tantalii exemplum renouabat; nisi quod ipsius palatum caelestis iam mannae dulcedine delibatum, fluxarum voluptatum saporis, omnemque dapum varietatem fastidiret. Postquam vero suorum contubernis exempta vitam solitariam amplexa <sup>est</sup> ampliore sibi eius copiam fieri a confessorijs magnopere flagitavit. Et illi quidem licet hoc desiderium oppido probarent, verbisque extollere solerent; tamen siue quod eius virtutem exercere cuperent, siue alio quopiam mentis impetu agerentur, nullis precibus adduci potuerunt, eius ut compotem esse paterentur; nisi quod festi tamen omnibus liberam esse facultatem voluerunt. Id vero non mediocrem ei dolorem inussit, cum nihil iam reliqui haberet, quod animum in hac vita oblectare posset interclusus vitae fonte, e quo delicias omnes suas saporiebat. Orationes plena lacrymarum hoc condimento priuata voluptatem consuetam, et saporem amisisse videbantur. Itaque intra paucos dies maxore confectam diua tabes inuasit, et medullis, totoque corpore exere languentem in extremum vitae periculum adduxit. Porro licet attentissimam indignitatis suae meditatione oculis subiecta, alijsque multis adhibitis, omnia ageret, uti <sup>animus a maxore abductus aliquo</sup> ~~animum~~ <sup>in</sup> ~~iacentem~~ <sup>conquiesceret, ac leniretur,</sup> ~~erigeret~~ <sup>in</sup> ~~insipientis~~ <sup>solatio</sup> ~~moles~~ <sup>conquiesceret, ac leniretur,</sup> nihil ~~hoc~~ tamen egit. Ctenim ardentissimus Deo se coniungendi affectus ex aduerso erumpens cogitationes obiectas repellerebat; et in hac tanta rerum mortalium vanitate, tantisque incommodis, ac arumnis tolerabilius aliquando reputabat fame, ac miserijs extabescere, quam caelesti pane orbari; qui solus animum gratis caelestibus saginaret.

Admirabile Eucharistia  
 desiderium



Omnino ea erat doloris magnitudo, ut nisi Antistes subuenisset tandem, et auctoritate sua, consilioque desiderij flammam ingentes resisteret, eundem illius <sup>pariter</sup> viteque finem habitura esse videretur. Quae cum ita essent, obedientia tamen, quam pietatis tenacior de alio sibi a confessionibus deligendo, nequaquam cogitavit. Neque illos interim audiebat, quamvis et rerum divinarum scientia, et reliquis ornamentis insignes, qui ut a tantis eam angustijs vindicarent, suadebant pariter, atque asserabant ultra vllum flagitium ad sacram synaxin posse accedere, quotiescunque illis desiderij impulsibus ageretur; neque ad eam eem illius facultatem magnopere esse necessariam. Perire enim, et parere satius putabat, pulcherrimaeque virtutis deus Christo ad usque mortem, crucisque dedecus servatum, ne ipsa quidem proposito ~~let hi discrimi-~~ ne deperdere cupiebat. <sup>hoc legem habebat</sup> Neque vero tanta eius pietati di- <sup>persuasissimum Confessarij</sup> uina defuit benignitas. <sup>uoluntatem in omni uita sibi</sup> Quippe Anasthem, siue exi- <sup>Cynosura loco futuram, ad quem</sup> mia eius obtemperantia, <sup>et cupiditate delimitum, qua flagrare potius</sup> ~~delimitum, siue tantis religione,~~ <sup>omnem actionum suarum, ac con-</sup> <sup>sideriorum cursum dirigeret.</sup> Deique instinctu afflatum, dies mitigauit, animumque muta- <sup>quam teneri iustitiam, siue tanta praestantis animi religione,</sup> tata sententia ad explendum eius desiderium inligauit. Itaque initio a Dominica Quinquagesima sumpto, quod <sup>tempus</sup> multorum flagitij, ac pergragationibus obnoxium praecipua pietate ad arcendum Dei furorem, diua Senensis solebat trans- <sup>Aloysia</sup> igere, imitandi studio incensa cottidianam tribus hisce diebus sacrae synaxeos copiam fecit, eamque post totius anni decur- <sup>Eucharistia mysteria quotidie percipit.</sup> su perpetuo pietatis tenore continuauit. Vluit tamen eam singulis diebus renouari, ne voluptatibus tantis delibute de- <sup>et</sup> esset, quod pateretur, aut in quo arbitrij sui libertatem pos- set retundere; si, quemadmodum aliquando faciebat, pe- tenti, multisque precibus instanti abnueret. Spectata tandem plurimis, ijsque grauissimis experimentis, praeda- ra animi religione perampla facta est potestas caelestis ara mysteria libandi illis legibus, quarum restrictione circumscripta ante tenebatur, sublatis. Tum vero fame suam ex longa cupiditate angelicis lauitijs recreare cepit securius, <sup>magnisque</sup> ~~proque~~ eam consolationibus, bonisque <sup>impleuit</sup>

Obedientia amor singularis

uoluntatem in omni uita sibi Cynosura loco futuram, ad quem omnem actionum suarum, ac con- sideriorum cursum dirigeret.

et cupiditate delimitum, qua flagrare potius quam teneri iustitiam, siue tanta praestantis animi religione,

Eucharistia mysteria quotidie percipit.

impleuit



implevit Deus, <sup>sic tamen</sup> ut explere ~~tamen~~ non posset, quominus maiori  
semper eorum ardore raperetur. Huc mentem conuertebat,  
hic pascere non palati tantum, sed et ocularum, sensuumque  
omnium insatiabiles appetitus; quippe cum infinitis partibus  
dulcior sit huius vnus cupiditas, quam eorum omnium, quae  
se sensibus obijciunt, voluptas insidijs, quam subsidijs maio-  
ribus cumulata. Sub hac fere tempora aliquid in som-  
nio oculis illius subiectum est (quid enim in hac vita, nisi  
in somnio tortuosis enigmatum gryphis inuolutum videmus?)  
Quod hanc rem haud obscure portendere videretur. Astate  
appetente inuando spectando abducta animo, in arua, sal-  
tusque vrbis subiectos rari sibi videbatur eo noctis tempo-  
re, quo maior orbium caelestium splendor esse consuevit.  
Comes erat e consanguineis vna, cui praecipuis necessitudi-  
nis officijs erat deuincta. Cum ecce amico noctis silen-  
tio fruuentibus illis, et siderum pulchritudine defixis vnu  
eximij splendoris e caelo in terram labi visum utramque  
invisitav lumine circumsepsit, paruaque mora interie-  
ta in Aloysiae pectus se insinuauit prioris fulgoris radijs  
mortalitatis integumento repente obductis, et e conspec-  
tu sublatis. Ut taute illi Christus illud Patrij Patris  
dicere videretur, dabo tibi Stellam matutinam, cuius nomi-  
ne Eucharistiam quidam eruditionis laude praestantes  
hoc loco intelligi vsuerunt. Et sane illud quidem  
futuri argumentum potius fuisse videtur, quam somnij  
ludi brum, cum eius facultas ei haud ita multo post con-  
cessa fuerit. Porro illud imprimis mirabile extitit, quod  
ab hoc tempore dolores illi assidue acrescerent, sensimque  
intra biennij spatium non sine sensu tantopere augeren-  
tur, ut humana natura tolerantiam, viresque excede-  
re viderentur. Atque ut audire possitis veritatem ip-  
sam, claris id verbis praedicantem, accipite ea, quae ip-  
sius Aloysiae manibus descripta reperi. Ex quo, inquit,  
tempore facta est mihi Eucharistiae copia, tanti animum  
dolores inuaserunt, tantaque ad eorum acerbitatem in

stella in eius pectus illabi  
uita:

dolores mirabiles in animo, ac  
corpore sub Eucharistiae sumptio-  
nem sentit







animo pacem, ac tranquillitatem relinquunt. Ex quibus ea voluptas oritur, qua omnem mortalium gaudiorum lætitiā longe posteriorem ducit. Alij certe argunt prorsus, et cruentant, sollicitamque Sabent. Et ex hoc fonte promanant tot egestatis, contemptus, paupertatis, et asperitatum appetitiones, a quibus mox impatiens in magnas angustias inijciat. Et hæc pro affectuum illustrium explicatione satis forte esse poterant. Sed nempe alio non minus eximio pietatis symbolo claudendum est caput. Anno reparatae salutis 1599. feria sexta Idibus Februarij libatis Eucharistiæ mysterijs obiecta est illi verbi incarnati species, qualem sine specie, et decore atrocissimi hostes capite spinis redimito, manibusque ferro terebratis spectandam sibi proposuerunt. Quibus conspectis visa illi est sub ea imagine arctissime coniungi, tantoque repente gaudio est delibuta, ut eo tempore a lacrymis temperare haudquaquam posset, multisque precibus à Deo enixe peteret, ut ipsidem vulneribus in omni vita cruentatam sibi quam simillimam esse vellet. Videbat enim eum apertissime quæque, quæ oculis cernuntur; utque meditationum D. Augustini caput vigesimum forte lætibat, in quo de vita æternæ dulcedine agitur, tantum animo eorum fastidium repente incidit, ut repositis omnibus cogitationem, mentemque totam ad unius schematis obiecti intuitum convertere cogeretur. Inuaserat quippe animæ arcem diuinus amor, eamque tam firmis presidij occupatam tenebat, ut omnem illi beatitudinem, ac gloriam præ his vilem faceret. Itaque si id illi Deus permisisset, quod maxime ex omnibus immortalitatis bonis vellet optare, decretum erat diuorum domicilio, et cælestis hereditatis portioni renunciare, ut illam Christi in cruiatibus, plagisque similitudinem consequi posset. Illud nempe, quod Eudoxus sibi in votis habuit, ut oculis orbaretur, modo dulcissimum illud illis lumen semel aspiceret, in unius Eucharistiæ sacratissimæ cernendæ, Deique sub eius imagine exploratæ latentis desiderium mutauerat, nihilque hoc vno dumtaxat excepto videre cupiebat; adeoque

Visa Christi in Eucharistia  
cruentis imagine, sibi se  
sentire arctissime



caecitatem unius mysterij aspectu praeclare compensatam exilama-  
 bat. Id porro vehementer mirabatur vltum omnino aliud cae-  
 lum, praeter Eucharistiae conspectum, et arctissimum Christi in <sup>quanti in Eucharistiae conspectu</sup> solo gaudijs fuerit delibuta  
 cruce suffixi amorem, sensumque ignominiae, et tormentorum,  
 quae ipse pertulit posse inueniri, idque crebro solebat dictita-  
 re. Et vero in tanta afflictionum copia, quae vltro omnibus  
 solent occurrere, crucem ambiens, suum in terris caelum  
 deesse nullo modo poterat, quandiu illam animi virtutem ob-  
 tinebat. Ne tamen deesset cum multis poenarum generibus  
 asitis, tum vero martyrij voto <sup>prospexit</sup> ~~promissum~~, cum quibus illa  
 siderum amantiam, caelique gaudia commutauit.

## Caput. 19.<sup>m</sup> Vota emissa, et reli- giose seruata

Itaque iam tum ardentius se mortificationis studijs, sui que  
 abiectioi dedit, quam ceteri ambitioni, et commodis suis  
 studere consueuerunt. Tot adeo vota id <sup>haud dubijs</sup> ~~apertis~~ argumentis  
 declarant, quae in tanta rerum concessarum affluentia, et natu-  
 rali splendore, florenti aetate, gloriaque Virgo, pietate cupi-  
 ditates coescente nuncupauit; ut illorum sponcionibus se,  
 Deo arctissime deuinciret, et omnium voluptatum licentiam  
 penitus excinderet, quae sine salutis, ac perfectionis di-  
 spendijs nulli licere unquam potuerunt. Nec minor eius  
 in concipiendis animi ardor extitit, quam in perficiendis con-  
 stantia. Sed illa certe vel plura numero, vel grauiora fue-  
 runt, quam ut omnibus unius virtus sufficere posse videretur.  
 A uotis quibusdam liberatur  
 Corum, cum maturo iudicio rem omnem discussisset  
 Stephanus Ojeda Collegij Madritani praefectus, pro pote-  
 state, qua singulari Societatis Iesu beneficio pollebat, ali-  
 qua parte liberauit. Enimvero tenacem proposito, et exi-  
 mite perfectionis animam religio inuasit, grauiusque affeuit,  
 metuentem ne si illis votis exolutam se putaret, grauioribus  
 flagitij nexibus irretita teneretur. Nec ante quietem  
 capere



capere potuit, quam idem à gravissimis Theologis virtutis, et  
eruditionis Laude præstantibus agitatum est; parique ab  
omnibus sententiarum consensu pronunciatum, ratam  
esse dispensationem. Arceret animo varios angores,  
seque amplissima potestate Pontificum gratia, atque aucto-  
ritate firmata permittens cogitationes omnes ad tran-  
quillitatem referret. Chartam, in qua ea descripta  
essent, flammis porro traderet, omnemque earum solli-  
citudinem, ac memoriam <sup>illis</sup> identidem aboleret. Paruit  
Aloysia, eaque, qua à reliquis seorsim scripta habeban-  
tur, ut iussa erat, concremavit. Facile constat nullum  
ab ea pietatis votum fuisse prætermisum; neque verò vlla  
rem tam difficilem, tamque acerbam existisse, cui se non  
illa summa animi magnitudine vltro abstrinxerit. Equi-  
bus hoc unum erat nihil pro Dei amore petentibus nega-  
re. Ex quo conijcere licet, quanta fuerint reliqua,  
cum in hoc vno tantus charitati campus aperitur. Sed  
nempe ~~et~~ <sup>improbandus erat</sup> suis immodica virtuti modus, ut licet ani-  
mus ingenti diuini amoris obsequio incensus, longius quam  
pax est, prouehatur, omnemque se difficultatum obsta-  
ntium vim retundere posse arbitretur, cohibendus sit tamen  
et intra communes Religionis terminos coercendus. His  
porro sublati, ea tamen integra, atque intacta reman-  
serunt, quæ reliquorum omnium perfectionem, decusque  
faciles complecterentur, ut vel eo nomine ipsi exoluen-  
da videretur. Principem inter ea locum tenet, quæ  
eum in religiosis quoque suo iure vendicat, paupertas.  
Cuius votum eo anno emissum esse constat, qui Mar-  
chioni mortem proximè est consecutus, cum se ipsa  
ex affinium conspectu, caribusque subduxisset. Id  
ita habet. Ad maiorem Dei gloriam, cuius acceptum  
cum grati fero hoc qualecunque vita beatè, rectèque  
instituentæ desiderium, sanctè promitto, voueoque  
perpetuum paupertatis studium, quantum quidem hu-

Paupertatis votum.



mans nature conditio, fragilitasque patitur. Quapropter  
 possessionibus annis, omnique ditioris, iisque, qua ad illam ali-  
 quando alterna fortuna vicissitudine, possunt devolui, me  
 exuo, cunctaque in Christi manibus, ac cuiuscunque, qui  
 illius loco mihi obigerit, depono his legibus: Ut Prefecti ar-  
 bitrio, ac voluntati omnia submittantur; quae autem opera  
 mea aut labore parva erunt, aut iure, legibusque debentur, aut  
 gratis, aut elemosynae nomine dabuntur, eiusdem potestati sub-  
 sint. Fas sit interim cum illius venia de illis religiose di-  
 sponere, iisque uti frui cum necessitas, tempusque <sup>feret</sup> ~~poterint~~ ad  
 communes vitae mortales <sup>leges</sup> ~~necessitates~~ <sup>tolerandas</sup>, superuacuis omnibus in  
 perpetuum abdicatis tolerandas. Virtus ratio, siue inte-  
 gra erit valetudo, seu infesta morbis in omni rerum huma-  
 narum varietate una semper, eaque tenuis, ac moderata esto.  
 In uestibus negligentia, et singultus sit ipse pro cultu, proque  
~~vestibus praeterea, utique obiecta, non quoniam quae, sacrorumque~~  
<sup>opibus sola pauperes</sup> ~~pauperem medolentis~~, exclusis iis omnibus, quae aliquam <sup>omni-</sup>  
~~ambitionem referre videantur. Libellus, lectusque~~  
<sup>imaginem</sup> ~~quandam priscae paupertatis praeferat.~~ <sup>libellus, miris modis, et gratia, et regentis.</sup> ~~libellus, lectusque~~  
 sacrificia meo arbitratu, ac intentione celebranda, impensaeque  
 identidem ad medicamina, easque, quae una mecum degunt  
 frugaliter alendas, necessaria procurantur. Imagines,  
 et penitentiae suppellex, et thesae sacris diuorum reliquijs  
 asseruandis idonea, ceteraque familiae usibus accommo-  
 data ea sunt, quae ex praefecti arbitrio paupertati maxi-  
 me consentanea videbuntur. Libelli ad prouocandam  
 pietatem, animique labores subinde leuandos curantur;  
 et ex iis nonnulli, quibus maior ad salutem promouendam  
 vis inesse videbitur, alio idiomate citra voti dispendium do-  
 nantur. Charta, et apparatus ad scribendum necessarius,  
 et quadam, si necesse videbitur, cum eiusdem potestate sera  
 praesidio asseruantur. <sup>Ex iis, quae rerum felixarum, ac bonorum</sup> ~~omnibus fortissimae~~ <sup>nomine intelliguntur</sup> quae ad fami-  
 liae ministeria, vsusque necessarios spectare consueverunt  
 frequenti usu obsoleta, et attrita deteriso veteri squallore  
 interpellantur. Annuum domus conductae pretium, aut no-  
 uae pro ratione temporum induenda substructio eiusdem



arbitrio subsumto. Quod ad votum asterisco notatum attinet (id  
erat de martyrio adeundo) meminisse se eius ream esse, et ani-  
mi religionem circumspicere in omnem partem occasionibus, quo  
posset modo, quamprimum liberaturam. Procurator ad uni-  
uersi itineris fortunam, casusque sine ullo vitæ, aut pudoris  
modestiaque periculo subeundos impendijs uti posse, ceteris  
omnibus, quibus obstrictam se sentiret moderatoris arbitrio per-  
missis, quo volente, iubente ea omnia suppeditari possent,  
quibus res tanta egere videretur. In his omnibus ei paren-  
dum, neque sine eius auspicijs, nutuq; aut venia quidquam  
fieri posse, quam ille certis temporis spatijs suo arbitrato esset  
definiturus. Si vero abesse eum contigisset, aut subitane-  
um aliquid casus obieciisset, in quo absentis iudicium opperien-  
dum haudquaquam videretur; consulto per orationes numi-  
ne pro rerum opportunitate transigi posse. Porro si aliqua  
legibus quibusdam uniuersim ab eo prescriptis  
circa hæc religio, aut molestia orirentur, que quietum  
mentis statum possent labefactare, eximendi eas pro sua  
in Deum pietate, ac fide potestatem Antistes habebat. Si  
quando aliquid ad eam hereditatis iure deudlutum esset,  
id quamprimum in rem sacram, pioque usus pro arbitrio trans-  
cribebatur. Habes paupertatis votum omnibus perfecte vir-  
tutis numeris absolutum; quod quam diues sit, atque magni-  
ficum, intelligit profecto, qui illi potissimum è reliqua vir-  
tutum multitudine æterna beatitudinis domicilium pri-  
ma à Deo destinationem nouit. Nisi forte tam amplum  
in terris usquam regnum reperitur, quod cælo conferri  
possit. Neque ignorabat Aloysia mundi hæredem Chri-  
sti cohæredem esse non posse, eique turpissimum videba-  
tur pauperis in cruce defixi clientem diuitijs fulgere,  
nihilque præter auitas possessiones habere, quo se diuitem  
mundo approbaret. Pauper ergo esse maluit, iisque  
opibus tantum affluere, que conscientiam, mentemque  
non arcam implent; satius rata ea cum honore, et merito  
ingenti contemnere, que cum pari dolore olim essent re-  
linquenda. Neque verò diuitem quemquam eorum

possessime







nem in omnibus votis, eo tempore editis, ac stabilitis me posse ad-  
gere. Atque hoc quidem obedientiae votum biennio post emissum  
videbitur, quam Deo copias suas inopia voto oppignorasset.

Votum Castimoniae

Castimoniae nuncupatae formulam non inuenio; si penes aliquem  
forte fuerit, is luci ne inuideat. Nam si qua extat, eam ego  
apprime absolutam, exactamque existimo; in hanc tamen sen-  
tentiam magnopere propendes, non perinde necessariam ei vi-  
sam esse huius descriptionem; quod illam beatarum mentium  
pudicitiam, ac puritatem ab omni non modo labe, verum etiam  
labis suspitione remotissimam sectari <sup>statuisset.</sup> ~~inueniat~~. Neque enim  
eo se se illius votu alligauit, ut animi sui institutum confirmaret;  
Sed ut uberiores meritum fructus perciperet, quosque non  
alio magis nomine charam Deo virginitatem, totque laudibus  
cumulatam intelligeret, quam quia eidem sponsionum fede-  
ribus esset dedicata. Accedebat illud quoque, quod à  
communi orthodoxorum, qui ad arctius vitae institutum ani-  
mam adijciunt, consuetudine haudquaquam putaret rece-  
dendum. Cum autem haec dumtaxat causa subesse vider-  
entur, multo tempore dubitauit, vixque adduci potuit, ut  
de eo vouendo cogitaret, cuius se se studio perpetuo, maxi-  
misque desiderijs Deo adstrictam sentiebat. Haec sunt tria  
illa celebrata multorum praeconijs vota, quorum iugo cervi-  
ces obedientiae studiosas ad extremum vitae spiritum solli-  
cite subiecit. Neque enim putabat esse solas Religioso-  
rum virtutes, quae vulgo praedicantur, vltro susceptam rerum  
omnium inopiam, pudicitiae studium, arbitrijque propriij abdi-  
cationem; neque illorum tantum propriam Christiana vitae  
perfectionem, sed eorum omnium, qui se Christi legibus subdi-  
derunt. Siquidem illi eundem se cum ijs patrem caele-  
stem habere arbitrentur, cuius perfectionem omnes ex-  
aequo imitari sacra iubent litterae. Quapropter cum et  
suas quoque hic partes desiderari intelligeret, sciretque  
quantum officij, ac sanctitatis pondus solo Christiana di-  
scipline nomine sustineret, vitae consilia, ac cogitationes  
omnes ad exactam integritatis normam direxit.

Caput



# Caput 20.<sup>m</sup> Reliqua eius vota ~ explicantur ~

Neque his tamen promissorum cancellis pietatem eius, vastumq;  
 animum includere moderatorum sollicitudo potuit. Adiecit his  
 alia de rebus preclaris illis quidem, sed gravibus, arduisque vota.  
 Tantum virtutis ad omnem sanctiononiam, vitæque perfectionem ac-  
 quirendam supererat. Subibat animo nempe vitium natura sua  
 semper ad terram defluentium luxuries, quæ nisi alienis admi-  
 niculis fulciantur, et ad firmiores stirpes alligentur, exigues, aut  
 nullos prope fructus reddant. Neque illud quoque ignorabat,  
 humanam voluntatem vitiorum, suaque <sup>fragilitatis</sup> pondere ad inferiora  
 hæc semper delabentem sola votum sponione in Deo posse sta-  
 biliri, eiusque numini validissime obligari. Porro injicere ali-  
 lum in illas torques expetebat, qui soli non torquent, sed ornant,  
 Deoque reddunt amabiles. Eodem itaque tempore aliud ab ea  
 emissum est votum, quo omnes actiones ~~et~~ suas absoluti officij  
 ratione, Deique gloria maiore definivit; nihil ut moliri quidem  
 fas esset, quod non ad huius regulam exequaret. Quid ni? Cum  
 exclamantem audires e Christi pedisequis aliquem, sicis perfecti,  
 et in nullo deficientes. Sed ipsis eius verbis rem omnem sub-  
 jiciamus. Experiens mihi, inquit, plurimas in virtute acqui-  
 renda difficultates, multisque subinde rerum obstantium mo-  
 lestijs pedem induenti, crevit animus ad eas pertinacius sectan-  
 das; quod, quam multis obseptam sentibus, atque asperitatibus  
 cernebam viam, eam ad ingentes immortalis vite honores perdu-  
 turam sperabam. Neque enim tanta videbatur vlla contentio, tan-  
 tusque labor, de quo non victoriam sibi gratia celestis auspici-  
 ciji animus sponderet. Et verò ut pluribus mihi Deum pignori-  
 bus tenerem devinctum, eique firmius ipsa quoque adhae-  
 rescerem, alterum mihi vinculum nectere iam pridem desi-  
 derans, sequens votum pronuncians putavi. In suavissim  
 mo prapotentis Dei conspectu posbrata, concepta de immen-  
 sa eius benignitate fiducia, spontè voueo in omnibus semper

Volum ea semper facienda  
 qua ad dei gloriam maiorem  
 perimelant.



ea facturam, quae gratiora ei esse intellexero, quantum natura imbecillitas, viresque patientur. Neperio ullus religioni locus ad aliquam mentis sollicitudinem <sup>incutiendam</sup> relinquatur, rem omnem, ut clarius intelligatur, in duas partes discescui. Ac prima quidem ea continentur, quae leuioris momenti cum sint, neque tempore, neque deliberatione magnopere egent. Posterior grauiores fere res complectitur, quarum momenti mature discutiendis tempore opus est. In quibus si incertis sententijs distractus in ancipiti animus haeat, neque iudicare facile possit, quid sit perfectus, ad superiorem controuersia omnis deferatur, cuius arbitrio standum mihi erit, quandiu ambigam, neque ulterius. Sub finem haec addit: Ex quo hoc vovi nullam exinde animi perturbationem, aut molesta anxietatem sensi, ac magna semper sacritia voluptas par diuina gloriae propaganda desiderium excepit. Aliud quoque nullo unquam tempore delictum veniale admittendi, utique intenta semper mortalitas paterebatur, quantumcumque cogitatione posset aduertere, votum nuncupauit, quod quidem videtur sub hoc proxime memorato comprehendisse. Porro tempore, quo quotidiana synaxeos mysterijs frui capis, cum multis corporis, animique doloribus conflictarentur, verisq; in delicijs acerbitatibus magno patiendi desiderio tenerebatur, Dei filio, qui vitam sui amore, caputque suum deuouerat, suum inuicem pro eius gloria, fideique veritate sanguinem obtulit, sancte spondens nullam se temporis opportunitatem praetermissuram, quo martyrij palmam consequi liceat; neque oblato cervicalis subducuram, ullumue lethi genus, aut tormentorum atrocitatem recusaturam; sed omnia aduerso pectore alacriter Christi amore excepturam, et in magni numeris loco, ut par est, habituram. Et si quidem mutata tempor<sup>um</sup> ratione voto suo explendo ferat, ac cruciatus deessent, vltis morti, periculisque caput obiecturam, ac quae situram etiam obisanguinem posset fundere. Porro quid ab ea postulare non nuncupata Deo desideria non erat admonenda. Cum votum voueris, ait antiquus Vates, Domino Deo tuo non tardabis reddere; quia requirit illud Dominus Deus tuus, et si moratus fueris

Votum nullo unquam tempore admittendi peccatum veniale.

Votum martyrij



fueris, reputabitur tibi in peccatum. Magnam votis Deus Religio-  
nem addidit, vultque ea semper magno ab omnibus studis, et as-  
siduitudine observari. Neque vero metuendum erat, ne Aloysia  
cui animus, virtusque ad vouendum superfluerat, constantia ad  
perficiendum deesse videretur. Omnino ne vlllo sibi tempore cor-  
rum aut cultus excideret, aut memoria, <sup>excideret;</sup> in dusa vidulo seum <sup>vota sua sicem semper con-</sup>  
<sup>ad pectus appenda</sup> ipsa semper magna cum veneratione circumferbat. Neque <sup>center inclusa gestat</sup>  
sane ab eximio Dei aut amore, aut timore votis suis unquam  
in omni vita defuit, sed ipsi vota potius defuerunt. Nam ex-  
cellentem illum pietatis sensum, quo se Deo consecrauerat,  
saud secus retinuit in reliqua vita, quam si nouis quotidie  
illi nexibus astringens, primorem illum sollicitationum ardo-  
rem reuocaret. Caeterum nunquam alias ante diuinis vo-  
luptatibus cumulatiorem eam quisquam conspexit. Ipsa  
confirmabat se illis nuncupatis, eoque praesertim, quod de per-  
ferendis martyrij cruciatibus erat, nouum quemdam immorta-  
lis letitia fructum percepisse. Neque dubium esse potest  
quin ab aeterni numinis benignitate infinita, pro summo  
illo pietatis ardore, flagrantique perfectionis desiderio haud  
minus donorum, quam gaudiorum caelestium consecuta fue-  
rit; cum hoi utique verissime dictum sit: gratiam addi illo-  
rum capiti, quorum oculi vias Domini custodiant, tanto cer-  
te vberiore, quanto pluribus, ac syncerioribus obsequijs eam  
quisque promerebit, cum plus semper dare Deus soleat,  
quam rogetur.

Caput 21.<sup>m</sup> De Religionis  
instituto, et canobio extuen-  
do cogitat

Religionis instituti  
nomen illi deerat, reliqua, qua Religionis erant  
orationis assiduitas, votorum nexus, sedula affectionum animi  
refrenatio, semota a negotijs, strepitique vita, rerum denique  
omnium







aspiraret. In hoc utriusque consilium pertinaci labore omnes nervos in-  
 tendenti, et studiose quærenti, cuius prudentia potissimum rem omnem  
 committeret, Religiosus obtigit eximia morum probitate, <sup>in longo rerum</sup>  
 usu, scientiaque apprime commendatus. Is tam sanctum consilium ap-  
 probare primum, ut par erat, verbis que extollere, <sup>institit</sup> multa que etiam adde-  
 re, quæ ad excitandam, atque inflammandam pietatem valerent.  
 Mox ubi ad Religionis fundandæ institutum ventum est, idque pensi-  
 culatius discutere <sup>intra se</sup> ceperunt, paulatim se difficultates apperuerunt, remque  
 totam gravem, ac modestam reddidere. Jam dudum Aloysia seve-  
 rioris vitæ disciplinam præcipuo quodam studio amplectebatur, quippe  
 quæ sciret eam esse carnis ferociam, ut nisi assiduis laboribus exer-  
 ceatur, duriusque habeatur, fiat in ea, quod in feris, in domitisque  
 belluis solet, ut otio effereatur, legisque diuinæ obsequium pertinaci-  
 ter exequatur. Quocirca maiores, quam pro vitata pietate cilicio-  
 rum, inedia, verberum, omniumque corporis afflictionum asperita-  
 tes, velut cupiditatum dormitices <sup>in clementius</sup> in omni vita non ~~adhibebat~~, quàm  
 frequentius adhibebat. In his nullam nisi amoris diuinæ legem  
 seruabat; qui quia modum nullum admittebat, eas quoque modo  
 carere erat necesse. Porro cum easdem hæc quoque adhiberi cu-  
 peret, et pietatem sine his mollem, et eneruatam esse duceret, ille  
 vero institutum identidem obtenderet, cui ut nihil detrahi, ita ne  
 addi quidem fas esset, discessum utrinque <sup>et</sup> et re ad diuinum con-  
 silium relata pietatis, ac religionis parentem pro se quisque  
 implorare, superioresque omnes adiutores adhibere constituit.  
 Et ille quidem egregie præstitit quidquid ab homine religioso, <sup>Res deo utriusque sedulo</sup>  
 aut rerum diuinarum perito, pioque expectari potuit. Neque <sup>commendatur</sup>  
 segnius interim preces nuncupabat Aloysia, inde certissimum  
 lumen peti rata, quod animum <sup>distrahentium</sup> cogitationum caligine, tenebrisque  
<sup>obscuro</sup> circumferatam posset illustrare. Neque, dum monasticam pro-  
 fessionem cogitabat, quidquam ea præclarior videbatur, ad quam  
 ornandam omnes pariter virtutes confluerent. Ad hæc abun-  
 dare eam non voluptatum tantum, quæ ex obsequiis diuinis in-  
 cundissimè dimanant, sed donorum quoque celestium copia,  
 quæ vltro omnibus Status illius beneficiis in sinum largissimè  
 congeruntur. Quæ cum apud se intento studio, ac cogitatione

aliquandiu



aliquandiu cogitaret, graue tedium mentem inuasit; non quidem  
 ut <sup>ad</sup> abijciendam disciplinam, sed maiorem *asperitatem* suscipien-  
 dam magno impetu raperetur. Ad id ades Stimulos admouebat  
 voti religio, qua se ante deuinxerat, fore ut in omnibus maiori  
~~semper~~ diuini numinis gloria studeret, eiusque in omnibus po-  
 tiorum semper rationem duceret. Quocirca statuit diuina volun-  
 tati sese permittere, crebrisque afflictionibus tantas paenarum  
 asperitates consuetudine, quantas ab animo Deum reuerente, atq;  
 amante sponsonum suarum sanctimoniam, ardensque pro Chri-  
 sto patiendi desiderium exigebant. Qua de re cum vltro, citroq;  
 inter se egissent, placeretque constantiam pariter cum ma-  
 turitate in consilium adhibere; Forti animo contra fastidium  
 infestamque mentis *agritudinem* <sup>certauit</sup> ~~grasata est~~. Sed nem-  
 pe magno numini res cordi non fuit, cui placere in omnibus  
 Aloysia decretum erat in primis. Nam repetita identidem ora-  
 tione diuinam voluntatem sagissimè exquirenti idem tor-  
 por iniectus est, mentemque in pristinos fluctus *maestitiae*  
 reuolutam magna semper perturbatione affligebat. Facile iam  
 tunc uterque intelligebat ad aliud quidpiam à Deo pridem esse  
 destinatum. Nam praecleara illa de capessenda religiosa vite  
 disciplina, cogitationes non modo cum aderam, nulla animi  
 voluptate perfundebant; sed etiam cum recepti à meditatio-  
 ne cecidisset magnum in eo tedium semper, dolorisque acu-  
 leam impressum relinquebant. Ergo non natura magis, quam  
 Deo placendi desiderio stimulante cogitationes ab illo <sup>instigato</sup> abductas,  
 in qua mortificationis, atque asperitatis studiis indulgere  
 pro voto haud facile posse videretur, ad sectandam <sup>obssequio</sup> Dei glo-  
 riam, quocumque tandem volentem, eiusque vnus <sup>studii</sup> de-  
 uotam traheret, cum eximia voluntatis abdicatione conuertit.

Caput 22<sup>m</sup> Facultates suas Ty-  
 rocini; Anglicani <sup>domicilio</sup> erigendo  
 C destinat. C

Jamq;

professione religionis  
 a ~~sepe~~ diuinitus auocatur



Jamque compositis ad divini arbitrij nutum desiderij unam illius placitum dum taxat expetentem, concepta ante martyrij cupido ac viribus Stimulis agitare cepit. Sopitam nonnulla temporum interca-pedine, ceterum animo semper impressam veterem Angliae memoria <sup>Angliae adeunda desiderium renouatur</sup> allata de martyribus, qui reuera Elizabetha ferrum tinxerant, fama renouabat; quos sibi ipsa in perferendis lethi cruciatibus proponens, pectus assidua meditatione, et praestantissime virtutis emulatione confirmabat. In ijs praecipuo studio Patrem Henricum Walpolum e Societate Jesu prosequebatur. Martyrem agere <sup>prosequatur</sup> prime inclitum, cuius e vulneribus, lethoque non minus, utique gloria, ac pietatis, quam cruoris effluxit. Cuius pro fide certamen, et triumphum ab Haereticis reportatum P. Josephus Crebellus hispanico idiomate descripserat. Neque libellum in delicijs alium magis habebat Aloysia, quippe quem ne quiete, neque <sup>Libellum de martyris gestis scriptum sub cervicali suo semper posuit.</sup> nocte e manibus posset dimittere. Quocirca eum dormitura capiti supponebat, ut egregijs fortissimi pugilis tropaeis somno subinde interrupto animum ad praecelaram imitationem accenderet. Neque enim eius facta legens cum Casare illo res gestas Alexandri Magni gaudibus perudescere flebat, inertiam turpem rata nihil ad lectionem lacrymis afferre nobilius. Sed cum illa Salomonis Heroina accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum, seque ad eandem pugnam, lethumque sustinendum comparavit. <sup>Britanniam peregrinabat sollicita domi in oratione, ac meditationibus, animoque solo peregrinans occidit sine ulla myoparom's subsidio traiecit.</sup> Non dum ei vlla cum Religio-si Societatis Jesu Angli ~~etiam~~ intercesserat familiaritas, Personium vidit tantum, aliosque paucos in Templo Madritensi; reliqui ei fama, quam visu erant notiores. Ceterum magna animum tenebat Angliae adeunda cupiditas, quod speraret e regione haereticis infelissima, et quotidianis martyrum sanguine, imbrisque opima, uberrimos capi posse fructus pietatis. Iter porro terra, marique faciendum <sup>ubi persecutio ingenti impiorum amicitia exercetur, et Christianorum acies peregrina pietate armata concurbat. gentium momentum, crepitumque tormentorum et martyrum celsum, fustibus vincensium acclamaciones danti ipsi sedens, et sermone haurit, qui auribus audiebat tanquam in illis arceis inde superesset cruoris, quem posset effundere.</sup> Saepe minus periculorum, quam difficultatum habebat. Crimino vero maris saevities, gentisque furor omni mari atrocior, et reliqui mortaliem terrores feminam Dei, martyrijque amantem, cui vivere Christus esset, et mori tuorum ultro etiam alliciebant, et velut ad matris facibus stimulabant.



Ea quippe martyrij dulcedo imbuerat animum, ut iam minime  
 miraretur Stephanum in saxis gemmas, aut in flammis res-  
<sup>rosas</sup> ~~set~~ Laurentium inuenisse. Quocirca pericula <sup>obiecta</sup> ~~omnia~~, et  
 labores ab infusa animo gratia, Deique amore contemnens  
 omnes rei perficienda vias circumspicere cepit. Se enim  
 aut vitam <sup>cogitabat</sup> pro fide in Anglia inter reliquos martyres positu-  
 ram, aut si in tanta gloria societatem saudquaquam admit-  
 teretur, rudibus <sup>pariter</sup> impijs que inprudens exitium  
 uentibus operam suam nauaturam. Atque haec quidem cum  
 animo suo reputanti, assiduisque de more precationibus diuos pro-  
 pitiantis saud obscura numinis uoluntas affulsit, seque occulto in-  
 structa iam denuo acriter impelli sensit ad ~~sedanda~~ eorum vesti-  
 gia, qui caput suum inibi martyrio deuouissent. Quo circa cum  
 ultra dubitandum esse <sup>neutiquam</sup> ~~requirerem~~ existimaret, urgere desi-  
 derium suum cepit, et negotiorum obstantium remoram ex-  
 cutere, ut quam primum ad optatam martyrij gloriam eusla-  
 ret. Tam uero ne pecunia auara esset, qua cruoris, uictiq;  
 prodigiosa fuerat; postremo opes quoque suas in subsidium missio-  
 nis Anglicanae Societati Iesu donauit, nihilque ex omnibus  
 sibi reliqui fecit, abunde diuitem esse rata, qua cum Chri-  
 sto pauper esset. <sup>Ceterum, ut sunt astutiae rerum humanarum uicissitudines,</sup>  
<sup>et laefissimae patrimonij facultates parentum in se fluctuant adhuc sub ambiguis Iudicij</sup>  
~~Ponderantibus, quidem ab hisce adhibitis~~  
 sententijs, eaque res sola iam gestientis cursum morabatur.  
 Sed enim Deus, cuius consilio, ac sapientia decreta omnia, quam-  
 uis humana imbecillitatis vires excedere videantur, ad  
 fines perducuntur suos, suauiter disposuit, ut qua res ob-  
 stare una putabatur, ea egregiam maturandis consilijs occa-  
 sionem praeberet. Utenim cum regia sedem mutaret, ipsa  
 quoque ut liti sua consulere, sequi coacta Madriti relicta  
 Vallisolerum se recepit. Est haec urbs in uaccis sita  
 pincia nomine olim nota, in primis Hispaniae amena, et  
 nobilis. Cam perpetui colles speciosa natura lasciuientis  
 ostentatione undequaque ambiunt, e quibus omnes  
 varij, fontesque temere prosilientes umbrosa viparum cre-  
 pidine, pratisque interuentibus ~~fontibus~~ <sup>oculisque</sup> ~~oculis~~ et tex-  
 ram iucundis flexibus secant, <sup>oculisque mira uarietate lenocantur.</sup> Cuius estimanda ma-  
 gnitudini

diuino instinctu impellitur  
 ut martyrio se offerat.

Vallisolerum de contem-  
 ptis prosequenda gratia.

gnitudini







exercitationes conuersa institutum suum est persecuta eodem  
vel amoris affectu, vel vitæ asperitate, magnoque ~~pro~~ proposito  
Saud minorem adhibens constantiam concepti visceribus  
ignes quotidianis suspirijs alebat. <sup>Interim in diebus</sup> ~~Quotidie~~ <sup>ve diuina</sup> ~~in~~ <sup>indies de</sup>  
more percepta, officijsque persolutis per omnia Christianæ  
Charitatis munia virtus eius ardenti studio vagabatur.

## Caput 23.<sup>m</sup> In morbo scrupulis tentatur.

Sed nempe nihil in humanis valeitudine infestius esse, aut  
instabilius solet. Syllaba vna apposita repente perturbat  
omnia, ut qui paulo ante ingentia, ac præclara animo con-  
ceperant, frangi in limine ipsi suas contentiones exigua  
inualetudine videant. Itaque tam pia Aloysia cepta,  
que euertere vis nulla poterat, concussit illa <sup>quidem</sup> aliquantulum  
<sup>potisset</sup>. Per hoc <sup>enim</sup> <sup>æris</sup> <sup>quod nondum</sup> ~~tempus~~ <sup>afflicta</sup> mutationibus obnoxiam  
~~est~~ febris sanè grauis, ac periculosa. Tanta enim erat mali  
vehementius in dies seuiens atrocitas, ut prope ab ultimo vite  
discrimine abesse medici crederent, neque viribus iam, sed solum  
mox desituri spiritus vigore sustentari viderentur. Eam  
porro spiritualis moderator, quem tum forte Madrito nego-  
ta <sup>in piræam uallem</sup> euocauerant, his auditis adiuto officij gratia, uti egræ  
consolationis pigmentis, et benigniore alloquio subleuaret.  
Ac licet grauissimis capitis doloribus premeretur, seuiorque  
esset morbus, quam ut mutuis eam sermonibus vacare patere-  
tur; ille tamen ab ingenti commissa sibi anime sollicitudine,  
et laque salutis post acceptam vicissim, redditamque salutem  
petere identidem inlicit, rectè ne omnia; et si magnus ille  
Imperator è vitæ statione euocaret, certine aliquid de rebus  
suis statuisset. Cumque illa respondisset cuncta se missio-  
ni Anglicana desinasse; nimirum velut in nauare percussus  
mirari ille non nihil, animoque ut in re noua conternari  
cepit. Neque vero recordabatur id sibi ab ea sub profectio-

cum celo in gratiam redisset affligit

In grauem morbum incidit

Confessarius periclitantem adit, deque animæ salute procuranda agit sedulo.



nis suae tempus Madriti fuisse indicatum. Nullum tamen doloris  
aut turbati affectus argumentum grauius praebuit; quod sciret nullam  
suo facti<sup>in</sup> obedientiae labem fuisse susceptam. Satis enim manifeste  
e voti formula constabat, p*ro* cuiusque operis, in quod sua effunderet  
electionem in suo positam esse arbitrio, et potestate. Sed atrocissimus  
humani generis hostis triumpho alicuius cupidus, cum victus ab ea,  
et profligatus irritis semper conatibus de spe sua depulsus recessisset,  
resumpsit animos acceptae cladis pudore, iraque efferatus, et te-  
neram eius conscientiam, ac votorum religionem aliquis sibi pre-  
lio lacependam putauit. <sup>Quippe</sup> cum tantam tranquillitatem,  
pacemque animo longa iam caelestis malicia benignitate in illis  
vite fluctibus inconcussam tanto tempore suam ignauiam, dede-  
cucque interpretaretur, virtutem illius clanculario Marte, cun-  
ctisque oppugnare est aggressus. Ergo acres illi, atque acer-  
bas haece obedientiae suspiciones ingessit, spretam non sine sceler-  
e illius auctoritatem, cui omnia sua regenda commiserat, vio-  
lata denique vota identidem obiecit. Quae cum illa animo vo-  
luntaret, ingenti metu, ac dolore percita animo sollicito, mireque  
suspensio circumspicere cepit tuto ne loco essent omnia, an ali-  
cuius forte flagitij culpa irretita teneretur. Augebat hunc an-  
gorem, quod appetente iam, et videbatur, letho omnem sibi litis  
transigendae spem incidere videret, dolebatque vehementer quod  
sua in potestate non dum haberet, votique paupertatis  
rea ad mortem raperetur. Inter hos tam seuos sollicitu-  
donum rebus, cum grauiori afflicta malitia iaceret, quam ut  
vlla res mitigare eam posse videretur, funesta, et atrox in-  
ferni cogitatio subiit animum, adeoque eius periculo est ex-  
territa, ut in ipsis prope Acherontis faucibus constitutam se  
iam esse cogitaret. Neque in his illi quidquam acerbius  
erat, quam diuina gratia priuari, et ab electorum cetero in  
perpetuum disiungi. Quae una cogitatio ita mentem eius fre-  
git, ac deriecit, ut quando nihil iam in rebus humanis sub-  
sidij reliquum esse videbatur assiduis orationibus Deum ro-  
garet, ut si inferorum poena, et cruciatus perpetui essent sub-  
eundi; certe suorum consortio infelicem ne prohiberet, quae

grauius obedientiae casus  
scrupulis agitatur

gratiam diuinam quanti  
fecerit.



una res inferorum pœnas faceret intolerabiles. Itaque animo,  
 oculisque in calum sublatis: O benignissime Deus, inquit, non ego  
 immortalium beatorum lætitiarum, cœlique, aut terræ gaudia ex-  
 peto; neque illud etiam verò, ut me aut ab his brevibus, aut æter-  
 nis malis asperas, sed per illud latus ter sanctissimum patiter, tu-  
 tissimumque omnibus penitentia telo confectis asylum, <sup>precor</sup> illamque  
 dexteram gratiis, et clementia, quam fulminibus, iustitiarumque cla-  
 riorum tua ut sim semper, illamque felicitatem diu promissam  
 æquabili <sup>facili</sup> benignitate confirmes, ut te perpetua charitatis stu-  
 dio amem medullitus, meque familia tua ascriptam agnoscam.

Tum si hæc conditio vitæ, mortisque, flagitijs meis datur, ut  
 omnibus doloribus proposita sit fortuna mea, ingenti animis,  
 et patientia subeantur. Tam plena charitatis oratio, copi-  
 tionesque de Dei gratia constanter in omnibus malis retinen-  
 da, bonisque immortalibus, ac cœlo etiam ipso <sup>præ eam despectis</sup> ~~in eam~~ rege-  
 rendis, Demonem hæud ultra sustinentem fugarunt, omnesque  
 eius conatus dissiparunt. Et nempe opportuna quamprimum  
 in illis tentationum fluctibus, et procellis alcedonia illuxe-  
 runt. Tantam enim ipsa de diuina pietate fiduciam  
 concepit, ut non modo nullo meroris impetu de constantia  
 gradu in omni vita potuerit dimoueri; verum etiam in-  
 concussa perpetua in recto perseuerantia spes nulla ani-  
 mum agitante tristitia securam, hilaremque præstaret.  
 Et quoniam toto morbi tempore vigente animum corporis  
 agitudine de rerum diuinarum contemplatione non sine  
 magno dolore multum remiserat, plusque ad orandum vo-  
 luntatis, quam facultatis adfererat: affatim tamen Deus  
 quodeunque celestibus <sup>Lenocipijs</sup> ~~gaudijs~~ deerat præsentia sua sup-  
 plevit. Nam perceptis de more sacra Synaxeos epu-  
 lis insolita in dies lætitia, et voluptate sub hoc tempore per-  
 fundebatur, hæud secus quam si prolixè orationis delicias  
 gustasset, et purissimis cœli delijs perfuens, oris, cor-  
 porisque totius hilari conformatione prodebat, <sup>signi</sup> que  
 in animo latebat consolationem. Afferta corporis <sup>signi</sup> ~~state~~  
 cum naves illas maestitiae, quas in animo grauis susorientiam desolationum  
 procella concitabat, dispulisset aliquando in quo consolationes omnes suas,  
 spemque repositam habebat deus, mentem collegit ex illis ~~luctibus~~ fluctibus  
 et ingentes illos metus, quibus ante nullo suo flagitio, aut scelere  
 lætata

scrupulis liberatur

In sacrosancta Eucharistia  
 perceptione magis consolatur  
 iombus confirmatur.

cum naves illas maestitiae, quas in animo grauis susorientiam desolationum  
 procella concitabat, dispulisset aliquando in quo consolationes omnes suas,  
 spemque repositam habebat deus, mentem collegit ex illis ~~luctibus~~ fluctibus  
 et ingentes illos metus, quibus ante nullo suo flagitio, aut scelere  
 lætata



iactata fuerat, memoria repetens, simulque metuens ne consilia  
 sua a mente directoris ultra variarent, P. Ludovicum Ponta-  
 num singulari religione, ac eruditione virum adit, rebusq;  
 suis expositis, petit quid aequissimum factu, et ad Dei gloria,  
 animaque quietem praestantissimum iudicaret. Ille huius-  
 mo<sup>di</sup> obsequio soluendam videri respondebat, vel eo nomine in  
 primis, quod in tanta rerum mortalium varietate, tamquam  
 imprauiis fortuna casibus absentis imperium expectare,  
 non difficilius esset, quam periculosius. Observaret igitur  
 obedientiae votum ea ratione, qua nuncupasset, novumque  
 quotannis perfectionis arbitrum deligeret, cuius presenti  
 cure se, suaque omnia, atque anima salutem moderan-  
 dam permitteret. Erat ex earum numero Aloysia, quae  
 omnia diuino timore posteriora duceret; nisi grauisissimi  
 viri monitio, atque authoritas velut frenos animo votis  
 suis nimium indulgenti inieisset. Itaque valuerit au-  
 dita, et praemissis ad vite sortendum precibus nouo direc-  
 tore, ut pie, sic feliciter delecto non tranquillitatis obe-  
 riorum, quam voluptatis fructum cepit.

Superiori presenti salutem  
 suam committit.

## Caput 24<sup>m</sup> Litem om- ni ope promouere

### ¶ Satagit ¶

Samque illa, quae mentem diuturnis occupationibus in-  
 festam tenuerat, contentio inclinare, et aduersariorum opi-  
 nione ocyus ad finem spectare videbatur, opera, et auxi-  
 lio Comitum Mirandensis viri omnium quot quot in curia  
 id temporis versabantur, non honore magis, ac gradu, quam  
 prudentia, consilio, sapientia, integritate principis. Is enim  
 tunc ingenti omnium approbatione consilij <sup>augustinus</sup> sanctioris Praeses  
 erat, et amplissima dignitatis gloriam haud inferiori vir-  
 tutis opinione tuebatur. Et Comes quidem qua erat <sup>augustinus</sup> nature comitate,

atque, hominibus faciliem, ei ad se omni tempore, et expeditum  
 aditum per obstantes negotiorum occupationes uoluit. Caterum etsi haud obscurum  
 illius



Anima illius in magna ne-  
gotiorum multitudine solitudo,  
præstantque pietas.

illius in se benevolentiam, studiumque experiretur; incensa  
tamen Angliæ desiderio suis etiam partibus deesse noluit,  
sed assiduo labore, uiraque id egit crebris singulis aduendo,  
ut controversia iudiciorum fluctibus erepta quam primum  
portum suum consequeretur. At vero licet fori contentio-  
nibus, undisque sæculi implicare se ad tempus cogeretur,  
super mare <sup>tamen et fluctuante</sup> pietatis, Deique amans ambulabat scilicet.  
Sic enim Comitibus, Principumque limina tenebat, ut seu-  
piam meditationum suarum quietem ubique circum-  
ferret. Neque enim minus sola erat quia inter multos,  
sed vastissimam sibi in medio rerum tumultu solitu-  
tudinem defixo in cælum pertinaciter vultu faciebat, ma-  
gnaque solertia nullo sentiente curis se subducens sub-  
inde anima sua dicebat; conuertere in requiem tuam,  
ab eaque, ut erat orationis studiosa imprimis, facile obti-  
nebat, ut mundi scopulos, vocesque sirenium surda aure  
præteriens in ijs, quæ supra mortalia sunt, caelestium  
consortijs altissime conquiesceret. Jam vero si tempus,  
locique opportunitas deesset; orandi tamen desiderium  
semper tenebat, quo comitata eum, quem ubique quære-  
bat Deum, ubique etiam non sine egregia lætitiæ cele-  
stis voluptate reperiebat. Horas certè, quas diei ut  
tribueret, prouida interdum rebus suis studenter urgebat  
sollicitudo, nocti subtrahere solebat, quod acerbius dice-  
ret oratione, quam somno carere. Nimirum ex hac  
illos pietatis affectus, ardoremque sauriebat, quibus ver-  
ba sua in omnibus actionum officijs imbuebat. Erant  
sanè hæc principibus fæminis, quas subinde negotij pro-  
mouendi gratia adibant longe iucundissima, quippe qua  
non virtutis minus, quam elegantia ornatu commen-  
dabantur. <sup>Itaque magnam sibi omnes in illius consuetudine, iucunditatem, u.c.</sup> De rebus utique diuinis tanto ardore,  
<sup>ornamentum statuebant.</sup> ac gratia loquebatur semper, ut in audientium sensus  
imos, ac medullas irreperet, verbaque, quæ pro iaculis  
acutissimis ualebant, altissime infingeret, atque omnes uitalibus diuinis amoris  
uulneribus sauciaret. neque erat quisquam ita deditus rerum humanarum studijs.

si primum illius  
colloquiorum quis fuerit  
exhiberet



desiderium

quem non ~~voluptas~~, sed pietas, piisque colloquium ad diuinarum cōmentationum  
~~atque finis confugeres, comitumque vitalibus deitatis amoris voluerit~~  
deique amore in alliceret

Summa porro sermonum erat, ut in-  
sidiosam rerum vanitatem oculis subijceret, et religiosi insatu-  
tiffelicitatem expingeret, atque ad illius desiderium omnes  
accenderet. Neque senioribus ea animis excipiebantur,  
quam dicebantur. Complures enim studijs a seculari amo-  
re ad Deum versis ~~religione~~ <sup>monastica</sup> vita disciplinam amplexa sunt.

Religionis amorem omnium  
animis instillat

In quibus fuit Comitis Mirandensis filia generis princi-  
palis insignibus, opibusque olim nobilis; nunc D. Augustini  
instituto, et gloriosa religionis paupertate nobilior, qua <sup>mul-</sup> ~~me-~~  
tum Aloysie colloquijs ad omnem pietatem inflammabatur.

Qua eius virtute effectum est non modo quod satagebat, ut quam  
plurimis familiaritate sua, consilijsque prodesset; verum etiā  
<sup>ut cum exacte virtutis opinione praestanti multitudine animos caperet</sup>  
et celebre laudantium praconijs illius nomen ad omnium au-

res ex templo peruaderet, multaque e praecipua nobilitate  
vnius congressum non obscure ambirent. Sed illa sui curam  
reliquis omnibus antiquiorem ducens, non modo miscella-  
neam principum turbam tecto excludebat, sed ne religionis

orationis quam studiosa  
querit

quidem nisi edecumata virtutis <sup>hominis</sup> colloquium, idque raro  
admittebat. Fratrem certe quidem magnis viarum spatiji  
eius visenda studio aduentantem haud semel repulit, na-  
turaque obliuata sororem se vni negavit pariter, Deique fi-  
liam, atque Angelorum germanam asperuit vetera necessi-  
tudinis nomina noua pietate obruens. Itaque sortata est

eum dumtaxat, ut ad Dei arbitrium mentem, vitamque  
suam singulari studio componeret, eumque relictis vanita-  
tibus Patrem, quam Iudicem habere mallet. Studeret pie-  
tati impense, quippe cum melior esset dies una illius volun-  
tati obsequentium, numenque timentium, quam voluptatum  
omnium, si dari vlla posset in terris, immortalitas. Ceterū  
in toto illo contentioni ardore nihil altam illam, stabilemque  
animae tranquillitatem mouere loco potuit; sed eodem sem-  
per in aduersis, ac secundis successibus spiritu, neque gau-  
debat sine dolore, neque sine gaudio dolebat. Emicans  
ex oculis modestia, ac grauitas, facile declarabat nihil esse

in rebus



in rebus humanis, quod ad pectus peruadere, eiusque statum  
perturbare possit. Neque vero ea erat oris conformatione, ut  
maerorem inuisum, horridamque illam sanctitatem spiraret;  
sed serena, cunctisque grata comitate, ut haud paulo facilius  
rugas in veste, incultoque corporis cultu, quam vultu admit-  
teret. Hoc uno subinde laetior conspecta est, quod ex longu-  
litis iactatione afflantibus felicitis iudicij fauoribus terram iam  
propius conspiceret videretur. Et certe tot, tantaque pro-  
uidentiæ, et fauoris egregij argumenta Deus omni tempo-  
re sui amantibus præbet, ut qui ea recensere velit non minus  
ille quidem temerarius sit futurus, quam Hipparchus ille  
olim, qui non contentus inuenisse, quo immensas cæli re-  
giones metiretur, stellas insuper numerare est aggressus.  
Nilius manifestum specimen in his negotijs Aloysia obla-  
tum est; quippe cum finem illis imponi cuperet vehemen-  
ter, expeditum ad omnes, quorum arbitrio, ac potestati  
res commissa erat, aditum nacta est, nihilque magnope-  
pere petijt, quod non ex templo impetraret. Quam  
facilitatem in ea curia, quæ una gentium prope omni-  
um iurgia, controuersiasque componit; atque illo præ-  
sertim tempore, quo plurimis negotijs erat implicata;  
non Aloysia tantum, sed Principes etiam, omnesque  
iuris arbitri mirabantur; palamque fatebantur id  
non humanis viribus acceptum esse ferendum, quæ ma-  
ximarum rerum pondere oppressa vix se usquam po-  
terant commouere; sed diuina potentie, cuius numi-  
ne, atque auspicijs vniuersa non fortius, quam suauius  
transigerentur. Quam obrem breui Iudicium sententijs  
cessit aduersarius, et secundum leges, iuraque Aloysie  
pronunciatum est. Neque aliud iam erat reliquum,  
quàm ut facultates grauissimis omnium vocibus adiu-  
dicatas adiret. Itaque illud quidem quam primum ab  
ab ea prensandis singulis, magnoque sibi studio de-  
uinciendis consueta beneuolentia curatum est. Qua-  
dam ageret, inque veteres sollicitudinum fluctus reuol-

Litis optato exitu gaudetur  
Aloysia.



ueretur, præclare enim verò magna cum pietatis commen-  
 datione in medijs turbis sine turbatione versabatur, suisq;  
 potens semper erat. Omnino ea erat illius<sup>m</sup> agendo comitas,  
 ut et aduersarium omnibus officijs coleret, et egregium cunctis  
 æquanimitatis specimen præberet. Animi autem cel-  
 situdo tanta, ut ius suum, atque æquitatem pari laude pro-  
 sequeretur. Itaque res maximas illa quidem haud mi-  
 nori virtute tractauit, atque ita, ut neque pietate, pruden-  
 tiae sagacitas, neque prudentiæ pietatis ardor illa ex  
 parte imminueretur. Etenim rem omnem tam firmis  
 præsidijs munivit, ut de successu secundo dubitare esset  
 nefas; nisi ij, quibus ius suum reliquerat, à præscrip-  
 to officij sui discederent, propriaque causa prodita ad-  
 uersarij partibus audentes aperte præuaricari cuperent.  
 Ergo contestata<sup>omni</sup> lite ~~omni~~, una iam illa supererat seum  
 in arcanâ mentis curiâ disputanda, quomodo iam tandē  
 Deo, cui debere diutius neque poterat, neque volebat,  
 fidem suam exduceret.

## Caput 25<sup>m</sup>. Ad Angli- canum iter se com-

parat

Sex circiter ante mensibus, quàm ea res ad exitum specta-  
 re cœperat, omnibus rerum mortaliem curis valere iussis  
 assidue meditationi intendit animum, seque ad Angliam<sup>Semestri meditationum exer-</sup>  
 quam multis diu votis vnâ expetierat, iter egregijs pieta-<sup>citio se ad iter preparat.</sup>  
 ti præsidijs comparauit. In hac verò tantum illius animo  
 lætitiæ celestis suffudit Deus, quantum ultra dissimulare  
 non posset; crebroque dictitaret ei, cui non delicta modo sua,  
 sed desideria, omnesque mentis cogitationes pio candore  
 apertas habebat, vereri se magnopere, ne si longiorem in  
 Hispanijs moram traheret, pectus sibi votorum ardore<sup>martyrij uehemens deside-</sup>  
 rium.

exemplis



exemplo creparet. Anno enim sociissima quaque ad tormentum, penaque assidue  
deposcente, quidquid sine ulla cura ducitur, id omne dolori, ac tristitia  
esse destinatum. ~~exemplo creparet~~. Et quoniam diuinam voluntatem multis  
charitatis impulsibus, magnaue affectuum ad id unum sem-  
per anhelantium conuersione aperte sentiebat; haud ulterius  
differendum videbatur quominus eam prouinciam eiusdem  
imperio, ductuque capeferet; cuius causa diuersis quidem  
temporibus, vno certe martyrii amore concitata ambisset.  
Ad Sae, ne solo cupiditatis impetu rasi videretur, accedebat  
votorum olim emissorum sollicita meditatio; quorum quidem  
illud, quod de martyrio erat, non aliam respicere oram vide-  
batur, quam eam, in qua sola iam persecutionis furor grassa-  
batur. Tam vero votum perfectionis ubi omnino feliciori,  
quam in Anglia, prouentu posset exerceri? Idem quoque  
urgebat obedientiae sponsio, cum moderata spiritualis cre-  
bris eius illustrationibus, diuinisque instinctibus, quibus  
mouebatur, ac postremo vita tota pensulatae discussa id  
adiecto quoque calculo, sententiaque sua ~~id~~ approbaret.  
Itaque mortalium rerum, vitaeque pertesa, et patienter  
impatiens adoptatae mortis pro numinis gloria oppeten-  
da decus seruo cogitationes omnes, curasque contulit.  
Nestamen temeraria cuiquam <sup>suscipiendo</sup> in ~~suscipiendo~~ tam nouo, atq;  
inuitato facinore videri posset, multos doctrina, et sanc-  
titate pollentes adibat, eorumque iudicium identidem  
poscebat; fas ne putarent esse huiusmodi pietatis ignicu-  
los praepostera obliuionis inertia sepelire; neque verum  
quisquam tam aut vitae cupiditate eneuatus, aut parum  
pius potuit reperiri, qui id non mirifice probaret; licet  
vnus, aut alter haud <sup>pari</sup> cum ceteris alacritate ad moram  
omnem rupendam impellerent. Reliqui erant, qui fa-  
cinus heroicum, et ad Caesariae gloriam, Deique amo-  
rem singulare, et magnificentum summis plausibus, fau-  
stisque precationibus exceperunt. Nam eos dicere ni-  
hil attinet, qui animo illius flammam verborum, quasi  
vero non plus aequo etiam arderet, subiiciendas putarunt;  
monendamque ut si quando feruorem illum sentiret re-  
mittere, ad se recurrerent, non de futura vtiq; verba,  
quibus

Consilium ab eruditissimis viris  
sanctisque rarsum super  
Angliae aduenda petit



quibus ad opus post Hispania memoriam Sanctissimum, amplissimumque languentem accederent; quod nulla ratione ambigerent alia ab origine, quam à diuina charitatis affluentia duxisse initium. Sed nimirum habent hoc pulchra omnia, ut multis sint laboribus, molestisque obsequiis; ne martyrium quisquam in plano situm esse arbitretur. <sup>martyrij consequendi difficultas</sup>

In præcipiti, et excelso Deus gloriosissimam illius palmam collocauit, ut mortales intelligere possent, illam per tot, tamque difficiles cliuos sine ingenti contentione nunquam posse comparari; lethoque, et cruori sudorem illi Suedquaquam absimilem, quod olim ab ipso Dei filio factitatum legimus, esse præmittendum. Hisce igitur tot vel diuinae voluntatis argumentis, vel conscientie stimulis, suisque virtutibus impulsa, licet eximios ad hoc facinus animos afferret Aloysia, quique virium, virique plus, quam sexus infirmioris dlerent; hasit tamen paulisper cum genio suo, et difficultatibus, qua factu in eam impetu plurima certatim irruerant, confligens. Tentanda erat his quasi velitationibus ~~seruaret~~, leuibusque proleudijs illa præstantis animi constantia, an Anglicanis securibus, Turritique Londonensis acerbitatibus par esset. Et verò præclare cum hominibus ageretur, si tot essent martyres, quot martyrij competitores. Nunc autè illud perdifficile est, hoc longe facillimum. Neque eni Deus ad breue illud martyrium, cuius dolores letho finiuntur, quemquam solet admittere, quem non prolixo longe ante martyris, illisque mortificationum quotidianarum crucibus, cultrisque admotis grauissime probauerit. Quod cum in omni vita fortiter ab Aloysia esset præstitum, ~~olimum tandem~~ prælium multò maxime operosum secum illi erat ineundum. Confligendum fuit cum natura, qua opus adeo periculosum, arduumque visa defugere, modo imminentium malorum terrore iniecto, modo <sup>quid in decernenda hac protectione, martyrioque palle fuerit</sup> difficultatum magnitudine, modo palma incertitudine, et anticipi rerum euentu ambigentis animum de gradu

dimouere



dimouere, sequere <sup>periculis</sup> subtrahere nitebatur. Subibat animus illud  
quoque posse eam rem sortiri exitum opinione hominum in-  
feliciem; et ad posteritatis memoriam, generis que sui splen-  
dorem acerbum. Ad Sae patria illi blandiri, multa vite spi-  
ritualis subsidia prolixè deferre magnam rei bene gerenda  
apud suos opportunitatem <sup>ostendete</sup> eaque obijcere, qua vel ad for-  
tissimi cuiusque animum conuertiendum valere in primis so-  
lent. Tam verò amicorum fletus, quem non mouere, con-  
stantiamque identidem labefactare consueuerunt? Et illi  
quidem ex omnibus Hispania oris non numero, quàm  
dignitate maiori occurrebant, eamque certatim detinere  
nitebantur, bonoque animo Crocodili partes agebant, ut  
quam nulla vi ab inuitu auocare poterant, potentissimo  
telo lacrymis <sup>edomarent</sup> repererent, earumque flumine exitum illi  
ex Hispania intercludendum procurarent. Et directo-  
ris presentia carere, in cuius manu, et arbitrio spes suas, ani-  
maeque salutem collocarat, mortis instar erat. Ipsa au-  
tem Anglia, caelumque haereticum, et à sacerdotibus, re-  
diuina, sanctissimaque synaxi, et omnibus pietatis publica  
subsidij destitutum, ubi nihil praeter haec duo, haeresim,  
et calamitatem essent, diu vix potest quantum horro-  
ris, et malitiae animo inflixerit. Nam quo die augusta  
synaxeos epulis caruisset, eum in deperditis, atrisque nu-  
merabat. Ad haec valetuda morbis infesta, corpusque cre-  
bris languoribus, et vita asperitate confectum cum sum-  
ma rerum inter ignotus inopia, et scilicet paupertate vola,  
multisque incommodis haud leuiter insultabant. Sed  
quod, inquit Aloysia, est nefas tam certis caelestis prou-  
dentia pignoribus dubitare? Valeant mortalis vite  
subsidia, valeant amicitiae, et necessitudines. Et nimi-  
rum haec diuini amoris iniuria est, aliquid eo ex hisce  
omnibus antiquius ducere. Ego verò cum Deum olim  
pro me caelum, omnisque laetitia, et voluptatum patriam  
reliquisse cogito, hanc miseram, et infelicem illius gratia  
deserere haud reuoto. Et scelus sit huic carni, et vale-

omnibus molestijs contemptis  
in angliam uex statuit



tudini parcere, praesertim cum ille pro salute mea tenerri-  
 mum corpus cunctis humanae fragilitatis contumelijs, incom-  
 modis que vltro <sup>obiceret</sup> abiceret. Nec illud quoque est metuen-  
 dum, ne quenuquam fortasse novum facinus offendat, quod  
 tibi placere, dulcissime Deus, haud obscuris argumentis in-  
 telligo. Ceterum si sacrificiorum celebritatem, sacramq;  
 synaxim unicum mihi in malis omnibus per fugium amittam,  
 te inueniam; tu mihi bonorum omnium compendium eris  
 amplissimum. Et verò par fuit martyrij gloriae, dignaq;  
 que pro Iesu nomine non solas contumelias pateretur.  
 Itaque cedentibus huiusmodi constantiae difficultatibus  
 ardenti diuini amoris pietate cupiditate incitata caput  
 suum in vltimum vite discrimen pro fidei dignitate offerre  
 gestiebat, et velut moritura ad condendum in procinctu te-  
 stamentum, caeteraque vt par erat cogitationes conuertit ~

Caput 26<sup>m</sup>. In subsidium  
 missionis Anglicanae  
 ~ omnia sua confert. ~

Has verò curas, iterque vniuersum alto apprimè silentio  
 tegebat, paucis que aperiebat; atque ijs dumtaxat, quorum  
 aut auctoritate, aut arctioribus necessitudinis vinculis ob-  
 stricta tenebatur. Nihil interim segnius ea omnia, quae  
 ad maturandam profectioem faciebant, impigre, <sup>ac sapienter</sup> curabat.  
 Et nimirum cum Christo, eiusque discipulis desipere ma-  
 luit, quam cum <sup>illis</sup> vanitatis philosophis sapere, qui solo vltiq;  
 palato sapiunt; si tamen et hoc sapiunt, qui vltiuptatibus  
 diuinis fel draconum insanabile, et consuetudine amarit-  
 tudines, auroque aurichalcum anteponunt, neque vllum  
 inter noxiam Rhododaphnen, rosas que norunt discrimen.  
 Quo circa cum vitam iam pro Dei amore fortiter abdicasset,  
 possessiones auitas, aurumque, quae vilissima rerum pars est,  
 retinere



retinere vberius voluit. Quippe dulcissimo celestis providen-  
 tia sidere afflatam magnam incespit consolatio reputantem  
 animo quam opulenta esset illa thesaurorum omnium paren-  
 ti, atque authori Deo dicata paupertas; que mentem à mor-  
 talibus curis, metuque vindictam celestibus gatis, totaq;  
 meliorum bonorum cornucopia bearet, faceretque ut nihil  
 habentes, omnia possiderent. Itaque cuncta sibi benigne  
 ex hoc cornu bona in omni vita affluerent, nihil habere  
 voluit, una quidem Dei fiducia excepta, cuius diuitijs  
 affatim locuples in iter se daret; suisque abdicatis om-  
 nium Deiparam Virginem, cui singulari semper studio  
 addicta fuerat, heredem esse voluit. Porro in testa-  
 menti tabulis hæc habentur inter reliqua: fortunas  
 suas iam olim, cum sub Marchionis patrocinio degeret,  
 maiori numinis gloria deussisse. Cumque nihil ei ac-  
 ceptius fore intelligeret, quam et ad animarum salutem in-  
 cumberet, et conservationem Patrum Societatis Ieru in An-  
 glia, quorum velut Atlantum Sumeris amplissimi regni,  
 totque populorum salus innititur, quique ad eam iuvan-  
 dam benignissimo Ieru assidue cooperantur; Illius se Matri  
 Sacratissima in perpetuum eos præsidium, tutelamque com-  
 mittere, eamque se bonorum omnium heredem primis  
 ceris scribere. Et cum horum, tum eorum quoque, qua  
 deus sui ad se aliquando possent ditiorum, fructumque  
 Deipare consecrare, eiusque nomine Roberto Personio, aut  
 quicumque demum Iurito in Anglicana missionis præfec-  
 tura succederet. Hæc interim lege, ut pro perpetuis cen-  
 sibus essent Tyrocinio Anglicano, quocumque illi loco do-  
 mum, <sup>fortuna</sup> exerxisset. Ceterum in Angliam esse transferen-  
 da, si quando illa antiquæ pietatis memor Romana Ce-  
 lesia obsequio illum submitteret. Neque sanè di-  
 gniorum bonorum suorum heredem habere potuit ea, que  
 bona omnia, fructumque salutis orbi dedit. Ne tamen  
 prætermisum se frater quæreretur, non itam voluit, si  
 forte pro arctissima sanguinis coniunctione haud satis  
 beneficam

Testamento condito deiparam  
 bonorum omnium heredem  
 instituit

fratrem, atq; affines de  
 officio suo, factoque edocet



84

beneficam in suos fuisse putaret; id vero ne oblivioni potius quam debite in Deum charitati, votisque suis, quorum hinc paulo arctiora sunt vincula, tribueret. Cum quidem, si equi, bonique consuleret, sibi que de suscepta vitæ genere gratularetur, fructus eorundem laborum amplissimos consecuturum. Neque verò nullas esse diuitias caelestes, aut minus quam terrenas illas à quoquam, nisi insanus forte sit, esse expetendas. Et scelus sit exhibere Christi ascectas, priscosque illos solitudinum quiritas Sanctimonia, et virtutibus pollentes, cum in hoc vitæ curriculo opes omnes repudiarent, nullas animo præcepisse diuitias caelestes, quarum spe vnica mortalium rerum iacturam voluntariam egregiè compensari putarent. Neque enim auarum esse magnum illum cæli Imperatorem, <sup>constat</sup> sed milites suos ingentibus saepe congiarijs donare, et igniti illius auri montes reverare, è quibus beneficentia sua opes immensas promat, et in piorum sinum largissimè effundat. Cæterum sperare se pro indubia, certa que in eum fiducia fraternæ familiæ, liberique perpetuo afficturum, quibus ut caelestis gratia sua, beataque munificentia fontes benignè aperiat, severò assiduis votis rogaturam.

## Caput 27<sup>m</sup> Suis per Litteras

O vale dicit O

ergo e turbulenti sollicitudinum, litisque molestissimæ fectibus eue-  
luta, et ad portum, otiumque tructa id asecuta erat vitæ genus, quod  
of pietatis suæ causa tanto ante maxime semper optauerat, et votis suis, deoque immortali debere iampridem  
censebat. Que ubi intellexerunt è familiaribus nonnulli; enim vero nec  
opinata re consternati agrè à se eam diuelli patiebantur. Sed  
cum dicis omnibus, precibusque immotam ex vnius Dei auspi-  
cijs, ac voluntate pendere cernerent, desideria sua, ut par erat,  
illius votis posthabuerunt, aurumque post lacrymas benigno  
imbre fundentes opem ei suam, et idonea itineris subsidia pro-  
lexè obtulerunt. Illa, cui nihil esset diuitijs vilius, nihilq;  
earum contemptu pretiosius, ut à paupertate auspiciam caperet,  
oblatum tamen munus ad communes perfectionis necessitates



eleemosinam  
habituam pro ~~eleemosinam~~  
accipit

privatio

arcendas, <sup>elegandyne loco</sup> laud putavit esse recusandum. Quocirca pauperum  
more admisit ex ijs quantum necessarium videbatur, de  
reliquo precipuas diuitias rata animum Dei fiducia ple-  
num, et superfluum contemptorem. Extremum hoc  
erat, uti omnibus rite peractis suis quoque vale diceret.  
Itaque litteras ad fratrem dedit in hanc fere sententiam.  
Ingens eterno numini in omnibus obsequendi debitum, quo  
in ipsis incunabulis maximorum beneficiorum memoria na-  
tura nos obstrinxit, non patitur, <sup>mo</sup> in quaerendis rationibus,  
scribendique argumento esse sollicitam. Et illud quidem  
Deus ab insita misericordia accepisse videtur, uti esset eiusmodi  
cuius beneficio mentem a terrenis cupiditatibus auoca-  
tam, cum eo archissime coniungerem. Ego vero quando  
eam opportunitatem, quam multis pridem votis optavi,  
diuinitus mihi oblatam esse vides, <sup>laxae mentis</sup> ~~caerens~~ <sup>caerens</sup> sim, nisi eam  
ardenti studio arripiam, eosque ex illa fructus carnam,  
quos facile omnibus praesentis vitae bonis possim antepo-  
nere; hoc uno in vniuersis vitae officijs proposito, uti ani-  
mum meum ad Dei arbitrium componam, eaque volup-  
tate sola in omni euentuum humanorum varietate per-  
fruar: siue me in luce hominum, et celebritate versari  
velit, siue in caligine, et tenebris obsolescere. Haec mea  
sint deliciae, quae mentem in hac rerum vicissitudine so-  
lida letitia afficiant, fretam immensis eius muneribus,  
et benignitate, nihiloque secius sperantem fore, ut neque  
praesentis vitae illecebra, neque gaudiorum hanc comitantium  
varietas, neque <sup>futura</sup> ~~futura~~ me ab amore Christi possit se-  
parare. In illius manibus cor meum deposui, perpetuum  
vel pignus gratitudinis, vel amoris monumentum; in iisdem  
te, <sup>tuos</sup> ~~tuos~~ praestanti indole praeditos videre aues,  
eosque ad reliqua naturae ornamenta immortalibus  
gratia donis ut aspergat, Deum obtestor, quos ego mor-  
talibus illis ornare nec potui, nec debui. Sed tamen  
quidquid sinceri amoris studium, quidquid preces, ac re-  
ligio valebunt, auxilium, pietas, fides mea charissimis

nominiibus



nominibus nullo loco deerunt; et nimirum pro omnibus obse-  
 quijs erit abdicata voluntatis arbitrium, quam Deo ad alia  
 vocanti libens, gaudensque consecraui. Mutuis vero eor-  
 rum, matrisq; *Mulhissima* precibus nihil mihi iucundius fu-  
 turum existimes velim; teque precor ut diuinorum benefi-  
 ciorum memoriam studiose colas; hæcque animo suo sit  
 infixa sollicitudo, ut illi serio placere studeas, culpasque  
 veteres noua pietate diluens dignus videare, qui maiori-  
 bus ab eo donis in dies cumuleris. Quod reliquum est,  
 ut qua sciam, quanto in discrimine omnium salus tot aulae,  
 vitæque splendidioris irritamentis septa versetur, nihil  
 ultra contendo, nisi ut deinceps ad eam prudentiam,  
 vitæque Christianæ integritatem, quam hactenus co-  
 luisisti, tanta perfectio, cumulusque precibus meis acce-  
 dat, quanti Deum a te fieri desidero; cuius benigno nu-  
 mini, te, tuosque omnes perpetuis charitatis vinculis obstric-  
 tos, et vero commendatos impense desidero. Vallerioletii  
 id Kalendas Feb. 1605. Adiunxit his alteras ad  
 prefectum olim spirituales pari fere argumento: vehe-  
 mens diuina aura spiritus, amorque multis iam abun-  
 de experimentis probatus aliquando tandem <sup>humani terroris</sup> neque ves  
<sub>nebulas dissipauit</sub> meas adduxit, ut omnibus obstaculis perruptis vnica Dei  
 fiducia comitata ex his oris euolare quamprimum de-  
 creuerim; <sup>sequensq; omnibuscum illis, occupacionibus, sollicitudinibus</sup> Neque vero dubito, quin tua quoque in hoc  
 voluntas, ut æquam est, cum diuina pulcherrime con-  
 sentiat, totumque te ad illius nutum, quo mortalia hæc  
 pariter, et immortalia omnia sapientissime reguntur,  
 fingat, atque accommodet. Mihi certe iudicatum est  
 deposita instantium, ac futurorum sollicitudine, omnes  
 ingenij vires in solo illius amore, ac voluntate exequen-  
 da consumere; eamque et suis huius vicia iucundissi-  
 ma, et letho, tormentisque omnibus, ipsique, qua vel ad  
 vdsuptatem, vel nominis celebritatem augendam valent,  
 semper antepone. Et pectoris mei angustias explica-  
 uit ille scilicet; idque ades ab omni rerum mortalium








indipisci. Quem autem dubitare, quin plures anni ad exactam pietatis normam ferventer, recteque transacti longe pulchriorem volenti corollam texere possint, quam breves martyrij cruciatus, qui momento, ut plurimum absolvuntur? Sed ne haec quidem movere Aloysiam potuere divini magis, quam humani amoris impulsibus obsequentem. Itaque consanguineos monebat vicissim, viderent porro ne si vitae sua pertinaciori affectu providere pergerent, invidere potius viderentur. Si flendum omnino putarent, laxaret certe habenas lacrymis, sed salsis illis, et lœtitia indicibus, tantamque sibi Dei gratiam, deusque singulare gratularentur. Cæterum ignoscere se natura <sup>qua cæco per se, et immoderato perumquod impetu impetenter rapi solet</sup> sed in ea pietatem desiderare. Inter mortales, fortasse fratris lacrymas reprehensione carere posse, <sup>quod ægrè</sup> ~~atque~~ <sup>ab</sup> ~~Christi~~ <sup>Christi</sup> ~~Christianum~~ <sup>Christianum</sup> se cogitaret, unius nominis arctissima necessitudine, quidquid in humanis esset sanguinis, generisque coniunctissimum, de se sui genitus, atque aboleri.

Finis primi libri





Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.

*Handwritten signature or name, possibly "A. J. ..."*

*Large, decorative handwritten flourish or signature.*

Faint, illegible handwriting at the bottom of the page.



# VITA ALOYSIA

## Caruajalia

### Libri Secundi

#### Caput 1.<sup>m</sup>

#### In iter se dat Aloysia

---

Sciebat atrociter hyems auspicante iam Januario salutis annum à millesimo sexcentesimo quintum, viasque densis pruinis obsitas acri gelu aspera vis frigoris astrinxerat; cum Aloysia omnium, præterquam martyrij immemor, iter infestissimum alieno imprimis tempore suscepit. Et erat illa quidem Sabbitu corporis ad perferendas tempestatum, brumæque contumelias Saud satis firmo, ac idoneo. Augebat molestiam inclementia cæli, atrocitasque ventorum, qui hoc potissimum mense Septentrionis filijs sæua phrenesi laborantibus bacchari solent. Ad hæc prærupta montium salus, tectaque niuibus salebra, latens subinde incautis viatoribus exitium, pestemque moliebantur. Sed enim quod de Bruto dictum olim <sup>a Cæsare</sup> memini, Aloysia quod voluit, valde voluit; et reliquorum omnium, quam more tolerantior grauiter se tantis difficultatibus, incommodisque obtulit; ut vel ex Soc intelligi possit, quam vile sit corpus ijs, qui magnum immortalis gloria decus propositum intuentur. Itaque sacris epulis refecta de more, votisque nuncupatis diuos indigetes precata vti ceptum iter in suam, Ecclesieque sue gloriam verteret Deus, in Angliam proficiiscitur, carcerem pro tecto, pædorem pro odoribus, pro torquibus catenas, vastaque marium, et terre spatia,

chaosque



chaosque Særeticorum, et truculentam barbariam pro patria depacta,  
Comites sese in via, casuumque societatem obfusere Sacerdos Anglus,  
qui è Collegio Vallisletano ad excolendam <sup>calesias</sup> latifundij vineam profi-  
ciscebatur; aliusque item Ablescens Belga, quem sibi illis forte  
diebus itineris gratia adiunxerat. Et is quidem peracta profes-  
sione Hispanias ex templo repetens Societati IESU in provincia To-  
letana <sup>primo tempore</sup> ~~quædam~~ nomen dedit. Dubitantem porro diu Aloy-  
siam, neque satis decernentem aliquas ne è contubernio suo se-  
cum duceret, haud parum anxiam Sabuere subeunda rerum  
omnium difficultates, et scilicet manifestum ab Særeticis mortis  
periculum. Sed statuit tandem potiore quietis communis,  
quàm commodi sui rationem esse habendam; et diogenem sine  
mane viuere posse, iam pridem beatum videbatur. Neque  
verò non idem sibi, illisque esse desiderium nesciebat, sed  
placida pietatis studijs delicias otio magis, ac tranquillitate, quàm  
periculis delectari. Singulare item hoc suum esse tam viæ,  
quàm vitæ institutum reputabat, et nouitatis etiam, non discer-  
minis tantum plenissimum; ad quod utique terrâ, marique  
constanter, prosequendum, eiusdem numinis impulsu opus fo-  
ret. Et licet in suis ipsa votis, ac cogitationibus satis præ-  
sidij haberet ad præclarè, fortiterque perficiendum; tamen  
alijs ne vel eadem animi celsitudo, roburque, aut gratia  
deesset, iure quidem metuebat. Accedebat quod solitu-  
tudo suis consilijs magis opportuna videbatur, vel ne littore,  
exiensuque prohiberetur, vel ut in turba, cætuque miscella-  
nea multitudinis ignota vitam posset degere. Quippe  
iudicatum illi erat Anglicanum idioma memoriæ manda-  
re, cui rei gentiliū consuetudo impedimento esse imprimis  
absolet. Denique totam se in peregrinos mores, naturamque  
fingere, et Anglām induere cupiebat, quo facilius ei ad  
martyrium pateret aditus. Quæ res fastidium alijs  
inter alienigenas homines non natura minus, et linguâ, quàm  
terrarum spatijs disiunctos creasset, et dulcem suorum memo-  
riam, patriæque repetendæ desiderium identidem attulisset.  
Illa verò sic statuebat, nihil sibi accidere posse acerbius,  
quàm



quam irritis Suiusmodi inceptis pedem referre; rata in precipuis Christi-  
 stiani hominis virtutibus esse constantiam, quae sola inter omnes coroz  
 natur, palmamque suo sibi iure vendicat, numquam ducit quidquid  
 in omnibus Religionis officijs praedarè est, fortiterque gestum. Sed  
 Suius de martyrio indagando consilijs, sui que instituti paucos omni-  
 no conscios esse voluerat. Quam obrem multi obtestari eam ce-  
 perunt, ne se itineri molestissimo sine idoneo comite commit-  
 teret, praesertim obnoxia valetudine, et asperis anni tempori-  
 bus. Multa quippe in tanta rerum mortalium vicissitudine,  
 remotisque oris posse obtingere, quibus solitum famulantium obse-  
 quium, opemque necessariam frustra imploraret. Verum Aloysia  
 pro insita animi magnitudine, rerumque omnium despicientia suis  
 cuncta benignè deferentibus, et verò instancibus importunius ita re-  
 misit, ut diceret abundè magnum in Dei fiducia esse presidium.  
 Ceterum et si forem se in repudiandis omnibus praebere; ami-  
 corum tamen pietas illius virtuti succumbere nec potuit, nec vo-  
 luit. Ergo infesta nivibus montium iuga, viceque pericula  
 ab eis uniuersum iter regentibus cumulim certatim proponebant,  
 binosque fixas incertis fortuna casibus offerebant. Cumque  
~~omnifera~~ omnia iacularent, remque prudenti iudicio estimanti-  
 bus necessaria, cesset armatis eorum obestationibus, atque im-  
 portunitati Aloysia modestia, sua minore facilitatis, quam  
 paupertatis praeconio, ne constantius abstinentia studium spe-  
 ciem pertinacia cuiquam praebere posset.

Subsidia itineris oblata  
 recusat.

pendens nullis obnoxia et  
 firmitate patientia  
 in huius vicissitudinis  
 incumbit

Binos ab amicis calones  
 aduersus varios vita euen-  
 tus accipere cogitur.

magnum inter eos esset amoris ac officij certamen, deque itineris ratione ac periculis cogita-

## Caput. 2.<sup>m</sup> Per Hispanias, et Gallias profiscens exempla

virtutum edit

Nec verò eà quisquam aut-viae solatium, aut commodorum  
 subsidia minus, aut paupertatem, rerumque omnium penuriam  
 magis amavit. Cuius studio incensa uniuersa, quae ad miti-  
 gandos itineris labores, vitamque, aut dignitatem tuendam

Specta:



spectarent, siquidem propositis salvis discrimine sine cuiusquam of-  
 fensione, ac periculo sperni posse videbantur, obfirmato animo re-  
 spicit. Porro Vallisdeleva digressa, ubi Burgos pervenit, nihil satius  
 Sabuit, quam ut Christi Crucem, quam Sanctam indignant, quae  
 magna populi celebritate, ac frequentia vndequaque visitur, ab  
 insigni sua in eam semper religione adoraret. Haud facile  
 memoratu est, quantam inibi voluptatis laetitiam perceperit.  
 Quippe eam cum alijs nominibus, cum ob eximios eius fructus exi-  
 mie eam habebat, colebatque sedulo; in qua martyrum om-  
 nium Princeps divissimum mortis genus obisset, omnibusque  
 ad libenter, fortiterque patiendum signum sustulisset. Neque  
 vero dubitabat quin eius aspectus plurimum sibi ad improbo-  
 rum insultus, mortemque perferendam gratia, roborisque  
 esset allaturus. Quamobrem eam salutis suae praesidium, et  
 robur, unquamque gloriam veris laudibus appellans, consilia  
 sua, et conatus Christo impensius commendabat, opemque iden-  
 tidem, et secundos caelestium donorum influxus ad capta ritae  
 perficienda expetebat. Inde litato, noxisque animi de-  
 more expiatis profecta inuictum hyemis telis, viaeque difficul-  
 tibus pectus opposuit. Spicuelta iter faciens, caedique B.  
 Ignatii, cuius auspicii Societas Iesu coaluit, natales ingressa  
 mentem, oculosque locorum conspectu mirifice recreatur, et  
 ingenti consolatione, gaudiisque delibatos reportavit. Ingre-  
 dientis enim animum iam tum incunda pietatis aura afflabat,  
 et ad usurpanda oculis antiqua virtutum monumenta, patresque  
 lambendos, et incunabula, terramque toto corpore venerandam  
 excitavit. Ea porro erat hyemis saecundia, uti toto itineris spa-  
 tio aspidius prope tempestatibus, ventisque conflictaretur.  
 Coelum illi atrocibus hisce nimbis, niuibisque confusis quoddam  
 martyrii promissum propinare velle crederes. Solemne ei erat  
 ad reliquam pietatem caelesti viatico animum, viresque quo-  
 tidie ad vice incommoda, ac labores perferendos confirmare,  
 binasque postmodum horas colligendo orationibus animo im-  
 pendere. Quo quidem ardore pietatis id consequebatur, uti  
 admoto <sup>illo</sup> malorum omnium antidoto unico obiectas sibi itinervis  
 acummas, illasque quas capiebat, <sup>calorum</sup> molestias dulces redderet cum id unum  
 propositum semper haberet, in cuius suavitate, ac consolatione omnes angores  
<sup>excummas</sup>

Sanctam crucem Burgos  
 magna pietate veneratur.

Ad natalitias B. Ignatii  
 caedem visendas ex itinere  
 diuertit.

Quotidie penitentia, atque  
 Eucharistiae sacramento  
 in via reficitur.



ac sollicitudinem animi demergeret.

~~admiranda~~ ~~admiranda~~ ~~admiranda~~. Hospitium ingressa cubiculo se confe-  
 sam includebat, suisque praeceperat uti fores confirmarent non  
 ijs tantum pesulis, serisue, quae ostio appositae erant, sed alijs qui-  
 busdam, quas in eam rem secum attulerat. Adeo nihil virtuti  
 securum existimabat, nisi eam duplicis custodiae praesidijs fir-  
 mare, probeque muniret. Ibi ergo labefactum caloribus cor-  
 pus abijciens, animum non perinde illi obnoxium, semperque in-  
 tegrum, et erectum ab illius societate sevocabat, longisque Dei  
 colloquijs, ac caelestibus delicijs benignè recreabat. Inaudierat  
 fortè de illius adventu Maria Bergara insigni natalium splen-  
 dore femina, lautoque apparatu resitantem pro amplitudine  
 sua Victoria (ciuitas est in Cantabrorum finibus sita) accepit.  
 Ornata peristromate seris cubilia, regijs dapibus mensa, quam  
 grata esset Aloysiae, <sup>necessitudo, ac</sup> praesentia Saud obscure declarabant. Ve-  
 rum illa qua erat in omnibus semper abstinentia, animo in  
 caelestes delicias dumtaxat intenta, et penitentia usquequaq;  
 studere mirabiliter cupiens, matrona omnia in vnam volup-  
 tatum blandimenta congerentis humanitate, atque officijs  
 sic via est, nihil ut eorum prater consuetum, idque exiguum  
 demensum libaret. <sup>omnibusque intactis requissimo cibo naturali desiderium implecer.</sup> Porro famula lectum attalicijs vesti-  
 bus ornatum ascendere iussa solo ipsa incubuit, nisi quod to-  
 tam propè noctem corpore, atque animo erecta de more  
 peruigilem duxit. Nihil in sermone, verbisque eius sua-  
 uitate grauius, nihil grauius <sup>ate</sup> suauius, nihil vtraque religio-  
 sius. Quamquam eorum in familiari consuetudine Saud pro-  
 digia paucitatem pietate, ac modestia ita compensabat, ut  
 non tam eloqui tacite, quam eloquenter tacere videretur,  
 semperque aliquas insipientium animis infixas virtutum fa-  
 ces relinqueret. Emicans ex oculis verecundia, et per-  
 petua animi moderatio cum pari morum elegantia, et  
 sanctitate iuncta hospitem in se omnium, ac aduenarum  
 oculos conuorterat, mirantium eximiam vitam integritate,  
 et assiduum orationis studium, eamque prorsus ut aliquam  
 à Sacrarum Virginum cœtu demissam venerantium.

Excellenti castimonie cura

Abstinentia amor perpetuus

Fidem faciebat vestitus pauper, atque obsoletus; oris, corporisq;  
 habitus

mirantium eximiam vitam integritate  
 et assiduum orationis studium



Sabitus spirabat eam, quae in animis latebant, virtutum fragrantiam. Cuius quidem suauitas, ades omnium, quacumque iter faciebat, animos afflauerat, plurimi ut essent, qui beatum illum Hospitij locum putarent, quem illa vestigijs suis notasset. Inualuerat adeo haec in hominum animis opinio, penitusque inuenerat recenti Carmelitarum nudipedum memoria, quae aliquando ante ex Hispania in Gallias et Ioniam duxerant, plurimasque breui tempore in varijs Regni oris aedes exererant. Itaque quacumque transiret, ingenti obuium quemque admiratione intentionem desigebat, neque vlllo in hospicio diuertendi potestas fuit, ut non ad occursum eius gauderent omnes modestiae veneratione gestientes. Non perinde a pueris virtus eius aetatis vitio res aestimare nescientibus in Gallijs colebatur. Illa enim peregrina, vti fieri solet, Sabitu commoti stimulantem animos vel naturae temeritate, vel lingua petulantia sibilis eam excepere certatim, orisque intemperantia ulterius, quam pax erat, prouecti, grauibus ad haec conuictijs orerant. Et nimirum gaudebat in his Aloysia beatam se illo imprimis nomine existimans, quod gratis sibi obtingeret id, quod in rebus spiritualibus esset pretiosissimum, dignumque quod magno quisque, nisi tam vile foret mortalibus, pretio compararet. Itaque ab his aurium procellis in pia meditationis portum circumflantibus undique contumelij sese recipiens tranquillitate magna, gaudioque fruebatur. Neque celare illius magnitudinem poterat ulterius. Cum enim illi dictarijs, absonisque clamoribus modum nullum facerent, verneque effrenatam bacchantium licentiam inhibere pararent, venit Aloysia, verbo quidem dictitans, non esse Christiana fortitudinis catellorum allabantium temeritate commoueri, se autem clamitantium opprobrijs aures suas ex magna humilitatis siti satiare cupiens. Hac modestiae laude, pulcherrimoque <sup>virtutum</sup> itinere prosequencium comitatu, circumseptam, multisque e longa iactatione molestijs confectam Lutetia Parisiorum excepit, amplissima Regum Galliae sedes, quae ab

A pueris lasciuientibus exhibetur.

Irrisiones quanto cum gaudio pertulerit.

Lutetia Parisiorum paulisper commemoratur.



augusto diuinarum, ac humanarum artium sacratio summam in terris  
 celebritatis iuxta, ac frequentiae famam semper obtinuit. Octiduo  
 Sic toto commemorandum illi fuit, non sane ad vires quidem, ani-  
 mumque ex vite fatigationibus quietis vicissitudine reficiendum,  
 sed ad alium comitatum dimisso veteri, quem in Hispanijs ac-  
 ceperat, opperendum, cuius presidio tuta Belgium peteret.

Id adeo quodcumque fuit temporis, quod alij ad vrbis amplitu-  
 dinem, alij ad Regis ornatum spectandum, omnes ad oculo-  
 rum libidinem explendam conferre consueuerunt, cum solis  
 Virginibus Carmelitanis, quarum erat recens inibi erectum  
 caenobium, assiduis qua orationum, qua spiritualium colloquio-  
 rum officijs contriuit. Neque aliud praeterea quidquam vi-  
 sendum duxit, quam templum, quod Societati Iesv inbau-  
 rauerat Henricus Galliae Rex nominis illius quartus, ce-  
 terum humanitatis, prudentiae, virtutisque bellicae primus; ut  
 in hoc quoque loco aliquod suae in illam familiam beneuolen-  
 tia, atque amoris extaret monumentum.

Interea instan-  
 tibus plurimis, et ad alia, ut fieri solet, maxima vrbis insi-  
 gnia spectanda allicientibus pertinaciter recusauit, rata

oculorum libidinem, ac  
 curiositatem quanto studio  
 potenter domuerit.

nihil illi posse in vniuerso terrarum orbe magnum videri,  
 cui puncti magnitudo nota esset, et frequenti meditatione ex-  
 plorata. Lutetia Rhodmagum profecta alterum, atque  
 alterum diem illustri Heroine indulsit, cui magno necessi-  
 tudinis, atque hospitij vinculo obstrictam se in Hispania fuisse  
 meminerat. Inde porro peractis vite pietatis obsequijs recto cursu  
 morinos potentem Audomaropoli hospitio suscepit Georgius Perso-  
 nius, non sua pietate minus, quam patris nomine e Societate  
 Iesv Religioni rebus praclarè gestis Anglia tota celeberrimi notus,  
 atque inclytus. Apud hunc Aloyia dum transmissionem, <sup>in Angliam</sup> pre-  
 stolatur, opportunum quiescendi tempus nacta, animum ad  
 praecleara pietatis studia retulit. Et satiare lectorem haec  
 pridem legendo poterant, quae explere eam faciendis nunquam  
 potuerunt. Quippe eximia illius virtus inexhausta rerum diui-  
 narum cupiditate ardens, diuina charitate naturam identidem  
 accendente tantum Religionis studium conceperat, nihil ut



animum iam posset fatigare exiis, quae Dei causa plurima suscipiebatur.

### Caput 3.<sup>m</sup> In Angliam trajicit.

Jugens enim vero multorum sollicitudo longiorem moram facie-  
Audomaropoli haerere cogi- bat, omnemque transmissio- nis spem intra quartum mensem inter-  
tux, Romaque responsum cluserat; negantium rem tantam, tamque inusitatam non discrimi-  
expectare. <sup>tantum</sup> ni, sed crimini etiam temere esse obijciendam, atque responsum

+ <sup>quantum</sup> perferre ab ingenti <sup>semper patendi desiderio haud facile posset, sed quoniam in omnibus obtinere</sup> tantum illius animo maerorem incussere, Dei voluntati porro sta-  
tuerat, acerbè quidem, sed fortiter tamen, cuius causa se ad  
eiusmodi provinciam obtulerat, eiusdem imperio differre de-  
crevit. Quam obrem fore se utique in eorum potestate dixit,  
qui numinis vices implebant, hoc uno letam, quod hanc quoque  
mora gratificari se superis, et acceptum edomito voluntatis  
arbitrio sacrificium praestare posse crederet. Sed hisce diffi-  
cultatibus irretitam haud ita multo post expediit Henricus  
Farnettus, qui tunc Societatis Iesu Religionis in Anglia ver-  
santibus cum imperio praerat, mox etiam martyr proci-  
tus; qui nullum virtutis suae, ac sanctimoniae certius si-  
gnum reliquit, quam Haereticorum invidiam, licet vultus  
figuram aristae cum Multri innocentiae, ac gloria monumen-  
to impressam, nulla unquam, ut maxime velit, inobscurabit  
oblivio. Is cum ex ingenti illius ardore, parique constan-  
tia, et multorum annorum experimentis diuinitus illi hanc  
Provinciam esse destinatam intelligeret, humana delibera-  
tione non ultra opus esse constituit. Quam obrem omnes  
modestas, ac discrimina ab insita mentis suae celsitudine,  
parique Aloysia virtute contemnens, protinus comitatum  
illi idoneum, hominesque impigros submitit, quorum pra-  
sentem in ignota regione aequanda, ceterisque periculis  
propulsandis opem, solatiumque experiretur. Quibus illa  
tam iucundis nuntiis acceptis, quam primum se ad iter  
+ <sup>Acceptis P. Farnetti litem</sup> comparavit, semboque minore Grauelingam secundo anno  
uis <sup>ris</sup> <sup>lata</sup> in Angliam na- <sup>comparavit</sup>, semboque minore Grauelingam secundo anno  
vigat. <sup>delata</sup> ad portum Jecium, cui Caleo hodie est nomen,  
curru



curru postera die contendit. Neque vero quisquam aliorum fuit  
quin liquido assereret diuino utique nutu tam sanctas cogita-  
tiones in communi omnium metu, ac sollicitudine explicari.

Anglia mari, quam late se porrigit, undique alluitur, gentium  
exterarum commercio, solique ubertate in paucis memorabilis.

Cæterum haud paulo maioribus Hæresum inundantium fluc-  
tibus, <sup>undisque flagitiorum</sup> tota propemodum demersa iacet; nisi quod pauci in ar-  
ca Noëa inclusi mitiora tempora expectant, quibus columba  
aliquem regno diuæ ramum, lætamque Ecclesiæ pacem ferat.

Omnino navigationis genus uniuersum, eamque in primis, quæ  
conspectum terræ eripit, nihilque nisi pelagus, cælumque ocu-  
lis reliquum facit, innato animi horrore auersabatur Aloysia.

Navigationem quanto-  
pere horruerit.

Ad hæc inuictam nauis iactationem effusa excipere solet nau-  
sea, aliaque haud sanè leuiora incommoda, quæ, ut naufra-  
gij periculum sileatur, deesse nequaquam solent.

Sed obductan-  
te magnis iuxta, minoribusque difficultatibus animo effecit,  
ut diuine virtuti cederet natura contumacia, versoque in  
desiderium fastidio, quas antea horruerat, molestias maris  
iam amare ceperat.

Ergo conducto sibi, suisque mysparone  
gessoriacum litrus, terrasque relinquens Caleto in Angliam vela  
fecit, non alias, quam arumnarum merces, et cruciatus, pe-  
nasque martyrij ex ignotis terris petitura.

Admisit in  
eamdem secum ratem Adolescentem Gallum, Anglosque duos  
idem impensè flagitantes, quorum opes in magnis familiaris  
rei angustijs exigua erant, eoque ad valitatem communi for-  
tuna temeritate redactæ.

Provectis in altum ingruenti-  
bus noctis tenebris malacia excepit, ventusque in medio cur-  
su expirans senibus undis fluctuantes ante delatuit, quam  
speratum Dorobernij portum conspiciere possent.

Neque vero  
<sup>minimum</sup> ~~nimirum~~ a Batauis discrimen imminabat, quorum furor  
arctiora omnia fecerat britannici maris fauces valida classe  
infestas tenentium, intentisque custodijs, ne quod ex Hispanijs  
praesidium in Flandriam subueheretur, diligenti cura cau-  
entium.

Tranquillo mari a ventis  
delatuti periclitantur.

Quod quidem tantum fuit, quantum serata haud  
ita multis post diebus strages declarauit. In tanta animarum  
trepidatè



trepidatione, cum imminentis mali species ante oculos versaretur,  
 consternatis metu vectoribus Aloysiam, quamvis in retrepida diut-  
 nae bonitatis fiducia intrepidam praestitit. Et quando nullam a  
 nauticae artis industria opem licebat sperare, orationem ut sacram  
 anchoram respiciens certum ab ea praesidium petijt. Nee frustra  
 missas fuisse preces eventus docuit. Nam implente solis, qui iam  
 occiderat, vices luna ortus repente a puppe ventus secundo flatu  
 incubuit, nauemque celerrimo cursu in portum prouexit. Cum  
 iam litus tangerent, exscendentibus in cymbam alijs debiti ob-  
 sequij impatiens pedem solo iam pridem optato imponere pro-  
 perauit Aloysia. Longa enim erat in ardentissimis votis  
 omnis illi mora, cui etiam lenta videbatur nautarum properan-  
 tium velocitas. Quo tempore hoc accidit memorabile. Pri-  
 mam in terras desilientem eximia specie iuuenis cum ingen-  
 ti laetitiae significatione de aduentu optato gratulabundus op-  
 periebatur; et cum arena, undisque luctanti, quando sine  
 aliena ope eluctari non poterat, gradu promotu dextram bene-  
 uolè porrexit. Neque admiratio sane, quam voluptas minor  
 Aloysiae inuasit animum, non opinatam in peregrino solo hu-  
 manitatem stupentis. Qua peramanter vtiq; oblata vten-  
 dum censens apprehensa Adolescentis Angeli, an Angli manu  
 in optatum litus citra difficultatem euasit. Procubuit humi  
 venerabunda confestim, Deoque pro recenti beneficio, suiq;ue  
 voti consecutione cumulatae gratias reddidit. Mirari om-  
 nes quo pacto in terram euasisset, et certatim inter se percun-  
 tari, quis ei opem tulisset. Qui postquam nullus apparuit,  
 ipsa quoque Aloysia eum postremo quaesiuit, neque usquam  
 nauata <sup>sedulo</sup> opera reperire potuit. Haud nihil ambigebat, huius  
 fuisse beatus genius salutis suae vindex, an unus ex eorum  
 numero, quorum praesidio regnum Angliae protegitur. Patronum  
 tamen loci indigetem fuisse ut crederet, inclinabat animus. Po-  
 stera luce inalbescente caelo Dovernis discessit, cumque in  
 itinere totum consumpsit. Ac sequenti interim die ad vrbicū <sup>umbilicum</sup>  
 perducto curru submissa excepta in eandem, in qua ~~ille~~ tum Garnettus  
 commemorabatur, domum subuehitur. <sup>Hanc ingressa, mentis repente laetitia</sup>  
 sinecessit id assecuta, quod multo ante <sup>incredibili cupiditate maxime semper</sup>  
 experiret. Locus ipse singulari uoluptate affectus, Catholicorum con-  
 spectus, martyrij non iam spes, ac desiderium, sed coronae, quam in mimbis iam  
 prope habere uidebatur, certa, et explorata consecutio; demique omnia, quae in pri-

In litus prima desiliens  
 ab Angelo excipitur.



statim aditu sentiebat, suere eiusmodi, uti plane se in beata uirae  
limine positam arbitraratur, quando intrantem diuina in ipso domus  
~~repererat~~ vestibulo voluptas ipsi gaudijs perfudit, quae ad miri-  
gandum caeli desiderium haud parum valere possent. Finem iti-  
neris imposuit is potissimum dies, quo de inuenta Helena auspicijs  
Crucis gratulatur Ecclesia, ne faustum quoque illum laboribus suis  
illuxisse dubitaret, aut crucem se inuenturam desperaret, quae  
certè pie, ac sedulo per tot terrae, marisque spatia quaerenti in  
Angliâ deesse non poterat. Erat ille dies secundum veterem tem-  
porum rationem Anglijs usurpatam D. Gregorio Martyri celeberrimo  
sacer, in cuius honorem delictis ad propitiandum numen cae-  
lesti salutari penitentia ritè obliteratis diuinis dapibus refecta  
est. Tamque omnibus itineris laboribus, molestisque defuncta  
ad insueti sui rationem animo quidem retentam, caeteram alie-  
nis temporibus aut remissam subinde, aut intermissam conuertit cogi-  
tationem, studiumque nulla intermissione concussum, aut immi-  
nutum renouauit. In quo hoc illi iucundissimum obigit, quod  
domus fanum haberet priuatum, in quo res diuina quotidie,  
subinde etiam cum festo organorum, vocumque strepitu cele-  
braretur. Ergo longi usuram temporis, quo solitudine sua  
caruerat, in tanta opportunitate, orationum intensione sarcie-  
endam putauit. <sup>quae</sup> Porro moris erat remota mensa <sup>autem</sup> <sup>erant</sup> <sup>in</sup> <sup>his</sup> <sup>locis</sup> <sup>suere</sup> <sup>eiusmodi</sup>, ut  
quas naenidas lectissimis vocibus modulari, ut interim horto-  
rum amœnitas sileatur, in quos salubris caeli temperies, et effu-  
sa naturae indulgentia omnia congesserant, quae vel oculis,  
vel reliquorum sensuum cupiditati silent adulari: sed enim  
Aloysia valetudo perpetua vitae seueritate, alijsque laboribus  
labefactata grauioribus morbis conflictabatur, quam ut ullis  
huiusmodi subsidijs posset recreari. Omnino opem à medi-  
cina petendam censebant omnes, quando non obscure iam  
tetricior in dies male facies infesta serpigine viscera, artusque  
vastans vultum postremo miserabili illuue deformabat.  
Neque tentatis omnibus, ignota tabe laboranti ab arte me-  
dica quisquam opportunum, aut prosperum adferre reme-  
dium potuit. Ut vnum tantum iam superesse <sup>solarium</sup> <sup>videretur</sup>  
in propiore martyrij spe, et crucialibus subeundis repositum.

Inuenta Crucis festo  
itineri finem fecit.

corpus si ab agitudine,  
ac doloribus uacuum fuisset  
nihil optari posset amœnitas:  
quidem certa spirituar-  
um, et sacrarium uolupta-  
tum erat assatum.

Caput.



# Caput 4<sup>m</sup> Quantas circa Sa- bitationem difficultates passa sit

Vix duae in hocce rerum tenore hebdomada effluxerant, cum ecce tibi nuntios domum illam ab haereticis ad exitium esse designatam, ac propediem affuturos, qui omnes recessus excu-  
terent. Quae res cunctis eo mirabilior accidit scilicet, quod per tres ipsos annos nihil huiusmodi domus passa fuerat. Visum ergo uniuersis maturandum; et comuni tempestati cedendum, cuius exitium ad plures esset peruenturum. Et verò illa Sa-  
reticorum odium suo vnici capite potius, quam reliquorum, Sospitisque amantißimi calamitate expleri cupiebat. Neq; quidquam agebat dolor, quamuis esset molestissimus, animoq; destinatam profectioem iniectis aegritudinis catenis retardare Siquidquam potuit. Itaque quae aureas olim ruperat, plu-  
meis se teneri indignè ferens repente stratis exiit, et Lon-  
dinum nocte petens Saud. frequentiori matronarum, quam dolorum comitatu vallata primo mane ad catholici cuiusdam domum non sine ingenti valetudinis incommodo peruenit, inibi copiam rei diuinae futuram sperans. Fatigatam multis ma-  
lis excepit sanè quam humaniter. Virgo nobilis, non maiorum gloria, quam sua virtute clarior; quae postmodum instituta D. Benedicti Bruxella in Anglicarum Virginum cenobio nomen dedit. Neque haec quidem prolixè <sup>placuisse</sup> beneuolentiae offi-  
cij <sup>in iuuanda Aloysia, atque homibus modis, colenda aut uirtuti, ipsius</sup> quodquam se <sup>prope</sup> <sup>proximè</sup> <sup>uirtutis</sup> <sup>merito</sup>, cuius fa-  
miliarem nobilitatem in praecipua felicitatis parte numerabat, ut studio-  
satis facere, unquam poterat. ~~Prope~~ ~~facile~~ ~~facile~~. Confirmata porro haud nihil ex morbo valetudine, viribusque receptis aliud ex alio domicilium Lon-  
dini quaerens, nullum inuenire potuit rationibus suis acco-  
modatum; quouenque enim se conferret, in gorgonias incidit, quibus haud secus eius uirtus confestim subdruit, quam sca-  
rabæis

Haereticis domesticorum  
exitio imminentibus fugere  
cogitur.



rabieis rosa. Unum erat, idque amena solitudine, reliquisque orna-  
 mentis instructissimum, sed nempe a suis desertum, qui indignitate  
 temporum, periculisque crebris percussus in remotam se Pusculi sui  
 partem receperant, suarumque rerum, publica non re tantum, sed  
 spe quoque amissa, satagebant; tantum se a scelere, et doloribus  
 abesse rati, quantum a conspectu urbis recessissent. Itaque  
 in alterius cuiusdam aedes Londino non magno intervallo distan-  
 tas post longos errores deducta est, quae neque rebus idoneis, neque  
 ullo benevolentiae genere necessitatibus eius defuit. Sed nec  
 hic quoque securus eius virtus esse potuit. Iterum ergo muta-  
 re sedem coacta, urgentibus a tergo, a fronte, et utroque lateris  
 bus sensit non ad homines, sed mysanthropos venisse; qui Timor-  
 nem illum veterem amentia superantes ab uniuerso catholico-  
 rum hominum catu in remotissimos maris pariter, schismatumque  
 flaccus recessissent. Quocirca ubi intellexit de aduentu eorum,  
 qui catholica Religionis odio incensi negotium aedibus facessere  
 cupiebant, cum grauius primum es nuntio, ut in re dubia commo-  
 uerentur domestici, mox vero collectis ex metu animis, magna  
 in Aloysia virtutes, diuinoque praesidio fiduciam ponerent, sta-  
 tuerentque omnem persecutionis aleam subire, fugae consilium  
 ipsa iniit, aliena magis, quam suae saluti consulere desiderans.  
 Igitur persequente undequaque impietate Evangelicis consilijs  
 potius, quam cupiditati suae morem gerens fugiebat. assidue,  
 non sane quidem ut esfugeret, sed ut inueniret <sup>mortem, quam interion</sup> ~~quod tantopere~~  
<sup>potius magis, Regis Imperio, quam</sup> ~~querebat~~ <sup>persequeribus inuicem ultra quibet iubebatur.</sup>  
~~querebat~~ <sup>querebat</sup> ~~persequeribus~~. Neque rebus tanta impietatis tem-  
 pestate exulceratis ullus iam ulterius, in quem se reciperet, por-  
 tus occurrebat, nisi ut in se ipsam secederet, animique securi-  
 tatem in imis conscientiae latebris querebat. Ergo <sup>eam</sup> ~~enim~~ metu  
 liberam, tenebrisque desperatis exantem parietum suorum obie-  
 tu texit Heros quidam pietate iuxta, ac generis nobilitate in-  
 clytus. Sed in quo loco quies, et securitas maxima futura  
 videbatur, in eo repente <sup>dira</sup> ~~maxima~~ pulueraria Coniurationis Coniuratio pulueraria.  
 coorta tempestas omnem spem cogitationum eius, et consilia  
 dissipauit. Fuit ille dies funestus apprimè catholicis, bonisque  
 omnibus; neque Aloysia minus ad susceptae vitae rationes, quam

sermum frequentissime mutare cogitur.

dec. Emare. potius magis, Regis Imperio, quam persequeribus inuicem ultra quibet iubebatur.

Ecdesia



Ecclesie vniversæ Luctuosus . Non enim poterat non moueri fortis-  
 tissimus quisque, cum videret furias omnes ad spem Christiiani no-  
 minis excindendi euocari, maximumque optimis quoque peri-  
 culum imminere intelligerent, quot vel tenuissima suspicionis, aut  
 calumnie aura afflasset . Sed nimium Aloysie animum singularis  
 molestia affecit importunitatem sceleris reputantem, cuius rure  
 infausto consilia sua immature communibus miserimi temporis  
 procellis interciperentur . Quippe cum ne illum quidem otij fructu  
 dari cerneret, quod ad <sup>anglicani sermonis consuetudinem</sup> ~~ita~~ gentisque mores, ut animo præ-  
 ceperat, perdiscendos confere posset, ac sic demum eandem cum  
 Catholicis Anglis persecutionis tempestatem subiret, ut non domiciliis tantum,  
 verum etiam carcere, et sepulchro communi fueretur . Itaque  
 neque periculi metus, neque hæreticorum furor eam ab insti-  
 tuto potuit dimouere, extenuantem verbis difficultates obie-  
 ctas, quod in feminam, vel peregrinam, vel solitariam, et ab  
 omni verum sollicitudine remotissimam eiusmodi suspicio, aut  
 criminis periculum cadere nullo modo posse videretur . Ceterum  
 aliter domestici opinabantur, quos non latebat utique quanto odio  
 Protestantium colluuiis nomen Hispanicum prosequeretur, quod  
 cum crebris sermonibus, tum piratica, aliisque sceleribus quo-  
 tidianis declararent, prorsus ut hoc nomen non iam gentis ali-  
 cuius, sed Religionis, pietatis, virtutis esse videretur . Quibus  
 cum perpetuum bellum hæc hominum <sup>sentina</sup> ~~communia~~ indixerit, ma-  
 xima quoque huic nomini subeunda sunt pericula . Sed ea  
 neque Aloysia, neque gens vniversa vnquam formidauit, odi-  
 umque improborum in maximis suis honoribus sine vlla ambitio-  
 nis labe slet numerare . Sed tanta erat rerum perturbatio,  
 ita consternata grauissimo tumultu iacebat omnia, ut is cuique  
 locus, in quem se furoris metu abdiderat, miserimus, minime  
 securus esse videretur . Itaque Aloysiam ex omnibus vnã in  
 communi formidine interritam amicissimus quisque hortabatur  
 adderet gradum; maturato opus esse, ut impiorum conatus, insi-  
 diasque eluderet; vnus saepe capite maximarum rerum mo-  
 menta verti, et eiusmodi esse rerum statum, nemo quin vbius,  
 quam vbi sit, esse malit . Illa verò et si vtilia in presens au-

Monet, ut secedat, et que  
 presenti periculo subducatur.



diebat, tamen turpe existimans, minimeque dignum martyris constantia,  
 fuge semper, ac latebris salutem suam debere, occurrere periculo, et  
 procedere in medium decrevit, Regemque adire, suumque in Angli-  
 am aduentum, causasque itineris suscepti aperire. Neque vero  
 ab imbelli sexu pestem aliquam Regi, aut ullius fororis esse me-  
 tuendam, neque se cuiusdam <sup>quam</sup> capiti insidiari. Hoc unum habe-  
 re in votis, ut ad Dei amorem, mundique despicentiam quamplu-  
 rimos cum illius venia liceat excitare. Qua cum secum sta-  
 tuisset, atque animo agitaasset aliquantum, emergebant alia co-  
 gitationes haud paulo vehementiores, quibus iudicium suum  
 constringendum dedit. Neque enim metuebat tantum, ne mar-  
 tyri gloria, qua indignam se adhuc reputabat, impresentiarum  
 priuaretur; verum etiam ne Rex <sup>ad hoc impediendum</sup> legati Hispaniensis opera ute-  
 retur, seque in patrium potius solum deportandam mandaret,  
 quam in catholicorum ordinem redigeret. Quam obrem cum  
 priuatam pietatem pro communi utilitate deuouendam sem-  
 per statuisset, manus aliquando ijs dedit, qui necessarium esse  
 ducebant, ut legatum de aduentu suo faceret certiore, spon-  
 dentibus fore ut eam ille opibus suis, ac auctoritate sua susten-  
 taret; ad haec sedem tutam preberet, liberamque sacramen-  
 torum copiam, veique diuina percipienda facultatem impe-  
 traret, donec illa tempestas coniuurationis fluctibus concitata  
 miterceret. Fungebatur eo tempore legationis munere Illu-  
 strissimus Marchio de Flores de Auila, cui nobilitas, ac vir-  
 tus coniuncta vero splendore nomen hoc proprium fecerant.  
 Nam Comes de Villa Mediana ante excesserat Anglia, quam  
 de Aloyria aduentu, vel fama quidquam percipere potuisset.  
 Porro Marchio omne studium, curamque in ea quaerenda fru-  
 stra consumpserat. Nam et singularis Alfonsi de Carua-  
 jal commendatio, litteraeque super ea re missae magnam ani-  
 mo sollicitudinem iniecerant, et potentissimum commendatio-  
 nis genus virtus ipsa haud paulo gratius Aloyria nomen red-  
 diderat. Et illius quidem contilia Marchio nequaquam com-  
 perta habebat; sed quia nullus de ea rumor ex Hispanijs,  
 aut Belgio perferebatur, subdubitare coepit in Angliam trans-

Regem adire statuit.

A Legato sollicitè queritur.

misisse



missis, quod eius rei magno aliquando studio, et cupiditate inflam-  
matam fuisse audierat. Sed nimirum latere diutius non poterat  
virtus, iisque tenebris, quibus eam communis metus sepeverat, obsolesce-  
re. Tenuis eam fulgor e latebris erumpens legato prodidit, læ-  
tanti magnopere, quod post multos labores, curamque navatam ali-  
quando reperta esset. Neque enim ambigebat quin eam Londini  
degentem, et in tantis seditionum motibus latere cupientem pro-  
pediem esset visurus. Quæ res et si magnam Aloyria mole-  
stiam aspersit; multorum tamen obsecrationibus, ac consilij civi-  
ta legati ædes ingruentibus prima noctis tenebris clancularia  
via petijt. Qui quidem illi de adventu tam optato effusè nullo  
benevolentia, aut hospitalitatis <sup>officio</sup> genere pretermisso, <sup>est gratulatus, et huma-</sup>  
<sup>ritatem insignem omnium genere civitatis humulatum collegie in eam explicavit.</sup>  
tatis. Neque vero ullis precibus adduci potuit, ut e domo sua  
instantem abire permetteret; sed euestigio sedem illi intra  
eiusdem tecti lætes pulcherrimam omnibus cum elegantia  
principalis ornamentis, tum commodorum affluentia instrui  
imperavit; cæterisque rebus omnibus, quo loco apud se esset  
eius salus, declaravit. Hunc in modum sex menses va-  
rijs persecutionis tempestatibus iactata nullo loco consistere-  
rat; atque eò demum venit, ubi licet ad corporis necessi-  
tates, cælique amœnitatem nihil deesset, ad animi verò  
lætitiâ plura suppetere, quam vel optare usquam fuisset  
ausa; gravis tamen, ac invidenda illi fuit habitatio, metu-  
enti magnopere, ne consilij suis, eaque, quam animo con-  
ceperat, spe patiendi excideret. Cum tamen omnes in  
hoc incredibili animorum studio, ac voluntate conspirare vi-  
deret, neque alia se aperiret via, quam rebus tam incer-  
tis insisteret, decrevit tanta legati humanitate uti, præser-  
tim cum timeret, ne Deum tentare temere contempto peri-  
culorum cunctis imminentium, metu videretur.

Caput 5<sup>m</sup> In legati ædibus quo-

modo vixit ~

Cæterum cum benigne illi cuncta suppetere, quæcunque

ad vitam

A Legato honorificè in  
domum recipitur.



ad vitam tuendam, aut ad Dei cultum, pietatemque spectarent, modestia, cum Legati liberalitate certandum fuit nimirum. Neque excitandus erat Cuander, qui antiquum illud olim Aeneae cantatum ex andirnis camerae reuocaret.

*Aloytia in medijs opibus et Legati liberalitate abstinentia.*

*Aude Sospes contemnere opes, et te quoque dignam  
finge Deo*

Ipsa enim, quae iam pridem eas contempserat, cum se in tanta reru affluentia, lauteque suppellectilis splendore intelligeret animo vacare non posse, nisi eam a fortunae ludibrijs auocasset, delatis a Legato commoditatibus uti recusauit. Qua re equidem effecit, ut ille virtutis veneratione, et munificentia sua plorxius in eam cuncta, benigniusque congereret; cum et dignitati sua deesse nefas putaret, et tantae hospitis meritis, ac ornamentis cuncta inferiora esse censeret. Verum enim Aloytia votiuu paupertatis memor institutum suum a des constanter retinuit, ut neque precibus suis familiares, neque Legatus vlla vi ea ab illius amore abducere potuerit, quin parco, et parabili cibo, rebusque vilioribus defungeretur. Quam ob rem cum preces suas irritas esse videret Marchis, prorsusque nisi cubile, et caetera omnia abiectiora suppeditarentur, excessuram minaretur.

*cum diu ille diuina humilitate certasset, hac excessu, et magno animo munificam illius*

*virtute.* Itaque eam per omnes domus recessus circumduxit, cunctisque humaniter commonstratis, quando aliud iam non poterat, quodcumque ex ijs placeret, magnifice peraeque, ac liberaliter obtulit. Atque illa quidem delecto ex omnibus, qui lautitia, strepitusque minimum, solitudinis vero plurimum haberet loco, tempus de more sacris commentationibus, atque orationis studij transmittabat. Sed nimirum vnum ad letitia voluptatem deerat, quo nusquam caruerat, neque vero carere poterat. *quand nullam absque eo ad animum iucunditatem* Ad erat augustissimum Eucharistiae sacramentum, quod in tanta haeretica gentis impietate, verumque diuinarum despicientia Legatus sacello asseruandum hactenus non dum decreuerat. Reliqua erant huiusmodi, quibus ipsa, quoniam haec esset Religionis pariter, ac regionis vastitas, facila, et aequo animo carebat. Hoc

*beneuolentiam abstinentiae laude antea contenderet. factum est id quod oportuit, ut Aloytia tamen constantia pat-*

*Eucharistiae cultum in Anglia publicum inhiuit in adibus Legati Hispaniensis.*



verò tale esse statuebat, ut sine illius presidio neque in secundis rebus,  
 neque in aduersis viuere, spiritumque omnino posset ducere. Itaq;  
 cum nullum prisca pietatis, atque Eucharistiae usquam extaret ve-  
 stigium, ipsa collapsum, atque obsoletum Religionis exercitium, in-  
 diesque magis ad interitum properantem diuini Sacramenti hono-  
 rem non fortiter modo sustentauit, sed multis locis fugientes Eu-  
 charistiae ritus, cultumque reuocauit. Re enim cum viris gra-  
 uibus, atque eruditis communicata cum nihil obitare intelli-  
 geret, quominus id, quod in animo habebat, moliretur, multis  
 precibus cum Legato egit impensius, ut tabernaculum extrue-  
 retur, in eoque praelucentibus continenter cereis caeleste my-  
 sterium cum debito studio, ac veneratione seruaretur. Quo  
 facto nemo querat. Ita enim fortunatus ille locus Aloysia  
 visus est, ut quoties ad illum se reciperet, toties aut in Anglia  
 non esset, aut inter Angelorum cœtus in cœlo versaretur.  
 Non luce, non tenebris pietatem intermittebat, noctemque à  
 natura publico à negotijs, non precibus otio destinatum esse  
 dictitabat. Quamobrem mirifice eximia illius pietate ex  
 longo mœnore, ac metu recreata est Anglia, cum incredibili  
 bonorum omnium lætitia, qui aliquando præcipuum fidei  
 orthodoxæ pignus, et monumentum multis hereticorum calum-  
 nijs, et dentiludijs exagitatam Aloysia auspicijs dignitati iam  
 sue postliminio restitutum certatim gratulabantur. Porro illa  
 cum hanc rem tantopere in Dei gloriam, quam videlicet vnam  
 in omnibus vite actionibus propositam habebat, redundare  
 cerneret, gauderetque vehementer deperditum nefariae su-  
 perstitionis, temporum iniuria cultum instaurari, hoc præci-  
 pua cura satagebat, ut illa res cursum suum teneret, et ad  
 omnes Legatos consequentes, quibus id à Rege haudquaquam  
 infitiandum putabat, eadem Religionis obseruantia, ac per-  
 petuo pietatis feruore propagaretur. Porro alia huius rei vel  
 amplificanda, vel perficienda aliquando post, nec operanti  
 oblata est occasio. Matrona nobilis Richardotij filia,  
 eademque Legati Belgici vxor Aloysia sanctimoniam, et  
 præstantissimas virtutes odorata, <sup>per mota eximis eius actionibus, et</sup> <sup>hominumque</sup>  
 præconijs, de sermonibus omnia de ea summa prædicantium, cum consuetudine illius fœci  
 mirificè

omnes eam fore unam  
 in qua miseris illis, ac  
 perditis temporibus uere  
 Sanctimoniam, ac dignitatis  
 Lumen illucesceret.

Idem fuit in ædibus legati  
 Belgici.



mirificè desiderant<sup>et</sup>, faciendum putavit, ut eam ad sermonis commer-  
 tium, aedesque suas in Villam, cui nomen est Steponei, ad <sup>amanas</sup> ~~primorum~~  
<sup>amplicissima</sup> ~~proprietate~~ <sup>et</sup> ~~habitationis~~ voluptates, ac iucundos recessus aeterno ab urbe  
<sup>capite</sup> ~~distanter~~ <sup>multaret</sup> lapidem, currumque suum, et reliqua praesidia leuan-  
 di via laboribus idonea benignè submitteret. Recusare ea Aloy-  
 sia, quod ipsi uti in illo vitae instituto nefas putaret. Ceterum cor-  
 pus frequenti aegritudine, morbisque exhaustum, et debilitatum, ad  
 hac assiduis acerbitatibus, et abstinencia perpetua, quàm in omni-  
 bus rebus severe imprimis adhibebat, necessario frangebatur, neque  
 sine molestia, aut iactura valetudinis iter illud pedes peragere  
 poterat. <sup>Ad hoc</sup> ~~modicum~~ exiguum quoque laboris pretium videbatur,  
 neque quidquam tantopere expetendum, cuius gratia quietem  
 suam interpellaret. Nisi forte id auctoritate sua ageret, uti  
 in fano legati sanctifica hostia publicè colenda proponeretur.  
 Id verò fore eiusmodi, uti nullum aut itineris laborem, aut va-  
 leitudinis incommodum putaret esse vitandum, quominus suppli-  
 cis peregrina ritu quam primum ad illam colendam, pieque  
 adorandam aduclaret. Responsum tale fuit, ut illa eius  
 sanctitate capta teneretur, sanctèque pro innata mentis in-  
 tegritate, ac pietate sponderet, nullam enim verò moram fu-  
 turam, quominus Aloysiam tam sancti desiderij compotem red-  
 deret. Sperare se interim fore, ut ipsa quoque polliciti fidem  
 sanctam haberet, suoque aduentu familiam vniuersam vnius  
 desiderio suspensam recrearet. Neutram sua spes fefellit.  
 Nam et res illa breuè è voto confecta est, et Aloysia saepenumero  
 laborem illius itineris magna quidem cum difficultate, sed haud  
 paulo maiori animi gaudio, ac voluptate solo diuina gloriae  
 propaganda studio inflammata suscepit. Qua pietate,  
 simulque eximia morum sanctimonia adeo sibi familiam om-  
 nem deuinxit, ut beatissimam pro se quisque domum esse præ-  
 dicaret, quoties eius passibus signaretur. Per idem fere tem-  
 pus Legatus Gallicus cum certior de his factus esset, sua quoque,  
 atque aliorum pietati indulgendum putavit; cum et suam  
 apud Regem auctoritatem nihilo inferiorem duceret, et duo exemplum imitatus Eu-  
 rum catholicorum Religioni vnum cedere, egregiam Christianam publicè exponit.  
 nisi Regis ignominiam, labemque interpretaretur. Itaque

Legatus Gallicus duorum  
 exemplum imitatus Eu-  
 rum catholicorum Religioni vnum cedere, egregiam Christianam publicè exponit.

idem



idem præstitit frendentibus nequidquam hereticis, et Eucharistiam  
 nefarijs eorum vocibus, blasphemiarumque telis semper appetitam in  
 propatulo adorandam proposuit. Is erat in Anglia Christiana  
 rei cursus aduentu Aloysia, ut in rebus mæstis, eidem lætissimus,  
 cæterisque omnibus in tantis perturbationis fluctibus, placidus in-  
 primis, ac secundus. Ipsa interim duarum Virginum Anglica-  
 rum, quæ secum in familia legati versabantur, consuetudine assi-  
 dua utebatur, et quantum ab oratione temporis subiciuii relin-  
 quebatur, id omne ad deuoranda celeriter patrij idiomatis rudi-  
 menta conferebat. Sed intra paucos menses discessum ador-  
 nauit, rata haud longiorem sibi inter notos, nimiumque bene-  
 uolos moram esse faciendam. Cui quidem rei legati summa  
 aduersus eam enitentis humanitas pro repagulo fuit, obijcientis  
 cum hæreticorum furorem, tum communium temporum casus  
 infestus, à quibus magnum omnibus imminere discrimen asse-  
 rebat. Quo tempore plæcti, ac tumultu vniuersa personabat An-  
 glia; omnesque non præsentis tantum mali terrore, sed futuri  
 quoque metu angebantur, cum per <sup>omnes</sup> ætates, ordinesque <sup>laræ</sup> ~~omnes~~  
 persequentium crudelitas, ac licentiã vagaretur. Et Aloysia  
 quidem, et si nemini concedebat, qui maiorem ex hisce mole-  
 stiam perciperet; multa tamen terrebant, maximèque con-  
 siliorum suorum euentus, quæ ne exiliij obiectu interrumpere-  
 rentur, id versò grauissimè metuebat. Itaque cum hoc etiam  
 legatus identidem inculcaret, rem omnem diuino numini  
 impensè commendauit, votisque subinde conceptis placuit  
 ibi demum paulisper commorari, donec aliqua in Anglia ex  
 illius temporis caligine, ac tenebris lux affulgeret.

## Caput 6<sup>m</sup> Miseros, vinctosque

○ in carcere inuisit. ○

Hic verò dum acrem in omnes partes mentis aciem intendit,  
 temporumque mutationem opperitur, ne otium quidem suum otio-  
 sum esse vult. Et hætenus quidem pietatis studijs animum







quod quae eius munereungeretur, intanta eorundem cruciatuum  
invidia, ipsa potius consolatione indigere videretur. Ceterum  
insignis eius erga victos charitas cum verbis, tum rebus necessa-  
rijs, ac dulciarijs identidem submissis singulos recreantis effectus,  
ut omnes non iam in irrisulis ferricrepinis, sed fortunatis ver-  
sari sibi viderentur. Quid ego nunc dicam quam suppliciter  
Sacerdotum ad supplicium pergentium faustas appreciationes  
poposcerit? Sit sane hoc leue. At illud quam eximium, quod  
singulorum semper catenas ex ordine oscularetur, neque labio-  
rum intemperantiam in eiusmodi officijs posset moderari?  
Nec vero interim noua misericordiae exercenda cura antiquam  
pietatis studium intermittebat, sed animum orationibus ar-  
mabat aduersus omnes irruentium malorum tempestates. Per-  
stat etiamnum in praecipua vrbs Londini platea ad magnum  
vel haereticorum cordolium, vel piorum omnium gaudium Crux  
insignis, glorioso plane argumento in illis oris usum imaginum,  
quem musbei illi scilicet quinti Euangelij praecones student  
euertere, magno in omnium honore, ac veneratione exstitisse.  
Neque defuere ex illis tamen, qui demoliri eam saepe numero,  
solumque affligere sunt conati; credo ne quem latere posset,  
quod dogma profiterentur, quemue fidei suae authorem (non  
enim Christum) haberent, qui crucem tanquam sarreretur. Sed  
infandis eorum conatibus alij scilicet oblitere, non pietate  
aliqua, cuius vel ipsum nomen oderunt, permoti, sed ne vrbs  
singulari, ut ipsi interpretabantur, ornamento spoliaretur. Haec  
conspecta magnam Aloysia laetitia voluptatem animo hausit,  
palamque in omnium oculis maxima hominum frequentia  
<sup>procebat</sup> probauit ingenua, et inspectantibus Christi, crucisque aduersa-  
rijs, manus, oculosque ad caelum tendens solemni ritu diu ado-  
rauit; quippe quam velut incultum inter spinas liliun, iam pri-  
dem honore debito priuatam obortis lacrymis doleret. Et illi  
quidem maiore, atque iracundia efferati probris conuitio Papi-  
colam clamitantes; alij Gyaris, vinclisque, alij denique cruce  
ipsa, quam adorabat, gabalogue dignam identidem vociferantes  
dictis, factisque odium explebant, cum Aloysia interim insanos  
eorum.

Crucem publice in plateis  
sitam spectantibus cunctis  
prostrata adorat.

Indidetur ad Haereticos, et  
veratur.



68  
eorum clamores, irasque pro nihilo habens genibus in oratione strata  
persisteret. Manus in eam furiosior ex astantibus quidam iniecit,  
grauibusque incommodis affectit. Neque ipsa scilicet Alectoriam Mi-  
lonis gemmam adhibere opus habebat, quippeque diuina gratia,  
ac tolerantia Christiana <sup>inuictum</sup> intectum gereret pectus, Deique milites  
aduersis vulneribus egregie honorari sciret. Itaque crescente  
ab iniurijs, tantaque rerum indignitate animo non modo de consu-  
eta constantia remisit nihil, verum etiam nouas eiusmodi ludibriorum  
occasiones sectandas decreuit. Itaque circumspectis, quantum so-  
lerti pietate fieri potuit, rebus omnibus, subductis que vite rationi-  
bus sic statuit; si in eiusmodi Religionis actionibus exescentis,  
aut hæreticorum erroribus profligandis ab improbis hominibus ve-  
xari contingeret, non modo contumelijs, periculisue nullis, sed  
ne morte quidem proposita abstinere. Vite ærumnas, irrisio-  
nes, et infamiam, ingesta certatim probra, aliasque iniurias hæc  
agenti illatas numerari non decet. Vnum referatur, e quo cæ-  
tera possint intelligi. Venales de more varia in foro prostabant  
imagines (neque enim omnes e republica sua eliminandas Hære-  
tici censent) in hoc tamen uniformes, quod peræque omnes essent  
informes, et in contumeliam Religionis, Summi que Pontificis pro-  
sertim, ac Religiosorum pari turpitudine concinnata. Nam maxi-  
mum Ecclesie moderatorem interdum longis, et elatis cornibus  
ornatum; alias vero Iesuitarum, ac sacerdotum greges ore euo-  
mentem aspingere, hæc vero præcipue pictorum Anglicorum sunt  
delicia. Hi enim cancellis eorum penicillum arti definiuere  
neque aliud pingere <sup>possent</sup> ~~non~~, haud secus quam horatianus ille  
olim <sup>prætor</sup> ~~cupressum~~ <sup>in</sup> ~~Itaque~~ cum ad custodiam publicam se con-  
ferret Aloysia mercurij portici, cui burse nomen est iter fauens  
vnum ex hisce imaginum portentis <sup>icata</sup> ~~conspicua~~ est. Licitari  
inhibet, vnamque non leui pretio emptam discerpit gentis im-  
pudentiam verbis identidem insectans, et amentes etiam, non fla-  
gitiosos tantum dictitans; quos nisi scelerum furia agitarent, pu-  
doris quidem certe, siquidem nullus esset pietati locus, rationem  
habitueros esset exploratissimum. Neque enim erat obscurorum  
Religionis studium, aut eiusmodi quod vultu, aut supercilijs

Imagines quales in Angliâ  
venales prostent.

videtur.

Imaginem infamem publi-  
cè concepit Aloysia.

possent



posset dissimulari. Mirari illi, inique exardescere, alij diris incessere,  
alijs etiam è samentorum numero facetus videri velle, lectisque ana-  
lectis monere, ut illum saltem pecuniarum suarum fructum caperet.  
Quidam oppido nasutus, cæterisque paulo catior, et ipse etiam, si  
idoneos homines, satisque <sup>credulos</sup> crudelior nactus fuisset, ruper è celo de-  
lapsus Cato tertius, an Quintus, Sæberi volebat, præmissam ab  
Antichristo in Angliam clamitabat. Alius ad Religionis censo-  
res deferre; postremo non deesse, qui tormenta, mortemque mina-  
rebit. Ne plus faceret Aloysia, aut maiori cum illis contentione  
decertaret, valuit patrij idiomatis ignorantia. Cæterum si ille  
ardor hoc tempore quorundam authoritate, aut consilio repressus  
Saud fuisset, tametsi hæreticorum prauitatem recundere non po-  
tuisset; tamen in ipso congressu cum flagitijs, atque impietate con-  
fligens animam posuisset. Quare cum monerent aliqui non teme-  
re ea in publico esse agenda, quæ populi per se effrenata rabie  
ferentis iram possent prouocare, ijsque temperandum ne ad  
maiora, atque vtiliora additum sibi ipsa obstueret, libenter eorum  
sententia cesset, illumque feruorem intra prescriptam à pru-  
dentibus rationem coercuit. Hauserat enim non paruum spem  
patiendi; susceperat iter prolixum in Angliam, quam cum  
velut comunem martyrij arenam petisset, eam à suo sangui-  
ne arere, seque ad sberos præstanti illa laureâ orbatam redi-  
re miserissimam putabat. Quare quantum conuicti prudenc-  
tiâ poterat, quantum pietate contendere, tantum faciebat, ut  
efficeret, neue comitteret, ut cum omnia diuina prudentia sub-  
sidio felicissimè ex animi sententia obtigissent, ipsa <sup>tot dei domis</sup> ~~martyrio~~  
~~disignatis aut ingrata negligenter, aut feruida imprudenter martyrio~~  
depulse videretur.

Monetur, ut animi ardorem  
temperet.

## Caput 7<sup>m</sup> Litteris suis magnū Martyrij desiderium explicat

Crescebat interim constancia, animumque Aloysia ad pulcher-



69  
vimum patientiæ decus, mortemque perferendam sîngebat. nihil in ea  
abiectum, nihil enervatum, nihil infirmum præter unum naturæ sexum.  
Reliqua erant celsitudo mentis, virile robur, malorum omnium sine  
sensu propè sensus, et egregia tolerantia, non illa quidem Stoe paren-  
te, popularis aucta vili mancipio, sed gentium doctore Saula, quem  
non in Iudi alcuius umbrabili pulvere inter pueros, sed in caelo in-  
ter Angelos de contemptu acerbitatum omnium edoctum, altaque  
voce exclamantem audiebat: mihi vivere Christus est, et mori lu-  
crum. Neque verò aspidem cum cleopatra velut mortalis vitæ  
pertesa, sed Deum immenso charitatis ardore succensa querebat,  
per quem mortale illud omnibus ærumnarum contumelijs obno-  
xium ab immortalitate absorberetur. Ingens porrò martyrij de-  
siderium crebris in Angliæ sermonibus, missisque ad suos in Hi-  
spaniam haud minus frequentibus litteris significabat. Scripse-  
rat ad eam metina Campesiri sacrarum Virginum Excalceata-  
rum Antistita, quibus à D. Augustini instituto nomen est, in  
hunc modum: Quanto me sensu voluptatis affecerint tua litteræ  
facile potes vel tacente me intelligere. Non enim aut obscurū  
tibi, aut mediocre fuit meum suscepti in ignotas regiones itine-  
ris Deo commendandi studium; cupiebamque vehementer pro-  
mutua tua in me necessitudine de illius ratione certior fieri.  
Quamquam de illius euentu haud sanè multum ambigebam,  
quod eius cura, atque numini consilia tua, cogitationesque  
omnes commissas esse scirem, cuius providentiæ ad minima  
æquè, ac maxima sollicitudinem suam porrigit. Fortunam  
tamen itineris omnem, casusque tuos ad me litteris peraman-  
ter explicari, longè fuit gratissimum. Quod forte officijs  
meis, et aliquo voluntatis meæ in te proluxa merito obligit.  
Omnia enim ab ea semper in te profecta sunt, quæ ad spiri-  
tualem amicitiam tuendam pertinebant, crescitque illa, et au-  
getur ab eo indies, à quo primum est producta. Neque sanè  
tui in precibus coram illo memoriam vlla in animo meo obli-  
vius, neque pietas felicitatis tantæ invidiam potest obliterare.  
Cuius quidem adeo crimen non deprecor, ut eius causâ cresce-  
re optem potius, quo beator eiusdem esse possim rea. De me

Martyrij quanto desiderio  
flagrauerit.



sic tibi persuadeas velim, adeo voluntatis studijs à te non differre, ut si  
 audiri vota mea possent, non alium vite mea exitum esse desiderare-  
 rem. Qua quidem in re rogo, atque obtestor, ut tuas mihi pre-  
 ces deesse ne patiaris, quae profecto inanes esse nullo modo po-  
 terunt. Neque enim fas esse arbitror quidquam à Deo flagi-  
 tantes eos, qui in tantis periculis pro illius gloria propaganda  
 versantur, non continuo impetrare. <sup>Quaeque huc possum sine acerbis</sup>  
<sup>impro doloris morsu ferre, te, cui ego unum hominum in eiusmodi vita et instituta</sup>  
<sup>fuisse, si manus manum ducere tanquam tam gloriosam mihi</sup>  
 Neque ad prosequendum mihi voluntas unquam defuit;  
 sed nimirum ignavum vulgus, et imperfectionibus innumeris,  
 socordiaque confectum ad sarcinas, et inertia ministeria dam-  
 nata hic sesitamus. Magnam animo cepi voluptatem, cum  
 intelligerem iter tuum plurimis caeli, terraeque iniurijs, et incom-  
 modis fuisse infestum, multumque ad hanc laetitia accederet,  
 cum audiero tantum cruciatibus tuis accessisse, quantum nemo  
 ex illi nascentis Ecclesiae luminibus clarissimis pertulisse me-  
 moratur. Neque verò in Agnetis ferro patientiam tuam  
 stare velim, illisque flammis, quarum vim in Laurentij corpore  
 experta est, vincique posse stupuit barbara crudelitas. Cupio  
 enim te ne in ipsa quidem morte dissimilem esse ei, cuius in vita  
 similitudinem assequi studuisti imitando. Atque in hoc quid-  
 dem tibi profiteor eximium, et singularem amorem erga te  
 meum, in ijs, quae ad beatitudinem, et gloriam assequendam  
 spectant. Vale. Scriptae sunt haec cum primum nuntij de seun-  
 do illius in Angliam appulsi in Hispanias perlati sunt. Primum  
 ad eas responsum maris, aut terrae casu aliquo, aut errore inter-  
 ceptum fuit. Id adeo ex altero constat quod 12. Kalendas Ja-  
 nuarij dedit eo anno, quem festi à Christo nato 1606 notant.  
 non delectarunt me solum illae litterae <sup>totum</sup> <sup>se</sup> <sup>samo</sup>, et melle vo-  
 luptatum caelestium delibata, sed animum quoque meum suap-  
 te indole infirmum, atque languentem excitarunt, novisque  
 subsidijs ad egregiam malorum omnium tolerantiam confirma-  
 runt. Quapropter eas vel cum periculo miseris his, et luctuosis  
 temporibus sedulo servavi, illumque ex ijs semper fructum  
 capio vel maximum, quod praecclare me ad cernens dolores omnes

cupio esse comunctissima  
 disjungit a me tanta horarum  
 marisque intercapedine cum  
 abeuntis, quae animi summo opere  
 expelebam, neque manu  
 manuum in tam glorioso itinere  
 ducere, neque pedibus cele-  
 titatem assequi liceret.

Apprecationes pie in Aloysia  
 congebit.



præstanti diuini honoris studio, atque amore obarment. De me  
 sic velim existimes, mille impedimentis obseptam, vepribusque irre-  
 titam teneri, vt illa olim Abrahæ victima. Ac profecto si sacrificiis  
 illum, quem optavi semper, euentum Deus largiatur, ne quid ad  
 absolutam Abrahamatici illius similitudinem ei desit, mutum  
 erit. Quem admodum enim tempore nihil est velocius, ita nihil  
 lingua mea est tardius, quam iam pridem peregrino idiomate im-  
 buere omni studio, atque ope contendo. Sed illa elinguis perstat,  
 omnemque cogitationum mearum spem pertinaciter eludit.  
 Nequa tamen occurrant, quæ me rebus infectis hinc studijs fa-  
 sidiosè immorantem, ac prope immorientem Regni finibus ex-  
 turbent, hoc verò Deum immortalem non oro, sed flagito, atq[ue]  
 obtestor. Quamquam ego verisimile sperem magis fore, vt  
 rebus in hac perturbatione fluctuantibus in fuga, et latebris ob-  
 scure claudam dies, propterea quòd omnes Regni oras, portusq[ue] <sup>Persecutionis acerbitas</sup> quanta hoc tempore fuerit.  
 ac littora tam arcais custodijs infesta tenent prætoriani milites,  
 adeoque <sup>aditus, maris orones, armis, firmissimisque præsidijs occupatos</sup> vt vel muscus ipsis liberum ex Anglia exitum intercludere  
 velle videantur. Etenim propter infandam priuatorum aliquot,  
 decem forte, contra palatinos Principes coniurationem, adeo susq[ue],  
 deque rei catholice iactantur, nomenque illud adeo iniurum  
 est, vt nulla nox tegendis sacerdotibus satis alta esse videa-  
 tur. Per omnium fortunas, domosque nullo discrimine im-  
 mane ferrum bacchatur, neq[ue] legibus, quarum nullo iam  
 sancta est religio, sed latebrarum præsidio salutem suam  
 p[ro]p[ri]j omnes Licet oppido agrè tuentur. Rebus tam luctuosis com-  
 muni omnium oratione opus habemus, qua numinis misericor-  
 diam flectamus, tantamque ab Ecclesie ceruicibus cladem ar-  
 ceamus. Nos quidem, vt hæc ferunt tempora, præclarè actum  
 putabimus, si animum aduersus imminentes malorum procellos  
 tantisper confirmare possimus. Tanti enim hui rerum nouarū  
 motus sunt, tantisque periculis obuallata omnia, vt decreuerim  
 illico animum ad illam negotiationem conuertere, quæ me in  
 Sas oras per tot terrarum, marisque pericula deuocauit. Cam  
 quidem in omnibus me præstare meminero, tuenda vt mihi sit  
 voti Religio, constantiq[ue] litandum. Atque in eo eruditioni

habent,



iudicium disquiram sollicitè, quo pacto votis meis defungi valeam, que  
me iam pridem sanè ex umbra in pulverem vocare videntur, et expro-  
brare, quod eam vitam diutiusculè retineam, quam ferro, flammisq;  
iam olim consecraui. Et multis idiomatis patrij molestijs impeditam,  
atque incertam, illo ne, an externo res sit peragenda, maiorem in  
modum consolatur Seraphici Diui exemplum, qui Syriacum sermo-  
nem nihil moratus in ultimas Saracenorum terras profectus est.  
Neque enim fas esse putabat de eximia numinis fiducia dubitare,  
quin infantiam suam ille suppleret, qui os, ac sapientiam marty-  
ribus suis ante Regum tribunalia stantibus daturum promiserat.  
Equidem si gratum Deo, acceptumque sit meum sacrificium, en-  
culturis iugulum, dateris manus, reculeis membra: volentem rean-  
habetis hæretici, in quam ferrum veritatis. Et si hoc parum  
fortasse videatur, addite, si velitis et Crucem, ut Domini mei de-  
licias gustare possim. Sin secus illi visum fuerit, meam utique  
voluntatem diuina illius limites transilire Siquidquam patiar,  
quippe intra quos peræquè cuncta, que acciderint, accepta mihi  
esse debeant. Et fortasse inter vos hanc vitam, ubi primum acce-  
pimus, deponere identidem iubebimur. Quod vnamqueque ve-  
strum obtestor per Dei amorem, uti omni studio ab eo contenda-  
tis, ne longam mihi hanc moram esse velit, qua me desiderijs  
meis, ac conscientie Religione possim excludere. Vna est, eaq;  
molesta in hoc genere Cœhenais, lingua ignorantia, qua me  
multis incommodis retardat, aditumque ad optatam palmam  
capiendam intercludit. Plene sunt turbarum vrbes, obsepta  
periculis vniuersa, et ad hæc omnia femina, obnoxium genus,  
eaque solitaria. Et quidem si hæc opportunitas è manibus  
elabatur, fieri poterit, ut eiusmodi consequantur tempora, quibus  
omnis martyrij spes mutata in deterius regni ~~status~~ adimatur.  
Si super his primo tempore responsum dederis, per mihi gratum  
feceris. Interea Legati Hispaniensis hospitio fruor; nam ca-  
tholici omnes cum ferro, vi, minis, terrore, persecutionis obsessi  
tenerentur, nihil mihi in parietibus suis presidij esse posse  
cogitabant. Neque vero alia vsquam solitudo suscepti vite  
meæ rationibus opportuna occurrebat; præsertim cum necessarij

Abdicatio voluntatis propria



omnes nullum aliud in hac rerum conseruatione persequium patere dice-  
 rent. Et ille quidem cum animi ~~mag~~ magnitudinis singulari, tum generis  
 sui gloria, parique charitate incensus omnes officij sui partes cumulate ex-  
 pleuit, neque quidquam pretermisit, quod ad summam munificen-  
 tiam pariter, ac splendorem pertineret. Quae illius humanitas cum  
 iucundissima, et gratissima mihi in omnibus existerit, tum in hac  
 acerba fuit scilicet, et grauis, quod ei consilij mei rationes exposi-  
 ve cogerer. Quamquam uno quidem ille, atque amici omnes  
 consolabantur, fore ut nihil rumoris de ijs rebus ad domesticos,  
 aut affines in Hispaniam emanaret. Verum huius quoque  
 rei euentum e' leuissimis lingue momentis, membrique impoten-  
 ti temeritate suspensum haud satis secundum vereor. Ceteru  
 optimorum hominum, meique amantissimorum voluntati, et vero  
 necessitati parendum fuit. Noli enim existimare tam iucun-  
 das mihi esse latebras, et solitudinem, quibus ut iam cogor, ut  
 non in lucem Angliae, et persecutorum conspectum prodire ma-  
 lim. Quare et si ingentis rei desiderio animum angere fatendu  
 est, eum tamen illo dolore, qui me maxime <sup>ob</sup> negatam patien-  
 di occasionem excruciat, diuinae voluntatis assidua meditatio  
 liberauit. Quae dum impleatur, recidant sane in nihilum Diuinae voluntatis implen-  
 mea contentiones, et quidquid animo conceptum ante fuit. <sup>de studio.</sup>

Has litteras <sup>cupio ut</sup> ~~accipias~~ quamprimum <sup>concepas</sup> ~~accipias~~; <sup>leis que publicam geram,</sup> ~~parebit me erim loqui~~  
<sup>ac lucem beneficium omnino intercludas,</sup> ~~praece me enim loquitur~~  
<sup>non</sup> isto modo nemo. Silere mihi porro omni tempore est pro-  
 positum, Deum identidem obtestanti, ut omnem in abij tacitur-  
 nitatis culpam, quam ego praestare non possum, suo rumine sup-  
 plect. Vxor consuetudine duarum praecipua pietate, et mode-  
 stia Virginum Anglicarum; neque tamen adeo Matritum Ma-  
 triti reliqui, ut non infixam in animo meo Religiosarum familia-  
 rum memoria insideat. Agnes vero quoties mihi in mente,  
 quam interdum ad praesentis fortunae solatium, opemque re-  
 quiro. Ceterum ex re eius haud obscure fuisse video, ut se-  
 cura in portu extra tempestatis metum sederet, et ab alto in-  
 festas persecutionum undas, fluctusque spectaret. Valetudo  
 ea est, quae in Hispanijs; nisi quod multum de Cardiaci mali  
 acerbitate detractum est. Quod mihi eo magis mirum videtur,

quo



quo plura incidunt indies, quae vel valentissimum pectus, nullique acerbitati obnoxium possint labefactare. Sed ad antiquum proverbium venit haec lues, clauoque clauum sellente, altera calamitas alterius sensum obliterat. Neque vero ullis praemijs adiuuata patriae fines, et affines reliqui, aut quidquam est magnopere expetendum, quod me in hoc regno detineat, praeter cerumnas, vnicumque diuinae voluntatis perficienda desiderium. Ea est enim hic reipublicae perturbatio, ut suae quemque vitae maxime tadeat, nemoque sit, qui non in desertis Cyclopum oris, quam hic inter suos tutiorem esse sedem arbitretur. Ut si preces communes in tantis periculis implorem, iniuriam forte pietati velbe facere videar, quae vltro in necessitatibus se solet offerre. Vale.

Preces pro Regni salute  
susceptae.

Huius autem mali a miserrimo regno auerruncandi gratia supplicationes sunt indictae, precesque magna ab omnibus religione nuncupatae. Insignem harum pietatem fecit sequentium ex eodem instituto Virginum ardor tantus, ut pro eiusdem regni salute perpetuas sibi vltro preces indixerint, suumque institutum Vallisletii constanter sodie retineant.

## Caput 8.<sup>m</sup> Magnis obiectis difficultatibus propositum in Angliā manendi confirmat.

Ubi in Hispania certis rumoribus percrebuit eam in Angliā versari, alium ut solet periculi miseratio, alium maestitia, omnes pariter virtutis cepit admiratio. Ferebatur quippe eodem tempore Regni statum grauisimis motibus labefactari, cuncta sursum, deorsum volui, pestem vniuerso nomini catholico haud incertam imminere. Itaque trepido eiusmodi malorum nuntio exciti, grauisimis rationibus communi eam consilio reuocare.



care statuunt; docent vanum esse diutius in illis oris versari, in quibus ni-  
 sil sit præter scelerum omnium colluuiem, longamque calamitosissi-  
 mi temporis propagationem. Alius quidam <sup>in Pleumosys eam</sup> ~~in Flandria~~ crebris litte-  
 ris, ipsque nequid authoritatis deesset, Serenissime Isabella, sub cuius  
 obsequio olim in Hispanijs educata fuerat, nomine conscriptis euo-  
 cabat. Metuendum quippe, <sup>esse,</sup> ne volitante passim ferro in charum si-  
 bi caput nullo cædis discrimine calida Anglorum rabies descendi-  
 ret, fœdusque pacis dulcissimum, et pactam cum Belgis tran-  
 quillitatem vislaret. Neque enim se commissuram, ut impune  
 Hæresis illius sanguine ferrum aspergeret, cuius innocentiam, et  
 reliqua virtutis, ac fortunæ ornamenta comperta haberet.

Ex Angliâ mulcorum litte-  
 ris, ac precibus euocatur.

Quare quamprimum vela in Flandriam verteret, neue permitte-  
 ret, ut nimia illa animi pericula omnia contemnentis altitudi-  
 ne suam, et suorum salutem in discrimen adduceret. Melio-  
 ri cælo, quàm illi tot errorum, ac impietatum vaporibus obducto  
 spiritum debere mallet; aut ad ea saltem seruaret obsequia  
 pietatis, quæ ut periculi minus, ita gloriæ fortasse plus essent  
 sabitura. Infestabant hæc Aloysiæ animum eò vehementius,  
 quo maiorem authoritatem, aut rationis pondus præferabant.  
 Sed nimirum ut sibi ipsa semper fuit similis, ita multum Man-  
 drabulo illi antiquo dissimilis; qui cum singularis sortis bene-  
 ficio vsus thesaurum ingentem inuenisset, quot annis auream  
 Deo ouem vouit; et cum primo quidem anno votis stetit, at-

Votum margrij renouat.

tero argenteam, tertio demum æream obtulit. Prima enim  
 charitas illa aurea, quam in Angliam tulerat, ut splendorem  
 suum eundem semper seruaret, assidua voti renouatione proui-  
 dit sedulo. Sed molesta ei erat in hoc genere amicorum pie-  
 tas Ecclesie gloriam, ac utilitatem maiorem dictis suis obten-  
 dentium, et quæ precibus, quæ imperio ab instituto auocantium.

Jam vero cum Dei voluntas haud satis liquido explorata illi  
 esset, tum hoc erat acerbissimum, quod nemo esset, qui in hac  
 caligine, et tenebris lucis aliquid afferret; nisi quod Antistes,  
 apud quem omnes vitæ noxas deponere solebat, appetente vere  
 in patriam remeandum iudicaret, quod nulla rei perficiendæ  
 spes in illa luctuosissimi temporis acerbitate diuinitus affulgere

Consiho destituta, quid egerit.



Resignatio voluntatis.

videretur. Aloysia quidem laud satis erat sanguinem Deo, vitamque offerre, et projicere, quod momento perdi potest, quodque innumeris miseris propositum ut ferrum desit, vnius febricula insultu saepe profligari solet. Facere id, et alij multi sine virtute possunt, et vero fecere plurimi, quos vel rerum mortalium, vel lucis huius aerumnose tedium inuasit. Ad altius illa perfectionis fastigium erexit animum, in hoc uno beatae vitae cardinem verti ratum, si eum ad Dei nutum conformaret. Etenim si hunc exitum suscepti itineris Deus esse vellet, ut relictam martyrij palma retro in Hispanias cursum venteret, cur non letaretur acquisita voluntatis a se habitam esse rationem, et velut ingenti triumpho partem exultaret? Ergo animum Deo obtulit in utrumque paribus momenti proclinatorum, gratissimum illi ex omnibus votum, omniaque pietatis subsidia aduocavit, quibus quidem caeleste numen propitiari, eiusque voluntatem posset elicere. In quibus hoc illi haud leue divinae voluntatis fuit argumentum, quod animum semper voluptate plenum, et recenti desiderio confirmatum ab oratione referret, magnaue caelestis auxiliij spes ad omnia fortiter perferenda oriretur. Sedatis porro Regni tumultibus non exiguus se campus aperiebat ad multorum animos a patrij erroribus euocandos, in quo sua quoque charitati femineae excurrere gestienti pateret orbita. Omnia summa pietate, et consilio virorum cum eruditione, tum sanctitate pollentium acta, caelestis, ut solet gratia, secuta est; et tam certa diuinae prouidentiae pignora obiecit animo, ut vel aperti discriminis metu vela vertere nefas esse duceret. Itaque qui eam aut seua malorum denuntiatione, aut auctoritate sua a sententia transversam deflectere nitebantur, nihil aliud audiebant, quam illud Apostoli lectissimi; vincam se non spiritu dumtaxat, sed voto quoque in Anglia detineri, quae in ea ventura sunt sibi ignorantem, nisi quod Spiritus Sanctus per omnia protestaretur vincula, et tribulationes manere. Desinerent tormentis terrere eam, quae mortem quoque in votis haberet. Quod si tantum honore minima digna esset, et optatissimum martyrij deus amittendum foret, constantiam animi certe, desideriumque,

quod



quod semper Sabuisse, hæc ut perderet, nullo unquam tempore commis-  
suram. Enim verò quod acerbitatum partem à diuinis consolationibus,  
partem à Christi cruce, et salutafera perpeffione absorberi intellige-  
ret, minimum omnino patientiæ suæ ad perferendum esse relictam.

An verò huius lucis vturam in tanto diuina gloria augmento, tan-  
toque Religionis catholica honore tam pertinaciter putarent reti-  
nendam? Cuius enim consilij esset, in illis præsertim sponfionibus,

quibus teneretur, vitam morbis potius, atque ignaua senectuti re-  
seruare, quam Deo, à quo eam accèpisset, reddere? <sup>eumque perspicuum sit humana ualeat-</sup>

beneuolentia, et precibus ad contentiones conuersis, salutem suam <sup>dimis imbecillitatem in hæ-</sup>  
canibus obijcere in apertum discrimen grauibus verbis dictitabant. <sup>rarum misera uarietate omni-</sup>

Quibus illa, nulli se, caputque suum tutius committere potuisse <sup>tus agitudinis telis esse,</sup>  
quàm illi, qui uiuificat, et reducit à mortuis, eiusque presidio mu- <sup>propositam aliquanto sanc-</sup>  
nitam nihil pertimescere aiebat. Et verò in pelago hæud paulo <sup>consultius uideri illis potis-</sup>

securiore nauigare, quàm Leandri illud olim fuit, in quo seruati <sup>simum periculis obijcere, que-</sup>  
ti feruntur, qui submergerentur. Postremo curiculis per optimū <sup>rum mortem gloriosissime</sup>  
quemque consilium eius oppugnare diabolus; insolitum facinus su- <sup>superant, tum beatissimam</sup>  
gillare verbis, insonis nomen passim apud catholicos traducere, <sup>pariant immortalitatem.</sup>

proxijs ut intra domus septa anno se toto continere coacta fuerit,  
ne humanam sapientiam Dei stultitia irritaret. Neque enim

hoc ceuum tam sanctum fuit, ut in eo desierit uirtuti vitium,  
uacordia sapientiæ obrectare. Interea illa omnes machinatio-  
nes contemnens, omne theatrum superante animi testimonio in-

festos maledicorum impetus, totamque calumniarum procellam  
inuieta constantia sustinebat. Nimirum obfesso nubibus celo

velatur solis lumen, non uidatur, breuique Aloysia immiffas  
in suum nomen contumelias illulbris patientiæ sidere dissipauit.

Porro qui facinus illud ducti opinione vulgi aut temerarium, aut  
à Virginis modelia alienum putabant, ij erant ex eorum nu-

mero, qui aut diuina humano iudicio libant, aut Venusini Vatis  
cera cerite sunt dignissimi. Nam fuit Aloysia uim prudentiæ

excellens in primis, tum pietate, et constantia præstantissima, ut  
neque temeritatis labem ei ullam iure quisquam posset imper-

gere, neque animos sibi unquam deesse pateretur. Et verò ma-  
ius aliquid in hoc negotio complexa est, plusque etiam multo

vidit

vidit

vidit

vidit

*et humana ualeat-  
dimis imbecillitatem in hæ-  
rarum misera uarietate omni-  
tus agitudinis telis esse,  
propositam aliquanto sanc-  
consultius uideri illis potis-  
simum periculis obijcere, que-  
rum mortem gloriosissime  
superant, tum beatissimam  
pariant immortalitatem.*

*Graves obrectationes patitur.*



vidit diuina prouidentia, quam quantum vulgi acies, quae in rebus caelestibus plerumque caligare consuevit, posset intueri. Neque Aloysia quidem ipsa in alta diuinorum consiliorum <sup>caligine</sup> ~~caligine~~ claram sibi lucem dispicere potuit, ut licet certissimum esset, magnopere ad Dei gloriam pertinere, Angliam ne excederet, hoc tamen minimè constaret, ad mortem, et cruciatum, quorum gratia ab oceano, occiduisque terris aduolarat, an ad aliud quidpiam vocaret. Quod sollicitam subinde, maestamque habebat, adeoque angebat, ut hoc animi sui propositum filium doloris appellare sderet, diceretque identidem ea se diuina benignitatis fiducia ruti, ut ille crescentibus annis filius dextera euaderet. Itaque his conatibus, totque, <sup>ac</sup> ~~est~~ tam varijs rationum machinis admotis viri Principes suscepta consilia in vnius Dei voluntate fundata labefactari posse, <sup>stulte</sup> sperabant, neque meminuerant arborem eo altius radices agere, quo vehementius ventorum flatibus agitatur. Porro stabilitis rebus, votoque renovato deserendam sibi nulla mora interposita legati domum pertrauit, alteramque corrogata ad id à benignioribus eleemosynâ conducendam. In priuatos autem lares commigrandum ei fuit, quod catholicorum nemo eam in societatem tecti vellet admittere. Et grauisissimis quidem rationibus fecisse id videri possunt illi, cum in propinquum iam discrimen adducta res esset, fugamque omnes capeferent, ut bacchanti in dies seuius persecutioni caput, fortunasque subduerent. Ut minimè mirandum videri debeat, quod alienam salutem metu, aut dolore animi impediti neglexerint, qui suam tegere saud potuere. Carebat ergo ijs omnibus Aloysia, quae ad fouendas natura vires sunt necessariae, at non carebat alimentis <sup>Eucharistiae</sup> caelestibus, quorum ei copiam quotidianam diuina bonitas indulgebat. Itaque cum vniuersa <sup>eaque omnia, quae pectus ad</sup> ~~luctuosos~~ temporibus deessent, <sup>diuini munim' inuocam' effordiatum, desiderare potest</sup> laetitia tamen <sup>haud unquam deerant.</sup> ~~non~~ Domi quippe nascebatur quidquid animum vera a maenitate, gaudijque poterat recreare. Et his quidem supra votis affluentibus, facile reliquas sibi voluptates deesse patiebatur. <sup>Itaque si ampla sunt, quibus ampliora</sup> ~~haud expetuntur amplissimis opibus in summa egestate fruebatur.~~ <sup>In quo magnopere eam</sup> diuina prouidentiae suauitas afficiebat, quam in omni quidem vita mirabilem; at modo in tanta euentuum varietate eandem semper incredibilem cum fiducia in dies perspiciebat, <sup>ac</sup> ~~et~~ uitaeque suae rationibus, ac quieti mentis tuenda intentissimum. neque enim ulla in hac rerum vertigine tanta esse poterat fortuna acerbioris, cuius non uberissimam, <sup>compensatio</sup> ~~compensatio~~ ac praesentissimam in hisce mysterijs cum maestitia consolationem, tum dispendio compensationem semper reperiret.

Iter in Angliam susceptum,  
et propositum inibi manendi  
filium doloris appellat.



74  
Caput 9<sup>m</sup> Hæreticorum calumnias,

○ & mendacia detegit. ○

Fuit eius opera salutaria Angliæ, neque sceleratis omnibus grauior, quam bonis inuandior, quos deformare funestis conuictijs, et perduellionum suspicionibus aspergere præcipiti furore nitentibus hæretici. Nam illis Boreæ filijs, quibus in reipublica, mundique ades vniuersi inquiete quies, ac salus sita est, iam pridem Regni malicia, rerumque tranquillitas displicebat. Itaque inuidia, atque odio inflati, malignique quod adhuc spirarent Catholici, reliquamque obrestis ferro, et persecutione faucibus animam ducerent, illo pectore furiarum omnium titionibus succento calumnias despumarunt, quas omnibus ad certum exitum, pestemque allinerent. Omnino hoc fuit singulare, ut qua res aditum Aloysiæ ad patientiæ palmam aperuisset, ea omnem eius spem, ac cogitationes nouis <sup>laboribus</sup> ~~causis~~ distingeret, ut non tam mors illi a Deo negata, quam donata multis in veperetis hæreses hærentibus, et afflictis Catholicis vita esse videretur. Et hæretici quidem omnem mouebant lapidem, Catholici omnes vnius conu-  
ut omnibus populis cum teterrima Ecclesiæ nota persuaderent, rationis, ac prodicionis in sinu-  
vnius conuirationis paucorum audacia conflata Iesuitas im-  
primis, ac reliquos deinde Catholicos fuisse affines. In quo singularis enituit symmystarum industria facti inuidiam in optimum quemque auertentium, et communi omnium scelere, ac prodicione maiestatem violatam quiritantium. Ad hæc nefarij auita religionis desertores, quorum mentes sacrilegijs, et turpitudine oppleta nomen ipsum fidei, et splendorem dogmatis illis nocturnis oculis sustinere non poterant, cum præcipua inter eos authoritate, ac dignitate eminent, furiosa plebi faces ad exsundendam tam secunda occasione Religionem subijcebant. Ergo illi partim rapinarum spe, partim amentia afflato, immanium criminum suspensiones innocentibus infligebant, quod sperarent cum Medio illo vetere in tanta præsertim perturbatione, presentis flagitij labem omnium, quos eiusmodi



eiusmodi probris deformauerant, nomini adhesuram. Itaque quisquis catholicus occurrebat, ab illo petrum insidijs. Regem clamabant, et illius, omniumque una occisione communi dolori parentandum aiebant. Catholicos furias, et pestes patrie, Regum exitia, Rei-publicae vastitates, communis quietis turbines, et tempestates confusis vocibus appellabant. Sollicitabatur Rex quotidiano suorum conuitio, ut inuisum dogma excinderet, gentisque superstitiosa, ac perduellis conatus, et scelera in perpetuum compesceret. Huic rei, quod se offerebat crimen post Cumenidum memoriam inauditum, id verò non esse negligendum, sed acriter vindicandum, adeoque ultionis aram cum Tiberio quamprimum esse erigendam. Quo enim animo illum ferre oportere regni salutem fœdissimis insidijs appetitam? Quos paratos omnes, seque ipsum adeo à fenestris proditoribus ad exitium esse vocatum? Quosque super esse sigillatæ maiestatis reos pateretur, eorumque amentiam indigna impunitate auctam in suum caput armarerit? Antiquam iustitiæ gloriam ab Elizabetha relictam iam propè inter mortuam, ac consequltam noua omnium strage, cœdibusque <sup>meritis</sup> <sup>mis</sup> - excitaret. Hæc cum Regis animum iniuriæ memoria exultatum facile à mitioribus consilijs auscarent, accedebant alia insuper, quæ flagrantem per se iram, magis, magisque accenderent. Itaque sæua illa, atroxque in Christi cultores procella crescebat indies increbescens teterrimarum suspicionum fluctibus, cum ea quisque fingeret, quæ, si metempsychosis valuisset, et eorum Pater Calvinus <sup>de orco</sup> reuixisset, dicere vix fuisset ausus. Quam ob rem raptabantur in iudicium alij, alij confirmando rumori tormentis subdebantur, alij nouissimis supplicij necabantur. Omnes in innocentium corporibus cruciandis pœnæ consumebantur, prorsus ut iam Platonius aliquis, si ulterius seuire vellent, Thebis excitandus esset, qui illud crudelitatis amphitheatrum nouo malorum apparatu instrueret. Intelligebat Aloyria eximio diuini honoris celo prædita, quantum ea res momenti afferret, ad Somnium mentes Religionis odio imbuentes <sup>das</sup>, si paucorum crimen omnibus impune impingerent, fœdæque metamorphosi è Cynis coruos, ex ouibus hædos facerent.

Itaque



115

Itaque cum omninam pellem tegenda priorum innocentie sufficere haud-  
quaquam videret, Leoninam asuendam esse putavit, sanctiore utiq;  
consilio, quam Lysander olim, fortisque, et excelsa animo infau-  
stas hereticorum calumnias, fraudesque in lucem efferre decre-  
vit. Erat illa lingua potens, intrepida eloquio, ratione temerita-  
tem, metum constantia reprimente. Patiendi spe exclusa  
placclaram fidei, gloriaeque diuinae, ad quam omnem actionum  
suarum cursum semper dirigebat, tuenda occasionem aliud agen-  
ti oblatam haud minore animi pietate, quam auaritate arripuit.  
Multis falsis criminibus inultis infames in vinculis erant; reli-  
qui ad interitum querebantur. Virtutis declarande causa  
Aloysia ex utraque re opportuna exstitit, cogitanti iam loquen-  
di tempus venisse, quoniam illud tacendi, quod magno haute-  
nus studio obseruarat, mutata verum ratione transisset. Pro  
Christo vel multos olim, atque infantes fari potuisse, cui cum  
hactenus silentium debuisset, eidem porro debere, ut in praesens  
loqueretur. Quocirca ergastula adit, infandi sceleris calum-  
nijs tam miris, quam meris aspersos consolatur, reque omni  
fideliter indagata, ac perspecta hereticorum technas mistis  
vltro, citroque litteris detegit, seque pro veritate perditoru  
hominum sceleri, conuictijsque opponit. Et subdebant illi  
quidem tormentis innocentiae reos, crimenque maiestatis cir-  
cumferabant, pari tum contra manifestam veritatem impu-  
dentiae miraculo, tum contra existimationem suam amentiae  
argumentis, quam ipsi prostituunt lubenter, dum Catholicorum  
dignitatem sugillant. Caeterum diuina ope implorata illo-  
rum cum corpus a tormentis non posset, nomen certe a calum-  
nijs Aloysia vindicabat. Effrenatam cacodaemonis, et ha-  
reticorum aduersus insontes rabiem non alia res compressit  
magis, quam illius tanta dicendi, ac scribendi libertas. Haec  
vna pro tribus Artaxerxis clavis valuit, linguaeque men-  
dacis procacitatem in sanguine, ac caedibus martyrum exul-  
tantem defixit. Neque nullum ipsa, dum a reliquorum  
capitibus cladem auerit, periculum incurrit. Haec enim  
voces deprehensis hereticis, ac legatis praesertim quibusdam

Aloysia hereticorum dolos  
detegit, catholicisque calum-  
nijs, et suspitionibus liberat.



non poterant non esse acerbissima, cum ea, quae fraudulentè excogita-  
rant, vulgari, palamque conatus suos unius industria, ac studio  
subverti cernerent. Itaque ardentes iracundia, eamque haud æquis  
oculis intuentes ad exitum designabant, frangendam illius auda-  
ciam, tormentisque comprimendam dictitantes. At illa memor  
simplicitatem Christianam in hoc dumtaxat peccare interdum,  
quod nihil peccaret, causa est etiam animosius eorum furori, fla-  
gitijque oblectari, suaque constantia imprudentissimas eorum  
necias propulsare, rata haud minus periculum esse semper  
tacere, quam nuncquam. Nimirum heretici linguam ei fa-  
cilius, quam pro Christo loquendi libertatem euellere poterant,  
quam ipsam quoque si excidissent, ex eodem genere, ac fami-  
lia, erat enimvero, in qua elinguatim ab Arrianis Typa-  
sensibus incolae uniuersi, pro veritatis gloria non miraculo,  
quam facundia maiore sunt locuti. Et dextra quoque  
nihilò segnius inceptum suum tenuit, idque effecit scriben-  
dis sedulo diuersas in oras cum fide rebus, ut tam insignem ani-  
mi constantiam non vererentur magis, quam reuererentur,  
pestemque non dubiam Aloxia capiti minarentur; iamque  
à catholicis nonnullis aut ex Anglia ableganda, aut illa dicen-  
di licentia moderanda videretur. Nimirum aut abesse Aloy-  
sia debebat, aut adesse veritas, eoque iam res perducta erat,  
ut aut illi loquendo veritas, aut illa veritati tacendo iniu-  
riam crearet. Itaque cessere illi tormenta, quam ad om-  
nes acerbitate, perferendas tam constantem, ac paratam  
videbant. Neque quisquam fuit, quin apertè diceret diui-  
no proxi consilio, nutuque aduentum illius in maxima  
regni discrimina, motusque incidisse; non solum uti victrix  
beata, sed etiam ut, si ita accidisset, victa in beatarum  
martyrum numero censeretur. Cæterum prudentia sua,  
ac sagacitate non modo hostium eludit cycophantias, Astructag-  
no capiti insidias, sed etiam imminens à litteris periculum  
propulsauit. Nequid enim offensionis quisquam incurre-  
ret, omni ope, ac precibus contendit, ut ea quamprimum  
in spongiam incumbere, et ne in lucem venientes exhibi-



causa esse possent, ab amicis aut concepti, aut pruna, cineribusque obrui imperavit. Neque minimum hoc adminiculis erecta fuit res catholica, et eodem postmodum nixa stetit ab hæreticorum blateramentis, calumniisque vindicata. Quæ quidem res non minori pios omnes securitate, quam libenter affectu, Veritatis vindicem, et salutis communis propugnaculum indutis lætitia vocabulis certatim appellantes. Alter ille maledicentissimorum hominum grex testaceum Hannibalis commentum, illasque belli Pontici capedunculas veneno imbutas frustra esse sensit ad labefactandam Christi Ecclesiam, quæ toties huiusmodi insidijs tentata fama haud <sup>paulo</sup> plus, quam infamiae à calumnijs semper retulisset. ~

## Caput 10<sup>m</sup>. Legati domum ○ relinquit ○

**L**ego omnibus ex animi sententia peractis voti compos, postquam in privatum iam domicilium recipere sese statuerat, neque pericula mente oblucebat, neque tumultuum tempestatem, neque minitantes acerbe hostes, omniumq; intenta in se tela metuebat; sed externas vires, oppemq; contemnens satis in virtute, atq; animi sui innocentia presidij <sup>in esse</sup> ducebat. Quod unum supererat, Legato gratijs ritè pro beneficentia persolutis, vale dicendum erat. Et ipsa quidem perpetua sibi gratitudinis catenas cum summa charitate iniectas fatebatur, quibus ut teneretur maxime, anhelabat tamen ad illas Anglicorum lictorum ferreas, quibus se iam pridem in Domino vincendam obtulerat. Cum illis suas illas aureæ charitatis dulcissimas, et permutari bona sua pace Marchio pateretur, impense rogabat. At Legatus, ut illi neque consilijs, neque beneficijs unquam defuerat, ita omnibus amicitiae officijs diligenter observatis ne hoc quidem pratermittendum esse duxit, uti eam hortaretur, atque oraret, rationem temporum haberet, meminissetque multis nimiam saepe pietatem obfuisse. Idem egere <sup>fieryque posse, ut aucta religione in summis periculis, quod vox ab insensibilis persecutione immineret, se nonneque catholicum universum deuoicaret.</sup> omnes, eamque habitationem quietis, ac securitatis esse plenissimam



nissimam dicebant, et sub legati tutela rite, ac beate vivere posse asse-  
 rebant; ignari utique, qualem ei animum, quamque erectum  
 ad res diuinas finxisset virtus, quarentem non ubi turbissime vi-  
 ueret, sed ubi religiosissime Deo, sibi que vacaret. Adijciebant  
 illi preces, huius minas postulans identidem, atque expostulans haud  
 paulo quam ille in Synephebis vehementius. Postremo cum  
 nulla vi animi sententiam labefactari cerneret veteris ami-  
 citiae testeram illi remittere statuit, verbisque minacibus de-  
 terrendam ratus, non ira magis, quam charitate simulante e-  
 dicit se, si pedem efferre porro perseveret, adibus suis in per-  
 pecuum, vestibuloque ipso prohibitorium, neque ad rem diuinam  
 percipiendam admissurum. Ad haec non commissurum ut e-  
 suis quisquam eius consuetudine uteretur, quando ratio politi-  
 ca sic iuberet, ut diuam planctu, malis que personarent omnia,  
 tempori cederet, ne nouituro mox feruore se, atque Ecclesiam  
 ipsam summis periculis implicaret. Neque his quidem omni-  
 bus mouebatur illa, sed exclusa lactea domus penatibus sciebat  
 sibi lacteam illam, <sup>cali</sup> patere, cuius tecto vniuersum omne, <sup>mundusque</sup> continetur.  
 Certum interim, ac deliberatum erat Deum vocantem  
 sequi, nullamque mortalium omnium rationem ducere. Reli-  
 qua erat illa difficultas, ut de domo sibi prouideret, eamque  
 necessarijs rebus instrueret, ad qua haud satis praesidij inopi-  
 bus suis habebat. Cas porro vniuersas in diuina fiducia re-  
 posuerat, qua vna abunde se diuitem rata, gaudebat tempus  
 oblatum, quo se paupertati approbaret, factisque declararet,  
 quanto eius amore teneretur. Id vnum magnopere solli-  
 citam habebat, nequid contubernalicus suis deesset, quarum  
 virtutem, fidemque pro pari earum in se studio magni faue-  
 bat. At ille Aloyriam hac cura vacuam esse iubebant, sibi que  
 identidem fixum esse dicebant, eam vel ad cliuum Aricinum  
 sequi, <sup>neque in ulla fortuna acerbitate</sup> ~~neque in ulla fortuna acerbitate~~ <sup>neque in ulla fortuna acerbitate</sup> ~~neque in ulla fortuna acerbitate~~  
 quid, ac societate <sup>regessuras</sup> ~~recessuras~~ <sup>quando pro religionis dignitate</sup> cui iam  
<sup>spidem corporis, atque animos deuouissent, nullum laborem usaque periculum</sup> ~~subire recusarent.~~ Itaque cum eam le-  
 gitur <sup>subire recusarent.</sup> ~~subire recusarent.~~ <sup>subire recusarent.</sup> ~~subire recusarent.~~  
 tra omnem vim, precesque animo esse cerneret; tum  
 demum pristinae humanitatis studia erga eam declarare  
 institit, spondens daturum se operam, uti intelligeret nihil sibi illius amici-  
 tiam <sup>restituere</sup> ~~restituere~~ <sup>restituere</sup> ~~restituere~~

Nullis legati, aut amicorum  
 precibus mouetur.

+



tia esse - antiquius nihilque speciosius quam cum perpetuis benevolentia  
study's excolere, et addens se superiora beneficia, qua fuissent ipsius meritis, et  
vero sua voluntate minora, novis muneribus amplificare ~~notte~~.

Illas autem minas, et verborum acerbitatem amico ita remitteret, ut  
sciret sibi nihil eius consuetudine fuisse charius, cui retinenda  
omnes machinas adhibendas putasset. Neque enim dimittere  
quantumcumque obstantem potuisse, ne ipse potissimum tot eam, tan-  
tisque periculis obesse videretur, quot, quataque ex longis rerum  
vitiis imminere intelligeret. Ctenim quando ad <sup>ampliore, ac</sup> ~~fortissimum~~ <sup>certiorem</sup> gerendum rerum gloriam minime quodam dei que monitu  
~~agere~~ videatur, et deliberatum sit sedem mutare, sibi ~~quod~~

Legati erga Aloysiam benevolentia, et liberalitas.

sane

haud minus certum esse animum in eam suum nunquam mutare,  
utque tecto disjungi diversa instituti ratio cogat, voluntate tamen  
coniunctissimum futurum. Quo circa extemplo suis imperavit, ut  
supellectilem omnem, qua apud se visa fuisset, ad aedes conductas  
deferrent, et si quid aliud deesset, id suis sumptibus curarent.  
Ad haec aliquot auri libras uni e familiaribus dedit procepto  
addito, uti sollicitè provideret, ne quid Aloysia deesset, idque  
confestim significaret. Simul explorato conductae sedis pre-  
tio, nomen eius submisso munificè ex e. cuiusque mensis ineuntis  
auspicijs expunxit. Et quia vilem ei valetudinem, minimatq;  
corporis curam esse sciebat, eam sibi subeundam ratus, feru-  
lum indies non lautitia, quam benevolentia maiore conditum  
quotidie ad eius aedes deferri curavit. Ceterum etsi illius  
imperio benignè cuncta, ac prodixè suppeterent, versato ta-  
men in omnes partes animo statuit <sup>missus illos, Legati</sup> ~~totum imperium~~ quammo-  
delibissime <sup>missos facere</sup> ~~recomendat~~, vicique tenui temperantia licuit,  
ut unquam ferret corporis aegritudo, potiore salutis, quam sani-  
tatis rationem in omni vita habendam esse iudicans. Quod  
quidem institutum adeo constanter retinuit, nemo ut esset,  
qui eam ab abstinentia studio posset abduere. Interim  
aliud eius loco e legati aedibus, quoniam aliunde non pote-  
rat, longe iucundius Eucharistia ferulum petijt, quod ut  
faceret, quotidie se cum suis eo reuiebat, neque ante  
adultum meridiem domum se referebat. Et tum quoque  
frigeat culina, neque in tanta frugalitate, ciboque perse-  
parato coquus, aut primum elementum habebat magnopere

quod



quod ageret. Sed nimirum calebat animus conceptis ex meditationibus ardore, neque illa necessaria erant diuinis cibis vescenti, quos diuina pietas affluentibus celestium consolationum delicijs suggererat. Quibus ut fruere tur, abdicatis iam in omne tempus vite lautioris illecebris nullum condimentum, nihilue saporis gratum unquam edulij misceri passa est, ne palatum sacris voluptatibus imbutum viliorum epularum gustu inficeret. Id vero solemnne illi in omni vita fuit, pique instituti tenax inuipidis fere defungens cibis naturæ desideria castigabat verius, quam satiabat. Ceterum ex illa legati munificentia, et benignitate illum vel maximum capiebat fructum, non modo ut gratam aduersus illum mentem ostenderet, sed longè magis ut diuinam extolleret bonitatem, cuius hæc certissima suorum prouidentia pignora amplectebatur. Crebris quippe sermonibus solebat memorare, videri sibi aliquando Deum antiquam illam suam liberalitatem reuocasse, qua populo Israelitico solutis ordinibus per vastas solitudines palanti benignos ambrosia imbres e caelo fuditset. Mirabatur etiam per sæpe, quid esset, quod in alieno solo, quod vnius rerum omnium despicientia, lethique querendi grata adisset, a necessarijs omnibus, deserta tantis tamen commodis abundaret, quibus ipsa sibi pulchrè locuples, atque ipsi etiam dardis videbatur beator. Sed nimirum promissam sibi Deus cuncta pro nominis sui gloria deuouentibus centupli pensionem diu debere pro egregia sua liberalitate non poterat.

Insignem Dei in se bonitatem,  
ac prouidentiam extollit.

## Caput. 11.<sup>m</sup> ab oratione ad salutem animarum cu-

randam se conuertit

Itaque angustæ domus inclusa septis latebat hominum congressus, sermonesque deuotans, et sublata omnibus ad eundem se, conueniendique facultate dulcissimis Christi colloquijs perfuens in eas cogitationes incumbere, quæ et tantis infelicium temporis calamitatibus, et Chriane perfectionis ornamentis erant.

Orationis assiduitas.



*Aligustimo*  
*exp...*

Quorum fructus non in praesens tantum eximia animum voluptate perfudit, sed etiam uberrimis gratijs implevit, quas in reliquos omnes pari benignitate paulo post effunderet. Porro locus quieti, atque orationi omnino erat incommodus, multisque distractionum iniurijs obnoxius, quae cuiusvis animum facile perturbare potuissent, nisi Aloyria Aleyoria sua, et innatam conscientiae tranquillitatem in medijs oblique procellis, strepituque circumferre esset solita. Ctenim is hominibus circumseptus erat domus, qui non modo à catholicorum cœtu, sed natura quoque decreto à Minerva quinquatribus arcendi erant, et ad Dianam Lauricam cum Oreste deportandi. Horum insanis clamoribus, cum vel antelucanis vigilijs exercerentur, aut laeta, consuetisque, *et cum multis perturbatur.* comessationibus baccharentur, omnia personabant. Traues in reliquis erant vicini, et perquam acerbi. Incertum de quo genere Philosophoru illi fuerint, qui certi nihil in fide habebant. Nisi quod illos ob insanas pergracationes Epicuri de grege porcos bonus ille vates suspicari potuisset. Certè de Pythagoræ schola non erant, idque, ne quisquam ambigeret, sextis praesertim hebdomada ferijs Saud obscuris argumentis demonstrare consueverant. Quippe cum alias semper Gula, et patellarijs diuis nuperi scilicet Christiani omni genere obsoniorum liberaliter omni die licarent, tum <sup>nefastis</sup> ~~sanctis~~ <sup>contra maiorum instituta</sup> praecipue quo abstinentiam suis indicit Ecclesia, carnes adhibebant. Et quamvis leges Regiae, quae sola diuinis exclusis egregie, et sine consorte dominantur, tres etiam hebdomada dies carnitum abstinentiam damnent, maioremque aliquanto à suis, quam à eia catholica Religio temperantiam requirant, ni mirum; <sup>ea tamen est prudens quae perperantia uti</sup> <sup>oppido</sup> <sup>qui</sup> tamen ne is quidem teneri velint homines, liberi, neque Regem, neque legem nouerunt, prorsus piles digni, nisi ventri suo abiectissima manipia infami seruitutis genere obsequerentur. Statam enim, atque imperatam carnis abstinentiam à regijs etiam factis effrenata ventris ingluuies deleuit, penitusque obliterauit. Ita fit, ut cum Ecclesia iugum salutare semel excusserunt, nihil is sanctum sit, aut religionum; adeoque ipsa parascenes luce in reliquis omnibus sanctissima, abstentibus alium legibus, carnibus saginari gaudeant Puritani; quo genere Sominum nihil est ex omnibus cloais, ac sentinis, igiturque



ipsaque Augia impurius. Quippe quorum primum Euangelium est  
non omne, quod intrat per os coquinat animam; bibamus, come-  
damus,

Sus, Mullusque fuit, nullo discrimine Sabentor.

Huiusmodi ergo homines, ijs praesertim diebus solemnii rote cu-  
iusdam strepitu dapes suillas, turdosque, et de gallosum genere,  
eunuchos patrio more assabant. Quae res molesto fragore Moy-  
sia, ab illis exiguo dumtaxat parietis intervallo seiuncta non  
aures magis, quam pectus feriebat, tacita secum cogitatione in-  
dignum ganeonum scelus, legumque diuinarum contemptum re-  
putantis. Sed in his aut superandis, aut in melius omen auer-  
tendis soluta eam virtus haud deseruit. Neque enim, licet  
esset orationis, et quietis amantissima, id, quod illi solum cata-  
dupae accole ruentis ex alarum montium vertice nili fragoribus  
offensi fecerunt, ut obnoxiam murmuri terram relinquerent,  
sedesque mutarent, idem sibi faciendum putauit. Et obuiam  
quidem ire sceleri rabinde impetus fuit, tamque insignem Dei  
iniuriam prohibere; sed ubi nullum periculi pretium vidit, per-  
sistit in oratione immobilis. Perseuerante vero rote stre-

In medijs turbationibus animi  
quomodo composuerit.

pitu, illas utique animo subiiciebat rotas, quas inter cruciatus  
Inferorum efformata<sup>re consueverunt Christiani</sup>, utraque praesentis mala breui  
gestu peractum periculum admonerent. Cumque ex illis, qua-  
rum sibi tormenta deberi cogitabat, strepitum solum ad perfe-  
rendum dari cerneret, soluta in lacrymas ex intimis sensu-  
bus in gratiarum actiones erumpebat, collaudans Dominum,  
quod tantam <sup>malorum</sup> acerbitatem tam leui dolore mutasset, cuius  
exiguis dumtaxat, equisque ad aures sensus perueniret.  
Itaque dum illi nefarijs voluptatibus intenti baccharentur,  
illa in oratione assidua vires animi ad delicias Angelorum  
libandas contendebat, seque iacentibus illis scelere, et vitiis  
illius sepultis supra se erigebat. Tanta tam disparis in-  
quiline modestia, ac pietate Sicut mirum si testa exulta-  
bant, gaudioque gestiebant. Post actas utique numini gra-  
tes, laudesque, voluentem animo, quanta esset infeliciu-  
m ad aeternam perniciem sponte sua, aut ignorantiae, tem-  
porumque iniuria ruentium calamitas, Cupido cepit ido-  
nea occasionis captanda, qua rudes erudiret, et acerbum



Haereticos iugum ab eorum cervicibus depelleret. Crecebat frequen- Zelo conversionis animarū  
 ti meditatione desiderium, diuinæque gloriæ studio inflammatum, flagrat.  
 et multo ante recondita controuersarum fidei rerum cognitione, doc-  
 trinaque praesidijs munitam domo tandem, umbraque solitudinis  
 propulit ad communes errorum nebulas propulsandas. Ergo  
 benignè se in multorum necessitudinem cepit insinuare, quosq;  
 ad perfectæ virtutis frugem idoneos reperiebat, paulatim exco-  
 luit; ignaros simul auitæ religionis mysterijs imbuebat, simul  
 ad vitæ integritatem precibus, monitisque idoneis incitabat.  
 Magna Londini hominum, magna scelerum, dogmatum verò  
 longe maxima est colluuius. Sub eodem quippe tecto mischi  
 Philetanis Puritani, et innumera sine nomine pestes nullo de-  
 gentes discrimine, vna criminum societate miscentur. Aduersis,  
 non diuersis tantum sectis dissecta omnia nullum aut Religionis,  
 aut modestiæ quoque modum, legemque adhiberi patiuntur. ge-  
 nitus compeditorum, furor persequentium, pergreecantium insa-  
 nia, nihil præterea exauditur. Diuina iura, gentiumque  
 iura sursum deorsum versare, in Martyrùm cædibus volutari,  
 pietatem, ac religionem videre, hæc omnis religio. Virtutes  
 carnales (nam cardinales nullum ibi locum esse intelligentes,  
 vnde fidem, reliquasque Theologicas terrores suas electas cer-  
 nerent, sponte in exilium concesserunt) impudentia, iniuilitia,  
 mollitudo, intemperantia: his strenuè obident omnes, in his  
 dogmatis sui perfectionem positam esse arbitrantur, tam fæda  
 voluptatum seruitute, nulla ut esse maior in Blemijs possit,  
 qui capite orbati è ventre solo spiritum ducunt. Huc omnia  
 ex præclara veterum incolarum sanctitate vnius Sominiis sce-  
 lere, qui primus ob infandam voluptatem in hanc errorum  
 odysseam incautum populum induxit, repente ad tantam  
 impietatem inciderunt, ut qui antea gentibus propè omnibus  
 Regum sanctitate, morumque probitate præcellebant, vix ullâ  
 retineant pristina integritatis vestigium. Quo fit, ut piorum  
 in his tenebris latitantium præclara Religio, animique virtus  
 ad perfectionis catholici rationem cuncta exigentis velut  
 inter teterrimas nubes gratius refulgeat, <sup>quando nusquam quam inter</sup>  
 tenebras <sup>acceptas</sup> esse, iucundiorque <sup>hæc tenebre paræ</sup> eum solet. Refutare porro  
antiquos



antiquos Eduardos, priscamque maiorum virtutem aggressa Aloysia  
 afflante <sup>p</sup>iji laboribus diuina gratia effecit, ut multi collapsum Re-  
 ligionis cultum, moresque in pristinum decus vindicarent. Obuios  
 errores adductis argumentis strenuè labefactabat, eoque, quorū  
 opiniones firmitus animo insidebant, odioque, et impietate longa  
 penitus inueterauerant, orationibus tandem, vitæque exemplis  
 permouebat. Nitens in vultu virtus, zelusque animi tacitus haud  
 paulo plus, quam verba ipsa loquebantur. Neque eam pietas in  
 affectandis dictionis emblematis moratam esse, aut anxiam sine-  
 bat diuino spiritu verba sancti ardoris spiritibus præpilata suppe-  
 ditante, ~~hæc~~ <sup>quibus</sup> ut aliquos semper diuini timoris aculeos omnium  
 visceribus infingeret, sedulo laborabat. Et laborem fructus seque-  
 batur haud penitendus compluribus Deo opitulante ex hæreseos  
 sentina extractis, nomenque Religioni dantibus. Neque verò  
 virtus illius, quam fama, magis crescebat, præstantique sanctita-  
 tis vel inter hæreticos opinio gliscente lacus quotidie famam  
 multorum animos, sensusque peruaserat; cum frequentes ad  
 eam vndique aut comitatus, aut pietatis amore euocati concur-  
 rerent, Christianique iugum salubre acciperent. Sed pupugit  
 Symmystrarum animos illata ab alienigena, ne quid iniuria  
 deesset, muliere cladis ignominia; et tot popularium salutem,  
 quos à perfidia signis dilabi paulatim videbant, suum dedecus,  
 atque ignauiam interpretabantur. Indignari omnes, alij peri-  
 clitanti causa opem ferendam dicere, alij fæmineam pugnam  
 detrectare, cuius nec laus esset in victoria, victorūque haud leue  
 dedecus sequeretur. Vnus maiore paulo fiducia, animisque  
 percitus non gregarius è bombomachida cohorte miles, <sup>quis</sup> quile-  
 neo spiritu plenus ad populum phaleras dare solitus eructabat  
 è pulpito Londinensi, non verbum bonum, sed crapulam, fedæque  
 blasphemiarum megitim, porro prositij calamistratus, polliculusque  
 comis, quam argumentis melius dispositis, et in Aloysiam amena-  
 tata aliquot suæ maledicentiæ tela coniecit. Neque verò  
 illa <sup>quæ fidei auctoris pocij concurrebat</sup> dimicationis aleam subire recusauit <sup>et maiore aliquanto, nimis fiducia</sup> ~~caute~~ <sup>quam naturæ, atque ingenij viribus pro</sup>  
<sup>quæm viribus suis amittat</sup> ~~caute~~ <sup>Et nempe pugnante pro cau-</sup>  
<sup>Catholici promissis dignitate, cuiusque bellum capesseret.</sup> ~~caute~~  
 sa sua Deo Symmysten loco mouit quiritantem, versaque

Multos ab hæresi, atque  
 erroribus extrahit.



inrabiam ratiocinatione insanientem. Cumque multa in auctores  
 Ecclesie ritus, caerimoniasque blaterasset, postremo vincente animi  
 pertinaciam Religione cessit, seque pietati vincendum dedit.  
 Omnino ea res, quam haereticis acerba, plenaque ignominia visa  
 est, tam pijs omnibus ad fidei praestantiam gloriosa habebatur, cum  
 imbecillis dextera telis fuisse confectum, qui inter suos non cor-  
 pus sine pectore, sed nomen erat celebre, et aliquam eruditionis  
 famam pari cum authoritate obtinebat. Nimirum ad veteris Dei  
 elogium res redierat eligenti infirma mundi, ut confundat for-  
 tia. Itaque omnes letitia gestientes certatim in Domini  
 laudes ora saluebant, cuius dexteram illustri triumpho magni-  
 ficatam in fortitudine cernebant, eamque in multitudine gloriae  
 suae deposuisse aduersarios suos praedicabant.

Caput 12<sup>m</sup>. Quanto ardore  
 ad catholicorum salutem  
 incubuerit

Ergo cum nulla adhuc Martyrij spes affulgeret, non minus priuatis  
 officijs, et pietatis ardore, multorumque ad auitum dogma, moresq;  
 conuersione, quam patientiae laude Aloysiae vita floruit. Omne  
 enim tempus, quod erat a sacrorum pensis, ac diuinis commen-  
 tationibus, suaeque salutis <sup>cura</sup> vacuum ad alienam iuuandam cum  
 pari studio, ac feruore animi conferebat. Tam enim molestias  
 illas, quas in peregrino sermone assidue perdicens plurimas  
 propè ad denotragium usque cum Aridomensi diuisa fuerat,  
 non calida minus, quam valida exercitatione deuorauerat, *Linguae Anglicanae rudimen-  
 ta deuorauit.*  
 ut aliam modo edidisse Aloysiam mater, aliam exercitatio  
 reddidisse videretur. Tamque quod diu optauerat, Anglam  
 exulo genai suae <sup>longa</sup> dies fecerat; nisi quod, ut difficilior  
 plerumque in huiusmodi rebus perfectio esse asolet, in edis-  
 mate exotico Scoticum aliquid sonare videretur. Quae cau-  
 sa fuit, ut cum multi Anglam esse putarent, alij paulo



emunitioris navis homines Scotam, aut Iberiam ex Ibera esse  
contenderent. Quo nomine quis non virtutem eius admiretur, vitamque  
eius beatam ducat, licet illi quidem negata morte, et martyrio acer-  
ba esset, atque invidiosa; cum eorum fructuum, qui inde proficerent,  
amplitudinem animo reuoluit? Nisi verò exiguum quis putet ani-  
mas miseris superstitionum nexibus implicatas ex interitu,  
ipsisque Acherontis faucibus eripere, quod solum Dei est, et inter  
eius quidem opera vel potentia, vel labore maximum. Ne verò  
caelestium orbium magnitudinem, terrasque fabricatas quisquam  
obscurot, verbo haec uniuersa, illud autem multorum annorum la-  
bore, et verò sudore, ac sanguine effecit. In hoc porro mune-  
re si vitam ponere obvisset, praecclare secum actum putasset  
Aloysia. Ita magno semper animatum amore, ac studio ar-  
sit, ut nihil ad illud accedere posse videretur. Nunc verò cha-  
ritate in dies crescente tantum accesserat, ut antea sibi dile-  
xisse illas, nunc demum amare videretur. Ego verò eam in  
tot conuersionum se offerentium opportunitate erudiendis  
ad pietatem incolis distributam diuino consilio martyrij gloria  
ad tempus orbatam puto. Nam aut tot hominibus in illa <sup>erro-</sup>  
rum caligine desitutis aeterna mortis subeunda fuit calamitas;  
aut si qua temporum ratio Anglicani ferri aciem ab eius ceruicibus  
auertisset, eadem maiori forte gloria, doloribus certe haud  
minoribus reseruabat, ut quam vitam multis esset datura, eam  
a lictoribus eripi ne pateretur. Neque enim haec quilibet diu  
esse poterant, neque haeretici homines furori suo, cuius sunt  
minimè potentes, temperare. Quamquam ea fuit animi mo-  
deratione, eaque in omnibus semper prudentia, nullum ut eius  
dictum, non modo factum extaret, quod Regis auctoritatem,  
aut vitium aliquod, Principumue dignitatem sugillaret, ni-  
hilque diceret, quod non iucundissimum ad eorum aures acci-  
deret. Meminerat enim sacram esse Regum maiestatem,  
neque ex omni eos ligno fieri, quo reliquos mortales, non ma-  
gis quam Achaemeniorum monarcharum unguentum è quouis  
aromate. Itaque ubi de eo loquendum esset, multis insigni-  
bus, dotibusque praeditum aiebat; nam omnibus ut esset, optabat

Excelsa Aloysia pru-  
dentia.

plurimum







putarent, eum aut fortunis, aut eodem secum tecum uti, à quibus fidei, etq;  
animo tantum esset disiunctus; bonis omnibus, quam salute periculi-  
tari maluit, ratus spontaneam pro Christi, fideique gloria paupertate  
tem pulcherrimas esse diuitias. Ac poterat ille quidem pietate, aut  
dissimulata, aut nonnihil moderata, tranquillitate, atque otio per-  
frui, et carere acerbitatibus, quas illi plurimas, <sup>inexpiabile</sup> parentum odium,  
furoreque afferebat, si minori diuina gloria cura, priuatas com-  
moditates salute sua potiores habuisset. Sed concepto ex Aloy-  
siae verbis, et hortationibus ardore temperare sibi non potuit  
in tanta virtutis exercenda occasione, quin apertis fortuna-  
rum omnium periculo, odiisque parentum atrocibus caput  
suum obijceret. Et simulacrum horum salute partem gauderet  
Aloysia, oppidoque magnam letitiam capiebat; non pote-  
rat tamen dissimulare singulari se voluptate cumulari, ha-  
bitis cum Roberto <sup>Drutro</sup> clarissimo Martyre sermonibus. Erat  
ille illustri loco natus, et in reliquis genij, atque ingenij orna-

mentis, quae in eum omnia, certatim grata, ut in Mineruae  
suae chryseum Phidias congesserat, non forma magis, quam mo-  
rum praestantia in paucis inchoatus. Litteris in Collegio Val-  
lisolecano operam nauarat, atque inde in Angliam reuersus  
annis admodum duodecim in colendo eius nouali non labo-  
rem, ac sudorem, <sup>tantum</sup> sed sanguinem, vitamque posuit. Is cum  
de iuramento regio, ad quod omnes id temporis seuerissime  
proposita capitis poena adigebantur, actum esset, vulgusque  
varijs suis sententijs incerta opinione fluctuaret: quod  
hinc Regis, inde Pontificis auctoritas ambigentes, quo se in  
tantis rerum angustijs verterent, grauidus vndequaue mi-  
nis suspensos teneret; miseratione eorum permotus, quo-  
rum bona, ac salus in ea re verterentur, eam animo opi-  
nionem conceperat, ut crederet ad iusiurandum adactus, fi-  
dem eludere, intusque pressis oculis, ut canebat Sim An-  
tigenidas, absque religionis metu iurare posse. Ipse tar-  
tam molli sententia videretur, existimationis sua ra-  
tionem antiquissimam duxit, inque Regis verba iurare

De iuramento fidelitatis  
quae sit Ecclesiae sententia,  
edocet.

respuit



respuit, ne polluta fidei suspitione cuiusquam animum offenderet, aut Sacerdotij, quo inauguratus erat, dignitati aliquam inertie maculam illineret. Quam obrem carceri, tenebrisque mancipatum adeundum, <sup>libi</sup> more suo duxit Aloysia, plurimisque argumentis, ut erat ingenio solerti, multaque ex Theologia arcanis studio, et Lectione perceperat, obductantem primo a sententia deducere est conata, cum hanc rem eruditissimorum hominum iudicio pro altera parte diremptam esse diceret. Quod si infandum sacramentum prestare, fidem silentis prodere, legesque diuinas eludere aequum putaret, neque cum aliquo flagitio, et turpitudine coniunctum; at Pontificis sententiam ~~mutaret~~ timeret, cuius breue <sup>diploma</sup> rupta religionis, iurisque flagitium aperte declarans, in Angliam peruenisset. Quibus ille auditis, enimvero opinionis suae minime tenax, manus ex templo dedit, neque fas esse putauit de Summi Antistitis sententia mutare, quin eam protinus acciperet, atque adesse cerneret, sanguinemque <sup>pro ea tuenda</sup> ~~pauis post diebus est tuenda~~ deuoueret. Quod ingenti quidem animo dictum, haud paulo maiori constantiae laude pauis post diebus est factitatum. Etenim cum acriter aduersarij uigerent, vitamque, et incolumitatem sponderent, si solenni ritu regiae potestati, ac clientela fidem suam abringeret, fortiter recusauit, neque vlla blanditia transuersum a debiti officij ratione deflectere potuere. Quod pollicitis defuerat, minae, ac tormenta supplere. Quae ut illi apparari intellexit Aloysia, beatissimo pugili inuidit, et quae voto iam pridem martyr erat, ut re ipsa esset ad Tullianum, carcerisque latebras teterrimas, in quas modo coniectus erat, se recepit, ut in dolore, ac necessitatibus leuandis operam illi suam pariter, operamque enixe deferret. Neque in officijs delatis petiit eius pietas, sed iterum, iterumque non minori periculo, quam charitate aditum, rebusque opportunis adiutum ad patientiae deus accendit, docens omnem Christianorum gloriam, ac nobilitatem in vinculis, et morte, tormentisque esse repositam, committeretur caelo, et erecto animo sustinere seueras multorum virtute hebetatas, flam-

Martyrem in carcere inuisit, et ad mortem obeundam animat.



masque pati à multis quidem contemptas, à quibusdam etiam  
in vos numeratas. Neque vero metuo, inquit, ne magnifica  
me verba iactare exhortandi causa potius arbiaberis, quam quod  
verè si sentiam. Ab oceani enim finibus per tot itinerum labo-  
res, ac molestias in Septentrionem veni, ut his tormentorum, car-  
cerisque delicijs fruere. Et siquid illis maius cogitasset, nihil  
mihì ex ijs deerat, quæ vulgus inani voluptatum anorine do-  
navit. Vanum autem esse quidquid infensi iudices minantur,  
vel ex hoc intelligi potest, quod tum maxime prosunt, cum ad  
nocendum toto furore inflammati incumbunt. Nemina cruo-  
ris in eorum est arbitrio; et illud gravissimum, in quo minas  
suas, et imperium consumit persecutio, neque quid mineatur  
habet aliud, mors, si pro Christo appetitur, ad immortalitatem  
aditum aperit, utroque expetenda est. Erant Druræ voces  
Aloysia, quod olim Tyrtæi carmina Spartanis in bellum itu-  
ris, ut ijs animatus mortem non contemneret tantum, sed  
amplexaretur absentem, ac provocaret. Quam ob rem cum  
quidam seuandi mororis causa ad eum ventitarent, et miti-  
gatam tempestatem nunciarent, bonamque spem adferrent,  
fore ut brevi ex illo mortis metu, carcerisque æumnis solue-  
retur, magno ad hæc dicta dolore oborto; Quid agimus, inquit,  
Domina? tam gloriosum festum perdimus? iudicum senten-  
tiam expectamus? an ultro morantem vixemus, atque  
arcesimus? ita ne lictoris ferro indigni videmur? an  
parum nobis hæreticis probata est constantia? aut omnè  
ades in vanitatibus consumptum esse sanguinem arbitramur,  
ut nullus in his venis iam supervit, quem pro veritate fun-  
damus? Nam quæ est illorum invidia tantum mihi deus  
paratum ignavis consolationibus adimentium? Præsertim  
cum illi Sancti infesta persecutionis occisione occiderint, ut  
scelus sit eandem acerbitatem, quæ se in Religionis causa  
offert, oblata venia gratia defugere. Patiantur illum  
pro Ecclesia libertate vitam ponere, apud quem spes  
immortalitatis, vincula, cædes, martyrij decus inestumitate,  
atque omnibus vite bonis cariora ducuntur. Jucunda  
fuit

Gregia Martyris constantia.

+

+

in Stronis de mortali  
Thomæ Constantia  
Constantia







Caput 13<sup>m</sup>. Vtriusque misericordie  
studij se totam  
trahit

Hisce igitur, aliisque eiusmodi officijs haud exiguo cum voluptati fructu Aloysiam Christiana pietas distinebat. Assidue autem sine ulla fatigatione in eadem munia intentam maius indes Deo placendi desiderium ulterius prouehabat. Erat in ea praeter infusa e caelo gratiae dona efficax ingenium, comitasque ad mentes hominum comiter demerendas. Nihil illius consuetudine suauius, nihil suauitate <sup>efficacius</sup> potentius, nihil utraque virtute religiosius, aut omnibus modis absolutius; quibus rebus consequabatur, ut catholicis pariter, haeticisque grata esset. Neque maior illius erga inopes, ac calamitosos eodem tempore, quam imperitos, scelerumque laqueis implicatos humanitas extitit. Itaque cum hinc ad elemosynas, illinc ad rudium instructionem pie inuitaret misericordia; unam se manum afflictis e calamitate, et sordibus; alteram impijs errorum ceno extrahendis daturam dicebat, siquidem duas manus natura concessisset. Neque <sup>in</sup> inculto, cunctisque malis syluescenti solo indubie vobis, occurrere gelienti materia, segesque unquam defuit. Parem labori voluptatem, et consolationem attulit anicula cuiusdam vitij magis, quam aetate, annisque rancida in primam pietatem repubescens metamorphosis. Fuerat enim illa impetrante melioribus Angliae rebus Maria in catholicorum numero, sed desultorio ingenio varium, ac mutabile temperantiam accommodatam temporibus fidem colens, rebus in peius mox vuentibus, an persecutionis metu, an maiore utilitates, quam salutis studis, reformatorem se coacti adiunxit. Qui quidem quoniam eo nomine appellari volunt, appellandi sunt sane Latine. Sunt enim sine controuersia deformati, sacrilegij, omniumque scelerum colluione contaminati,

Comitas eius, morumque  
grata suauitas.

Aniculae cuiusdam conuersio.



sine forma, sine norma, omni turpitudine inquinatissimi. In hoc se  
portentum deformauerat mulier ex pulcherrima illa ciuitate Religionis  
specie. Id ubi intellexit Aloysia, consuetudini eius (in eodem eni  
vico habitabat) opportunè se insinuare, deinde alium ex alio  
sermonem cadens de Religionis cultu agere cepit; meminisset  
porro ætatis suæ, neque cum ea fœnestas superstitiones con-  
senescere patretur; reuocaret antiquam pietatem non sine gra-  
ui flagitio desertam; subiret animo fides dñm Christo data,  
quam mox ab incauta iudex seuerissimè esset exacturus; men-  
tem denique senio, malisque torpentem ad nouum <sup>pietatis</sup> ardorem  
excitaret. At illa animo, non sensibus tantum uentis orba-  
ta, tantopere Aloysia congressum horrebat, ut si quando propter  
eius limen iter facere casus iuberet, magno errore, flexibusq;  
deuia declinaret, <sup>domumque uelut scopulum suggeret,</sup> rata aliquem illius oculis Religionis fascinũ  
inesse, cuius vi pariter, atque Summaritate se inuitam utiq;  
non deuinci tantum, sed <sup>etiam</sup> ~~atam~~ deuinci sentiret. Porro  
praua consuetudine sic obrutuerat, ut et vanitatem, et ex-  
tores suos acriter semper defenderet, mordicusque tueretur,  
Plutarchi Athlo omnino similis, qui adduci non potuit, ut è  
sue rursus in Somnium rediret, quem prius ex homine Circe  
in suam mutauerat. Itaque cum metueret, ne concepta,  
atque obstinata animo impietas, duritiesque ab illius aspectu  
mitesceret, oculos in eam intendere Sæudquaquam audebat.  
Sed nempe sola charitas Aloysia pro potentissimo philtro erat,  
qua incensa, cum omnes aditus ad eius salutem pertinaci  
silentio interclusos videret, ad Deum orationem conuertit.  
Neque in ea scilicet, quam in externo colloquio præsidij mi-  
nus fuit. Quippe anus Sæud ita paulo post dubio ad eam  
mane, contentiore, quam pro ætate gradu accurrat. Scires  
ab eo spiritu agi, qui tarda nesit insimina; facile enim  
sentiebat parum iis suis fili, quod parca natura manu netur,  
sibi ad protelandam vitam superesse; idque omne in Ec-  
clesie sancte cætu, ac celebritate peragere <sup>cum</sup> ~~in~~ pietate cu-  
piebat. Ergo stans ad fores famule opus sibi extemplo  
Aloysia conuenta ait. Mox introducta Cetenim ore, oculisq;

inflammata



inflammata meliora ad complectendam veritatem omnia pre-  
fererat) accepta vltro, citroque salute, Aloysia, quae iam ex  
precibus, euocata aderat, misericordiam supplici oratione im-  
plorabat. Rogata quae tanta festinationis esset ratio (nam  
praecipis anhelibus verba interrumpibat) respondit; oblatam  
in somno sibi trinoctio toto adolescentis cuiusdam speciem.  
Cum utique quid ingenti lumine circumfusus esset beatum  
Genium credere. Imperasse eundem uti sine mora ad His-  
paniam Virginem se conferret, futurum ut ab ea salutem  
consequeretur; perpetuam calamitatis aleam, ni pareret, mor-  
temque esse subeundam. Se ut in metu ingenti gaudere,  
quod ab ea potius, cuius gratuitam beneuolentiam esset ex-  
perta, quam ab alio quouis auxilium esset flagitandum.  
Gauderet ipsa quoque venisse tempus, quo Soteris munus  
posset explere, diuisque gratificari. Mortalis vitae in illo  
aetatis flexu, ac praecipiti senecta spem omnem esse sublac-  
tam, immortalis illius ne desit in illius esse potestate; Chri-  
stianae pietatis amplectendae studio ardentem, praecipis, moni-  
tisque salutaribus imbueret. Se vero in huius cultu, et ob-  
sequio senectam, quae tantum relicta esset, consumere velle,  
vna re laetam quod certi futurum persuaderet, ut salubris  
paenitentiae ope sibi relicta nouum vitae genus ad indu-  
ciam immortalitatis spem auspicaretur. <sup>hic demissis, ac supplicis</sup>  
et salutem lachrymis fragrantis habitus paratam semper in Aloysia religiosissima  
~~erat pietatis faciem, quae de vobis omnium vobis laetitia~~  
mentis pietatem facile exciuit, ut eam omnibus Christianis fidei mysterijs,  
~~namque pietatis laetitia, ac pietatis laetitia~~  
sanctis quae docuerentis, quemadmodum rogabatur, sedulo excoceret. Et quidem non  
minus <sup>etho mox subsecuto</sup> ergentem illam Aloysia paruit, quam ~~ita~~ Deo, veritatis in-  
gum cum caelesti doctrina feruenter accipiens, vltimumque  
vita colophonem, diesque, quos pauculos natura concessit,  
sancta quae, atque illibata Religionis officijs percurrit. Et  
scilicet haud feliciter indeuexi ceteri annis renata, quam de-  
nata, breuis pietatis aeternum, uti speramus, premium  
paulo post est assecuta. Neque nulla fuit Aloysia in illis  
infelici vitae incommodis propulsandis indubia, ut ijs pro-  
lixè deferret omnia, quos intelligeret, aut paupertatis, aut  
persecutionis acerbitate iactatus, in maestitia, et squallore  
consenerere



consenescere. Et quae erat temporum atrocitas, ventum ad extrema egestatis fuisset, nisi eius cura, qualis in rebus ad pietatem spectantibus erat, talis in levanda inopia, et suggerendis necessarijs extitisset. Cuius enim multo ope, et consilio perse, suosque subleuavit; aliorum filios in Hispaniam misit, datisque ad familiares litteris, pro antiqua sua necessitudine facile obtinuit, nihil ut eis ad vitam beatè rectèque transigendam deesset. At praecipue quidem eius aduersus sacerdotes, victosque beneficentia, et humanitas eluxit, nefas ut putaret quidquam ijs cum aperto vite suae discrimine negari. Jam in Societatem Jesu singulari semper beneuolentia ferebatur; cui tyrocinij domum omni contentione erigere studuit, ex qua velut equo Troiano perpetuum subsidium ad frangendas improborum vires submitteretur. Cuius vberissimos fructus saepenumero sagaci animo praesagiens, illud religionis, ac virtutum omnium sacrarium, firmissimam aduersus omnes haereseos furoras arcem, fidum salutis communis propugnaculum, maximo ad fidem propagandam adminiculo futurum laud inanimibus praeconijs memorabat. Et porro, cuius iam fundamenta iecisset, quod ad fastigium, culmenque imponendum adderet, nihil ultra habebat, quod optaret, habebat. Optabat enim uti hanc iam sibi perficiendam susciperet Hispaniarum Rex, cuius virtus <sup>ac</sup> beneficentia sola imperio par est, qui de re catholica vnus ex omnibus haud exigua impiorum inuidia, caeterum maiore sua gloria optime meritis pie liberalitatis pomeria ad ultimos vtriusque solis fines protendit. Cuius si amplitudo, dignitasque crescere adhuc vlla caecide posset, hac vna re tantum accessurum credebat, quantum porro Anglorum omnium linguis celebrare posset sera posteritas. Eodem fere tempore Sacrarum Virginum Antistitam, cui nomen Maria de Joseph, cum de erigendo in Pleumorijs eiusdem instituti ce-

Liberos quorundam in Hispaniam mittit.

Adiuuandum septentrionem omnes animi curas intendit.

nobis ageret, et ad id subsidia sibi ex Hispanijs peteret, consilio, atque hortationibus iuuit satis perspectum esse <sup>hesperiae</sup> dititans, quae ceteras alias <sup>regiones</sup> huiusmodi pietatis praesidijs, haud paulo magis egentibus, quarum vastitas, ac solitudo ipsorum dumtaxat intuentium oculos ad miserationem posset inflectere, caeteris

laud



28  
Saud perinde credibilis. Inter hæc pungebat animum diuini honoris  
studiorum quorundam hominum vel inuidia, vel invidia, qui quod  
sedatam esse persecutionis tempestatem putarent, multumque  
de antiqua <sup>seuitia</sup> ~~seuitia~~ remisisse hæreticos, auxilia catholica rei de-  
stinata, quo minus in Angliam mitterentur, oblabant. Al-  
cedonia enim in his insulis sub illius Regis imperio esse puta-  
bant, qui gloriosa martyre esset genitus, neque fas esse uti  
ad huiusmodi matris sanctitate, ac gloria tanopere filius de-  
generaret. Ad hæc tot Sanctissimorum Regum, quæ in uno  
regno nunquam existerunt, successorem ad Cælesia Catho-  
lica maiestatem exornandam cogitationes omnes, curasq;  
relaturum potius sperabant, ut quibus nomine, atque im-  
perij magnitudine non est inferior, ijsdem vera Religionis  
cultæ, ac virtute par esse contenderet. Nunc vero usque,  
deque misceri cuncta, terram tot diuorum reliquijs olim  
notatam, modo cultoribus vacuum, orbamque sacerdotibus  
relinqui maiorem in modum angebatur, consternata istorum  
Triptolemorum huiusmodi commenta, fabulasque serentium  
sermonibus. His ergo ueris anxia intercluso mali reme-  
dio haudquaquam tamen animum demisit, sed ad suos in  
Hispanijs scripsit, grauiusque quæstæ est eiusmodi hominũ  
genus multum de piorum gloria detrahere, qui quotidianis do-  
loribus perferendis catholicum nomen inuictum præstant,  
sedulamque in excelsenda Dei uinea operam ponunt; dum in-  
terea illi, inquit, minimè quidem mali mortales, at certè  
de Veientonis genere complicatis domi manibus sessant.  
Atque utinam sessant tantum, nec opus Dei nefaria  
loquacitate disturbarent. Cuius enim tam sunt aures inhu-  
manæ, tamque è Marpesijs rupibus exiisse, quæ direptio-  
nes Catholicorum, stragesque crebras, et Religionem co-  
~~uulsi~~uulsiam, vexatamque sine sensu audire possit? Tantum =  
ne esse ullius immaritam, ut nisi totis fluminibus ma-  
nantem vrbe martyrum cruorem videat, nullam esse per-  
secutionis acerbitatem arbitretur. Larumne est plurimos  
carceri perpetuo deuotæ ætatem in nexu, ac compedibus ducere?  
Porro largis tot per annos propitiæ, atque affluentis copie muneribus,  
auroque ~~spoliis~~ uarijs seuitiæ, ac iniuriarum modis ~~spoliatis~~ spoliatis

+  
Persecutionis acerbitas.



omniq[ue] <sup>uclut infelicja fortuna</sup> ~~omni~~ spe dignitatis orbatos <sup>uclut infelicja fortuna</sup> ~~omni~~ facultatum parte  
 catharmata uagari <sup>opum partem</sup> ~~omni~~, ut exiguam <sup>opum partem</sup> heretica cupiditati reliquam à latronum  
 publicorum rapinis vendicare non possint, etiam ne leue est?  
 Nam visas vobis leges credo illas in curia propositas, quibus vir-  
 tutem omnem excindere moliantur. Neque unquam hii illa  
 voces personare cesant, exinanite, exinanite usque ad funda-  
 mentum in ea. Periculantur in <sup>horas</sup> ~~stat~~ p[er] omnes, venturos hostes  
 metuant, et ferrum, flammamque absentem patiuntur; quos nisi  
 singularibus gratia presidij muniret Deus, et sapientiam, org-  
 garet; breui possum mutarent tenebra Cimmeria, et relicto  
 Byzantio in Angliam commigrantes, teterrimis Saracenorum  
 superstitionibus cuncta obduerent. Omnino dilabentis per-  
 incuriam tam opportuna, ac necessaria opis dolor in omnes  
 partes Aloysia versabat animum interiore cura providentis,  
 ne aliquod Ecclesia in tanta difficultatum copia detrimen-  
 tum paterebur. Et sanè regente inter varios communium  
 temporum casus Deo rebus in alio perturbationum fluctuantibus  
 haud exiguam opere pretium <sup>attulit</sup> ~~ferat~~.

Caput. 14.<sup>m</sup> à præstando  
 Juramento fidelitatis  
 ¶ auertit ¶

Ulciscerbat magis, magisque indies ministrorum furor infelbus  
 ferro, flammisque prorum exitio imminens. Diuina, et huma-  
 na miscebant quadruplatores improbitissimi, eaque in catholi-  
 cum nomen vomebant, que vel à phreneticis, vel ab irato  
 Athamante iactari potuissent. <sup>Rancidis enim calumnijs, et</sup> ~~Itaque ad veteres suas pan-~~  
<sup>tydasque auentis rediens,</sup> ~~Itaque ad veteres suas pan-~~  
 uclut e diphtheda <sup>Jouis petitis Catholicos onerabant,</sup> ~~Itaque ad veteres suas pan-~~  
<sup>gona hæres,</sup> ~~Itaque ad veteres suas pan-~~  
 muni facundia vocitantes, orbem terrarum cum Pontifice  
 labefactare, et quoungue venerint uclut dira catharmata <sup>Hæreticorum in Catholicos</sup>  
 manifesta superum irâ perniciem, ac vastitatem terris <sup>odium.</sup>

inuehere



inuebere certatim dicatabant. Atque illud Pontificis obsequium, præ-  
cipua rabie exagitabant, inuisamque Religionem omnium animis inue-  
teratam, quæ regni, Statusque rationibus aduersaretur, quam in me-  
dullis ipsi incredibili pertinacia infixam, nulla tanta vis esset, tamq[ue]  
sancta imperij maiestas, quæ posset quællere. Denique Catholicos  
ad ferrum, furcamque à Rege deprecabant, quod quietum regni  
statum labefactarent, despectaque iuramenti maiestate Aposto-  
licam sedem colerent obseruantius; quam illi cum uniuersa Re-  
ligionis, Deique cultu diris imprecationibus execrantur. Et si  
eorum vota audirentur, non modo cum Amans illo vetere omnes  
proscribi, lethoque mulctari cuperent, sed ne illa quidem Caliz-  
gula vocarent contenti, ut respublica catholica unam cervicem  
haberet, in qua ferrum suum possent solemniter consecrare. Et  
Soci quidem illis accidit permolesum, quod cum unum caput habeat  
ille populus, tam numerosos identidem ceruices habeat, quarum  
creberrimis cadibus Londinensis illa securus minimè hebes, obusa  
iam prope est, ac debilitata. Et olim quidem, ut Menenius A-  
grippa dixit præclare, membra conspirarunt aduersus ventrem;  
nunc verò verso exitiabilis Martis impetu <sup>meritissimi</sup> ~~periculosissimi~~ ventres <sup>teterrimis</sup>  
<sup>uoluptatibus, atque aruina disseuemes</sup> aduersus sacrosanctum Ecclesie caput <sup>impie</sup> bellum gerunt. Itaque  
multorum tunc adhortationes audiebantur conuictio interim pro-  
piorum anne Pappæ, ac Papiularum nomen ferro aboleri sa-  
tagentium; illoque inclumi insanire Regem identidem clami-  
tantium, si respublica opes, decusque suam saxum tectum con-  
seruari posse existimaret. Quod si patria finibus expulsos  
mel eiusmodi homines, excisasque esse contingeret, tum demum  
fore, ut Regnum quietis plenum sublato perduellium metu, glo-  
ria, et diuitijs perpetua, æquabilique affluente copia effloresce-  
ret. Ad huius facinoris honorem cum precibus, cum verborum  
lenocinijs Regem vehementer exhortabantur, eamque rem vni  
ipsi integram à maioribus reseruatum esse aiebant. Quocirca  
ne dubitaret ad illam cogitationes omnes, curasque intendere;  
è qua quidem serenissimus Rex, si eiusmodi consilij aurem  
præbere pergeret, utrumque labori exientis responderet, datag  
Ecclesie à Christo fides, ac promissa interirent, haud aliam



posset gloriam consequi, quam ex everso illustrissimo Diana Cœherice templo olim nactus est Crastianus. Sed cum instarent illi vehementius, et in una iuramenti fide Regis caput, omniumque salutem, <sup>vestri</sup> clamitarent, urgere persecutionem capit, et ad præstandam fidelitatem Omnes ad præstandum iuramentum incautos rapere, reluctantes premere, omnes gravibus supplicij in- <sup>tra</sup> tum fidelitatis adiguntur sectari. Atque utinam ille quidem Traiani recordaretur aliquando, qui cum eversa ob omnia Martyris necem funesto terræ motu Anthiochia omnibus ruina oppressis, vnus prope ex immensa populi frequentia salutis periculo feliciter defunctus vidisset male sibi, atque imperio vniuerso Christianorum cedes cedere, pertæsus antea feritatis statuit, publicoque edicto cauit, ne quis catholici infestus esset viris vtiq; probis, et quietis publicæ studiosis; quibus intelligeret nullum flagitium præter illud <sup>nimiam</sup> minima pietatis, et Religionis inuri, neque eorum quidquam agere, quæ legibus, et iure communi prohiberentur. Nihil enim se tormentis omnibus hactenus egisse videbat aliud, quam quod vnde aduersus rupe silent, in quos vtiq; quoriam fluctibus, et suppliciorum procellas, vimque omnem perferre obstinassent, cum periculo capitis, quod in eorum constantia tentanda irritò conatu comminuendum cernebat, incurrere Sæud erat sapientis. Porro propositum multis iusiurandum, quibus ante mori decretum erat, quam nefariam fidelitatem salutari Ecclesie, Teique fidei anteferre, exitij causam præbuit. In quibus confirmandis egregie eluxit Aloysie virtus, cum diceret A Jureamento præstando fideles auocat Aloysia. pulcherrimum ipsi pro sacrosancta Summi Antistitis potestate prælium esse inuenditum, quo si constanter, fortiterque dimicarent fractis hæreticorum conatibus Ecclesia gloriâ ab ignotis Angliæ angulis ad ultimos Orientis fines essent prælati. quod si quid ex antiquo religionis ardore remitteret putarent nullum periculi ignominie, ac calamitati effugium patere in tanta gloriosa professione occasione. aut enim egregie morte esse cadendum, aut inuicta virtute, ac constantia in officio standum, quando post tot infelicitatis uitæ labores, et ærumque accubitationem præstantissima martyrij corona ex celis offerretur. macti animo essent. &c.

iurare



+

iurare recusarent, inani maiestatis praetextu quasi fideles ei esse abnuerent, qui scelesti esse nolent, mortem obijisse. Inter haec administranti Regij persecutionis aestu stimulati Archipresbyterum salutem suam publico incautus committentem cum famulo comprehensum in vincula duxere, moxque ad obstringendam publico regni Sacramento fidem adegere. Ille despuere primo, non modo respuere infandum iuramenti nomen, et a catholica pietate alienum; hi porro contra eum auersum viderent, hortari, ut clementiam Regis, quam iustitiam mallet experiri, et incolumitate, paenique propositis eligere, iusserunt, miserne, an beatus esse vellet, quippe cum amplissimum gratiae locum iuranti apud Regem patere dicitarent. Cumque hisce dictis moueretur non nihil, trepidoque vultu quaedam esse inmeret, a quorum sensu abhorreret animus; illi anxium videntes monuerunt, ut quouis modo, quo fieri putaret posse, iuramentum pronuntiaret. Ille ratus absque Religionis detrimento fieri posse, ut directam dumtaxat Pontificis in Reges auctoritatem negaret, fecit imperata. Hisce impetratis urgere successus suos illi, plusque etiam aliquanto poscere, eoque tandem hominem perduere, uti omnem Pontificis in temporanea potestatem iuraret. Grauitate id ferre Aloysia pro ingenti dolore suo, et pietate in angustissimam sedem nihilo leuiore, multisque eum verbis identidem ab illa sententia auocare instituit. Cumque in ea perstaret nihilo segruius, illaque sententiam ab omnibus academijs damnatam esse diceret, literasque ab illis ~~missas~~ missas ostenderet, Archipresbyter ad a praebito iuramento auocare haec, quod responderet, hoc vnum habebat, Academicos ut cetera sciant omnia, Ecclesiae quidem certe Anglicanae statum nescire, cuius quieti sententia, utriusque mitiori esset consulendum. Qui huic parere vellet, ei pacem Religionis esse turbendam, atque Ecclesiam in extremae vilitatis periculum adducendam, funditusque demoliendam. Illa porro non euerti Ecclesiam Catholicorum fortunis, vitaeque, sed pietate excisa dicebat, eique soli magna cura esse consulendum. Exploratum esse Pontificis super hac

Archipresbyter in vincula  
conijcitur.

Ad iuramentum adigitur.

Aloysia Archipresbyterum  
a praebito iuramento auocare  
nititur.



re decretum, cuius auctoritas Gaud minor esse, quam nomen apud omnes  
 debet. Acriter omnino res concepitabatur, cum hic iniurias in Re-  
 gium potestatem fortunam, et sublimem mortalitatis fastigium Sabeni-  
 iam diceret, qui civitatis abiectione, et placiteque fidelitatis ei iura-  
 mentum negarent; illa vero colendam adeo, ac venerandam esse  
 maiestatem adderet, cui Deus in terris vices suas deculisset; sed  
 male execrandum illud fidelitatis genus, quod cum certissimo  
 perfidia velere esset coniunctum. Accessit ad haec omnia  
 epistola Marthini Cardinalis Bellarmini Gaud paulo ma-  
 iore sapientia, quam sepius copia aspersa, prolixo imprimis ar-  
 gumento conscripta, qua accepta porro sperabat Aloysia fore,  
 ut inlicitam omnium adhortationibus, pertinaciam tanti viri sci-  
 entiae, ac rationibus constringendam <sup>adderet</sup> adderet. Illius quia Con-  
 gior est, partem aliquam huius transcribere est visum. Silentium  
 inquit, rumpere coegit nuntius, qui diebus istis de tuis vinculis,  
 et carcere ad nos venit. Qui quidem et si tuis videri poterat  
 ob iacturam pastoralis tuae sollicitudinis, quam Ecclesia ista  
 fecit, tamen letus quoque videbatur, quoniam ad margrij  
 gloriam, quo dono Dei nullum est felicius, propinquabatis, ut  
 qui tot annis gregem tuum verbis, et doctrina pavisses, nunc  
 exemplo patientia gloriosius pasceres; verum hanc letitiam  
 non mediocriter intersturbavit, ac fere curripit tuis alius  
 nuntius, qui de constantia tua in recusando illicito iuramen-  
 to ab adversariis tentata, forte etiam labefactata, et postea  
 successit. Neque enim, frater charissime, iuramentum  
 illud ideo licitum esse potuit, quod aliquo modo temperatum,  
 et modificatum offerbatur. Scis enim huiusmodi modificationes  
 nihil esse aliud, quam Satanae dolos, atque versutias, ut fides  
 catholica de primatu Sedis Apostolicae vel aperte, vel obscure  
 petatur; pro qua fide tot indyti margres in ista ipsa Anglia  
 ad <sup>mortem</sup> fidem usque pugnarunt. Certe enim quibuscumque ver-  
 bis iuramentum ab adversariis fidei concipiatur in regno  
 isto eo tendit, ut auctoritas capitis Ecclesiae a Successore  
 Sancti Petri ad successorem Henrici Octavi transferatur.  
 Pergit porro memorare metum illum, qui de periculo vite

Cardinalis Bellarmini ad Archie-  
 presbyterum Aloysia.



88  
Regis obtenditur, si summus Pontifex eam in Anglia potestatem  
habeat non vanum tantum esse, cum <sup>abusque</sup> nascentis Ecclesie inu-  
nabulis nullum unquam Principem aut Ethnicum, aut Hæreticum,  
aut Persecutorem Pontifex Maximus cedi aut mandauerit, aut  
probauerit; sed decipulam esse cacadaemonis. ex ipsa unam, quas  
olim per Syros Cleazarus, per Valentem Basilis, per Iulianum  
Christianis omnibus, in adorandis sub Cesaris imagine Deorum  
simulachris struxisset. Et Basilis quidem exemplo ad hanc  
rem magis accommodato, cum Praefectus Imperatoris Hære-  
tici hortaretur, ut nollet propter paruum dogmatum subtilita-  
tem Caesarea voluntati pertinacius se opponere; sanctissime  
simul ac prudentissime respondit, non esse ferendum, ut de di-  
uinis dogmatibus vel una syllaba corrumpatur, sed potius pro  
vniuersa defensione omne genus supplicij amplectendum. Neq;  
aliud faciendum, aut respondendum est ipsi, qui et rem exigua,  
dogmatumque subtilitatem, quae in iuramento Anglicano catho-  
licis praestando continetur, Regis imperio negant esse relin-  
tendum; Et quamuis inopinate comprehensis, vel acerbitas  
persecutionis, vel senectutis imbecillitas, memoriam illi con-  
stantia catholica ademissent; confidere se tamen ait de  
Domini bonitate, ipsiusque virtute egregia, ac praestanti Sac-  
tenus, fore ut qui Marcellini casum aliqua ex parte imi-  
tatus videretur, eiusdem fortitudinem in reparandis viribus,  
et veritate asserenda feliciter adumbraret. Postremo  
propositis sanctissimis, atque ipsidem doctissimis viris Ioan-  
ne Rossensi, et Thoma Moro, qui pro hoc dogmate grauis-  
simo plurimis alijs cum ingenti nationis Anglicanae gloria  
duces ad martyrium exiterunt, sic concludit: Hæc in me-  
moriam tibi reuocare volui, ut colligas te, et magnitudi-  
nem rei considerans non tuo iudicio nimium fidas, neq;  
plus sapias, quam oportet sapere: et si forte lapsus tuus  
non ex inconsideratione, sed ex infirmitate humana, ex  
metu carceris, et suppliciorum profectus est; non antegonas  
libertatem temporalem libertati gloriae filiorum Dei, neq;  
ad momentaneam, et leuem tribulationem fugiendam amitt-  
tere

Ciusdem adreuocandam sen-  
tentiam adhortatio.



tere velis æternum gloria pondus, quod ipsa tribulatio operatur in te.  
 Bonum certamen diu certasti, cursum fere consummasti, fidem  
 tot annis seruasti; noli igitur tantorum laborum præmia tam  
 facile perdere; noli corona iustitiæ, quæ tibi iam dudum para-  
 tur, te ipsum priuare, noli tot fratrum, et filiorum tuorum vultus  
 confundere. In te sunt hoc tempore coniecti oculi totius Cæle-  
 stia; quin potius spectaculum factus es mundo, Angelis, et ho-  
 minibus. Noli in extremo actu ita te gerere, ut et tuis luc-  
 tum, et gaudium hostibus relinquant; sed contra potius, quod omni-  
 no speramus, et pro quo assidue ad Deum nostrum præces fun-  
 dimus, vexillum fidei gloriose erigas, et quam contristaueras,  
 lætam facias Cælestiam, nec iam solum veniam merearis à  
 Domino, sed coronam. His lectis identidem eum obtestata  
 est Aloysia, ut tanti viri, Cælestiaque vniuersæ monita au-  
 dieret, utque ~~de suis~~ iam nihil adderet, Basilij meminisse  
 iubebat, qui Valenti Sim roganti ne tam rupes esset, vnâq; <sup>ne</sup>  
 saltem syllabam, de qua tunc disceptabatur, Cæsaris amicitia  
 daret, vilem Cæsaris maiestatem, hominumque omnium ami-  
 citiam præ Dei, atque Angelorum coniunctione reputauit.  
 Proinde et ipse martyrij periculum <sup>ne</sup> facere metueret, quando  
 tantæ, tamque præstantis gloriæ occasionem, quæ vana ali-  
 quando prudentia amittatur, fugere sero optimus quisque  
 queat, restituere dilapsam ne diu quidem immortales possint.  
 Periebant hæc iam pridem accerrimis stimulis Archipresbyteri  
 pectus; sed quo minus sana audiret, tormentorum strepitus, an  
 imprudens mundi rebus suis sagacius æquo studentis pruden-  
 tia auribus officiebat. Felicitor serui fortuna, virtusque hæ-  
 reticorum iniquitati, ac promissis, minisque seruire nescia  
 omnium præconijs, laudibusque excepta fuit; quem influenda  
 Pontificis authoritate fortiter stantem, ac constantem hære-  
 ticorum furor cum multis <sup>inimicis</sup> contumelijsque obruisset,  
 haud eadem contaminata, religionis ~~erat~~ <sup>erat</sup> cæbe, atque ignominia  
 vna tantum iniuria afficeret, potuit, ut in dicendum martirem  
 pollutum deo dignum inuenit, eaque, quæ Archipresbyteri  
 contubernium referretur, et vite mortalis incommodis, ludi-  
 cris infeliciter exciderat, corona ad peremere Christianæ  
 bris que exemplis immortalis gloriæ, vitæque fueretur.  
 Itaque Archipresbyterum Antistes Maximus dignitate,  
 quam

Archipresbyter in vinculis  
 moritur.

Ciuidem seruis in <sup>carcere</sup> ~~carcere~~  
 constantissime <sup>se</sup> ~~se~~  
 habuit.



quam male crebatur, spoliatum in ordinem redegit, omnesque quotquot  
eamdem sententiam propugnarent indultis facultatibus, ac priuile-  
gijs orbati identidem imperauit: Cuius quidem Sacerdos ita multo post in  
<sup>insezzimo dolore, ac compedibus reiecta</sup>  
~~pals immo raris tenetibus~~ obiecta martyrij corona extinctus est,  
gloriosius in cruce palam moriturus si modo meminisset, quod quid-  
dem obliuisci Sacerdos quaquam debuerat, maiores suos olim Episcopos  
in Ariminensibus comitijs pro syllaba una, quam in fidei causa  
sibi dari postulabant Arriani, salutem suam, caputque certatim  
morti obtulisse. Neque verò hic de littera erat controuersia,  
sed ipsum Ecclesie caput petebatur, pro qua incundum semper  
solum martyribus visum est. Pontificem parvo in excelsissi-  
mo humani generis fastigio positum, non nomine, titulisque  
suis, quam oberrimis Spiritus Sancti gratijs beatiorum, <sup>non tantum ut</sup>  
~~conjugem parentem, sed etiam quasi matrem quoddam, egeste locum ecclesie, ac seclum~~  
in laetis obtinentem laetipae colebat, atque obseruabat Aloysius, ut si ceterum aliquem Virginum  
instituisset, quod in animo habebat, singulari eas voto ad pre-  
standum ei obsequium, reuerentiamque obstrictura videretur.  
~~~~~

## Caput 15<sup>m</sup> Contentiones aliquot super Religione suscepta

Quibus illa officijs dum pietatis partes obiret impigre, magnosque  
studio virtutis, ac fidei amorem in omnium visceribus instillare  
niteretur, qua diu circum aures innoxio fragore conuerat per-  
secutio, coactas subitaneo turbine in eius caput nubes soluit ali-  
quando. Res fuit eiusmodi. Ad tabernam quandam vestia-  
riam in celeberrimo vrbs Londinensis vico, cui Chelapside no-  
men est, tele batavica ad ornamentum Altaris coemenda  
gratia se contulerat. Habet hac platea illa in reliquis orna-  
mentis suis insigne, quod inquilinos numerat precipue in fide  
catholicam odio lymphatus, atque impietate inclutus, neque  
terros, neque quartos, quod de Aeginetis olim dixit oraculo,



sed primis in omni scelerum genere, et e reliquo gebennensis haxe grege  
 sectos cum cura, acque decumatos. Hic pra foribus stans Aloysia  
 Adolescentem, qui forte aderat, compellat, telamque iubet explicare.  
 Id ille dum facit, aliud agens, ut fieri solet, Aloysia rogare insti-  
 tit, num virgo illa, quae forte asabat, soror eius esset. Cui ille  
 puritanae elegantiae apprimè tenax, imo vero, inquit, soror in Domi-  
 no. E're parua Saud paulo maior repente procella cooritur.  
 Quippe cum eiusmodi verborum delicias à Christi sanctimonia ab-  
 horrentes, plusque etiam flagitij, quam turbanitatis redolentes  
 Aloysia ferre non posset, rogare perrexit Adolescentem, fidei  
 ne catholica nomen dedisset. Cui ille subductis ad hanc  
 vocem immaniter supercilij, ego ne, inquit, hac tibi contume-  
 lia dignus videor? male hoc nomen cacadaemones cuncti fu-  
 riaque perdant, illamque superstitionum pestem procul hac  
 familia, tectisque arceant. Inde cepta de Religione di-  
 micatio ulterius utrumque magno feruore concitatam pro-  
 ceexit, longaque de rebus fidei grauisimis inter se di-  
 ceptatione commisit. Superuenit Pater cum vxore de  
 infando lamiarum genere vna scilicet, multique, ut fit, su-  
 bitis clamoribus, ac tumultu exciti e' vicinia confluxere.  
 Itaque varijs pro sua quisque noui Euangelij libertate, ac  
 proteruia contumelijs circumuentam onerare, plurima diser-  
 te, et canina porro eloquentia in catholicum dogma delat-  
 terare, neque stultis minus, quam multis. questionibus egram  
 dubiaque adhuc valetudine affectam conficere, et assidua dua-  
 rum horarum contentione prope enecare. Illa autem animi  
 vigore corporis aegritudinem sustentante magno ardoris im-  
 petu, <sup>opposito</sup> obiecto pietatis umbone oblatrantium argumenta forti-  
 ter retundere, multa de Sacerdotij dignitate, ac prestan-  
 tia, multa de diuini Sacrificij mysterijs, multa de omologesi,  
 praecipuisque fidei capitibus <sup>obiecta</sup> ~~opposita~~ soluere. Summi por-  
 ro sacrorum Antistitis auctoritatem, nomenque, quod pra  
 reliquis omnibus acerbissima consceleratum impietate, omnibusque  
~~telis~~ maledicentia, <sup>telis</sup> appetebatur, grauib. verbis tuebatur,  
 Ecclesiaeque vniuersae vnam caput assererat, clauisque Petri  
 perpetuo

Diceptatio cum Sacerdotis  
 de fidei rebus.

...



perpetuo successione ordine ab ipso usque Christo ad eum devalu-  
tas dictabat; denique Ecclesia Romana <sup>unicum</sup> unum esse. ~~Est~~ ver-  
ritatis, ac fidei domicilium, extra quam nihil cuiquam presidij  
esse posset reliquum. Nam in id precipua cura incubuit, ut  
ostenderet certissimum ea exclusis exitum imminere. Hac  
oratione nihil aiebat non modo apud homines humanitate ex-  
positos, verum etiam Barbaros Indos esse exploratus; in qua  
si nihil, quod idoneum dictu esset, mulieri in mentem veniret,  
rupium certe, ac ferarum, rerumque usu carentium vocibus  
contentam, <sup>fore</sup> qua unicum esse Deum, fidemque pariter cunctis  
qui quidem aliquem adhuc pietatis sensum haberent, diserte  
predicarent. Non eadem hac ab omnibus aure excepta, quij-  
pe quos dissimili animorum studio diuersa in contrarium sen-  
tentia distrahent. Probare quidam dicta, quideque hau-  
rire; alij mansuetioribus musis, litterisque exultam dicere,  
quod ex historia sacra quedam ad obiecta rei confirma-  
tionem protulisset; alij rursus ab insita menti amentia bac-  
chari, fulminare, desbomachari, omneque Londinum mi-  
scere. Et cum alijs quidem aliquando protestantibus cer-  
tarat Aloysia, at puritanis istis impudentiores, atque atro-  
ciores experta fuerat nunquam. Cum his hominibus, an  
cum canibus negotiorum haberes, nihil interesse crederes.  
Sine humanitate, sine sensu, sine mente, solo dente vi-  
rulentis ad calumniandum oppidi instructos, truculentos, ob-  
scenos, rabidos in primam Castabalensium cohortem con-  
scribendos nemo dubitaret. Nisi forte quod sine capite,  
ac fronte sint, in Deorum suorum, <sup>eorum</sup> eos referre malit Epi-  
curus. Quo enim consilio aduersus eos dimicare quisquam,  
aut veritatem edocere possit, qui cum omnia pietatis iura,  
diuinaque sapientiae principia auersentur, bonique sciant  
nihil; tum impudentia, quam solam scilicet canes pro dia-  
lectica habent, et importuna latrandi, fandaque iuxta, atque  
infanda comminiscendi licentia, que illis pro omnibus  
Stagirite locis perpetua est, atque uberrima sine lege  
utuntur. Interea insistoris vxor, ac alius item Adolescens,

Hæreticorum calumnie,  
et impudentia.



94

qui reliquos omnes, suamque porro aetatem nequicia anteibat, sua v-  
terque propinquitatis, ac consuetudinis homines, omnesque praesen-  
tes in Aloysiam concitare, facinoris indignitatem extollentes, quod  
inclusam celeberrima urbis mœnibus mulierem Religione, na-  
ra, factionibus, demum sermone quoque peregrinam libere inter  
Anglos versari, deque fidei placitis tanta proacitate, ac conten-  
tione disserere paterentur. Errare qui mendaci persona cre-  
derent, cum Romanum Sacerdotem esse femineo schemate, au-  
daciam suam, scelusque obtegentem, haud parum manifestis in-  
dicijs constaret. Hunc porro per omnes urbis partes inuisam  
doctrinam, tetrasque superstitiones spargere, vulgusque incau-  
tum a communibus regni opinionibus impurè auocare, quae  
tandem esset insania? Alij autem, quod Anglice loqui videretur  
affectatis, Scotia oriundam putabant, et ex hoc sumpta  
disceptandi occasione, eam, quam tantopere oppugnaret, Reli-  
gionem Scoti Regis imperio, nutuque stabilitam esse grauiter  
clamitabant. Illius nimirum tantam esse sapientiam, facile ut  
in tantis opinionum, atque errorum nubibus lucem dispiceret.  
Quibus hoc interim respondit Aloysia, Regem puritanorum  
scelere patris optimi, et catholica Religione inclyti conspectu  
ante fuisse orbatum, quam non modo salutaria docentem, ac  
monentem audire, sed videre potuisset. Patre trucidato filiū  
ad certam Regni spem conceptum, quem frustra in optima matris  
visceribus extinguere essent conati, ab illius certe vberibus, ne  
antiquam maiorum pietatem, necunquam Religionis sugendo  
ex ijs saurire posset, nefarijs eorumdem consilijs atrociter fuisse  
auulsum. Caeterum haud paulo requiori iure habenas regni  
accepiſſe, quam eadem ante Elizabetha inuaserat. Peruulere  
omnium aures haec voces, tum alias ob causas, tum quia longe  
maiori obseruantia, atque amore Elizabetham, quam Regem  
prosequi videbantur. Quapropter dicti rationem excusare  
certatim, et quid esset, cur Elizabetham haud pari ad dia-  
dema iure grassatam diceret, furiosè rogitarunt. At illa  
cum obscurum eius genus clarè indicasset, tum vero serenissi-  
mum Jacobum ex Henrici septimi familia, tam virtute,

quam



quam nati maxima <sup>pro</sup> genitum coronam iure hereditatis debitam merito  
sibi vindicare assererat. Quibus dictis rediere ad ingenium canes,  
et quoniam aliud nihil norant, latere ceperunt, dedecus Elizabethae  
aspernum indignari, maiestatem violatam queri, Legem Juliam, <sup>Anglicamque</sup>  
<sup>quibus delictis unquam</sup> ~~Anglicam~~ nimis diu stertentem suis vocibus,  
ac contentione excitare, postremo contumelijs, dirisque Aloysia no-  
men defigere. Quas illa excipiebat tanta non solum tolerantia,  
verum etiam voluptate, facile ut intelligere possent omnes, in quan-  
tis laudibus, ac praconijs haereticorum contumelias pro nomine Iesu  
inultas numeraret. Ab his subinde alia Saud paulo solidiora,  
quam solidiora delapsi multis vtriusque dictis, Aloysia de pietatis  
cultu disserenti procaciter insultarunt, atque ex ijs quidam de  
Sacerdote nouissima nuper tormenta, mortemque passu dicenda,  
et tacenda memorans perduellem demam, Regique proditorem,  
patriae peridem, scelerumque incentorem congelis liberaliter in  
fortissimi pugilis nomen calumnijs vocitabat. Cumque illa  
spernentibus nequidquam omnibus martyrem appellaret, aduer-  
susque clamoribus illa vox exciperetur, rogauit ex ijs insano-  
rem vnum Chremeta quid ita delitigaret? quin vero mor-  
tis causam sine fraude efferret? Hic vero illa questionem  
ridente, vel illis notam qui

Non dum cere lauatur.

Atque identidem petente, quisquam ne esset adeo fungus, qui  
Pontificium fuisse, illiusque obsequio pertinaciter mancipatum  
ad saniora consilia reuocari negiisse ignoraret; at huiusmodi  
inquit, Aloysia delicti reos morte obita in martyrum ordinibus  
reponi ab Ecclesia est exploratissimum. Sed nempe non  
omnes tam praestanti sunt ingenio, ut intelligere possint glosa-  
rium Anglicanum, in quo perduellio, et Religio synonyma  
sunt, neque capiebat Aloysia, quomodo innoxiae pietatis  
reos quisquam perduelles posset dicere, quos martyres vno  
consensu omnis aetas, pupulusque appellaret. Haec vero con-  
tentio ne longius incensas disparibus vtriusque studijs teneret,  
tenebrae inter certandum obortae effecere. Discessum ergo  
precante interim Aloysia ne longam illis Deus finestissi-

Marbyrum nomen, ac dignita-  
tem tueretur.



mam Sane noctem clausis per importunam animi pertinaciam ad  
 veritatis iubar oculis esse pateretur. Sed quid hoc antipodum ge-  
 nere infelicissimo facias, qui cum eodem nobiscum in orbe vivant,  
 sic tamen infidelitate, et cerumnis lethaliibus sepulti vivunt,  
 quasi toto caelo divisi contraria nobiscum omnia non sentiunt  
 tantum obstinate, sed faciunt. Quibus si fides iam ipsa lo-  
 queretur, fabulas, cantare diceretur, et ad anicularum colos,  
 siculasque gerras ablegaretur. Neque soli Atlantes modo  
 orientis solis iubar auersantur, dirisque execrationibus in-  
 cessunt. Ita enim lucifugas hos septentrionis incolae sua  
 delectant tenebra, ut beatos se putent. <sup>si</sup> sine minima ad  
 eos quidem veritatis scintilla perveniat. ~ ~ ~ ~

## Capitulum 16<sup>m</sup>. In carcerem compingitur.

Inter haec duabus ab illa dimicatione septimanis circumactis  
 Aloysiam in eadem cura familiaris aestus revolutam negotia  
 in publicum euocauerant. Eadem porro via iter facientem,  
 nihilque eiusmodi opinantem malevolum vulgus illatae con-  
 tumeliae haudquaquam immemor, oculis ad vincula, necemque  
 designavit. Itaque simul eam conspicantur, malis utique  
 auspicijs prodeunt e latibus suis quatuor Vulturij palliati,  
 cunctisque rebus posthabitis praecurrentem sectantur, ac per duas  
 prope horas intentiore cura vestigia legentes observant, spe-  
 rantes forte, ut quod ante fecerat, novum alicubi de Reli-  
 gione certamen institueret. Ab hac spe depulsi tandem la-  
 tens in visceribus odium, furiasque produunt, utque iniuria  
 sua egregie litarent, adactis viatoribus in aedes Thomae Beni,  
 Ad iudicem ab appavitovi-  
 bus ducitur.  
 is enim tunc urbanis causis praerant, quamprimum abduci  
 imperant. Aloysiam in subitaneo periculo inter lictores  
 desolatam non defecit animus, virtusque illa, qua cruciatus sem-  
 per omnes, et persecutionis acerbitates in suum caput con-  
 verti optauerat. Secuta est, quo rapiebatur, mente,  
 quam



Audite causa discutitur.

quam pedibus constantiore; quippe illam diuina gratia roborabat,  
hos inedia, atque cegritudo corporis debilitabat. <sup>uerat</sup> Introduitã reã  
conscendit in tribunali suo Iudex trucidibus oculis, quem nuper egnostu  
secundum Rhadamantum surrexisse crederes, causamque  
adductis iuramento testibus cognouit. Quam ut intellexit de  
rebus ad Religionem pertinentibus esse, percuntari Aloysiam  
de nomine, de solo natali, deque itineris instituti rationibus  
cepit. Illa ubi suum, generisque nomen edidisset, illud quoque  
addidit non prouit Legati Hispaniensis cedibus habitare, remq;  
diuinam inibi percipere solere. Neque enim quidquam ce-  
sare uolebat, ne vel martyrii amoru parum, vel cruciatuum  
timori nimium tribuisse uideretur. In Angliam uero eo con-  
silio uenisse, ut indigetes diuos imitaretur, qui uoluntate patria  
exilio uitam in exteris regionibus commodorum omnium, sariq;  
expertem traduxerunt. Ad hæc ille sublatis illis supercilijs,  
quibus utique iustitia Anglicana, Themisque ipsa nitetur, la-  
xare nonnihil mimicam grauitatem, <sup>et, nefario deridiculo inauditam</sup> ~~in~~ <sup>ante pietatem eludens</sup> ~~in~~ <sup>iram suam</sup> ~~in~~ <sup>uisibus explorare cepit.</sup>  
~~explorare~~. Rogauit dein, satim esset sana, quæ tam certa  
pericula, legumq; pœnas incertis consilijs anteponeret? Sta-  
tuisset ne aliquando ab illa opinione recedere, quam Regni  
placitis, patrioque dogmati aduersari intelligeret? Tum illa  
de Pontificis potestate insaniam si sapere uellet, continuo  
eiurare mandabat. Cumque illa sibi in medullis infixa  
esse, neque aliter, quam cum ipso corde euelli posse diceret,  
et sic quoque cruore suo confirmatum iri assereret, <sup>iudex indignatus quo</sup> ~~maintenat~~  
<sup>eiusmodi constantia pro dogmatis sui professione, extrema omnia mortisque</sup>  
~~se~~ <sup>se</sup> ~~suæ~~ <sup>suæ</sup> ~~quominus exileret solus, notisque maledictis Catho-~~  
lica mysteria protereret. Quibus affatim aggestis multa  
super martyre, super lesa Elizabethæ maiestate, uitæque  
totius genere percontatus, cum singulis uocibus impudentie  
os obstrui sentiret, ante quærendo fatigatus est scilicet,  
quàm crimen aliquod supercilijs suis, quoque dignum  
posset inuenire. Itaque iam dudum ad aliquam Tragedie  
catastrophem spectans minas intentare cepit, et: sciret ne  
Anglos, quos in Hispanijs comprehendi contingeret, nisi  
catholicum institutum protinus amplecterentur, flammis

dedit

uim, et impetum sustinendum  
offerre se audeat moderari  
animo suo non potuit



dedi solere. Hoc porro utrum equum censeret, uti eodem cum illa iure in Anglia, nisi sententiam mutare mallet, ex aequo decideretur. Quod responderet mulier ad constantiam, et pietatem, de cuius martyrij nata factam optata mortis denuntiatione coram Pilato suo nihil potius scilicet, Christi, quem in omni vita imitari cupiebat, silentio. Ergo de injiciendis dextre vinculis actum quasi et mentem perinde possent contrahere, Iudexque quod adulescentim vespere tenebrae increbrescerent, relictis in atrio captivus a tribunali ad mensam sese contulit, aliisque alio digressis spatium inflammantibus mutuo ardore animis, viribusque colligendis datum est.

Quo in genere Aloyisii pietas enituit imprimis, cum omne illud *orationibus se dedit Aloyisii.* tempus positis humani generis oratione transmitteret, Deoque ingentes de tam insigni beneficio grates perageret. Interea densam ad fores vulgus, dissonis que inter se clamoribus, ut fit, in subitum rerum turbine tumultuantem boni iudicis quieti, atque officere. Quippe supra ducentes rumor secundis ad omnes sermonibus permanens sedibus suis exciuerat sacerdotem sub muliebri persona latentem spectare cupientes. Neque prolixentes ad comperendum murmur iudicis, presentia aliud efficere valuit, quam uti clamor cresceret magis, cuius impunitatem cum intolerabili petulantia furor, odiumque ad Catholicum nomen atrocissime insectandum augebat. Ergo dum ille ad pocula reuersus,

*Implet se veteris Bacchi.*

Aloyisia preces de more percurrens diuinis consolationibus saud paulo melius explebatur. Ea quippe presentis numinis vis fuit, uti affirmaret ipsa letiore se, ac celsiore animo fuisse nunquam. Crescente vero vulgi ad fores bacchantis tumultu, ac conuictijs circum aures strepentibus censebat in eximijs e caelo delibatis gaudijs inter audiendum obiectam Christi patientis, et maledicorum calumnijs vexati imaginem. Quam cum intueretur assidue, quasi Deus ipsam quoque in gloriae suae societatem admisisset, nihil mirum, si tantam animo hausit leticiae dulcedinem, quantam olim maximam Martyres capere potuerunt. Per hanc tantam motum procalitatem,

*Multorum conuictijs exagitatur.*

*atq;*



atque oris petulantiam cum se alternis maledictis diutius oblectasset male feriati Balliones, frangi interim, ac leniti mora longiore eorum furor coepit, vulgusque omne, quod diutius res extraheretur, paulatim dilapsum est. Quibus succedentes à caena domestici recentibus dicerijs suam in catholicos acerbitatem expleuerunt. In quibus continenter maiori cum animi modestia, quàm modestia audiendis trium horarum spatium sane quàm præclarè transactum est. Interea Iudex quoque expleto opulis ventre ad mentis saeuitiam, postremo truculentis vocibus, pœniquè salutandam præiijit.

In carcerem ducitur.

Nec mora in custodiam cum duabus conubernaliibus, magno apparitorum, seruatorumque comitatu, subsequente reliqua maledictorum caterua deducitur. Carcer erat pœdore, ac sordibus, reliquisque incommodis inter reliquos urbe tota facile teterrimus. Occurrebant intrantis oculis catastræ, securæ, vincula, omnisque captiuitatis apparatus. Neque hic tamen dicere iterum poterat nobilis ex Helione Vates.

Terribiles visu formæ, lethumque, laborque.

Amabiles enim eas, et perpessa, non visu tantum iucundas, ac faciles longum desiderium, ardorque animi cum Christo esse, soluique cupientis reddiderat. Itaque quas in alijs catenas frequenter antea deosculata fuerat; ijs verò in se iam potiori iure suauitatis satiari haudquaquam poterat. Damnata porro ad <sup>illustabile</sup> ~~tormentum~~ carceris <sup>per gustulum</sup> ~~frangibilem~~ in pessimas angustias inclusa, ignique, et aqua <sup>prohibita</sup> ~~inhibita~~ in tenebris, præter quas nihil, quod captaret, habebat, à præfecto deserta est. Inter has ærumnas destituta cum fame, et siti grauissimis hostibus vni dimicandum fuit. Neque enim eo die, quod indictum esset ieiunium, quidquæ præter maledicta, et contumelias deuorauerat, quas ei nocte tota plurimis illusionibus vulgi petulantis rabies condierat; et iam ægritudine, laboribusque exhaustæ panis fructum petenti custos carceris pertinaciter negauerat. Sed nempe iam olim verissimè dictum erat, non in solo pane viuere hominem.

esse



esse custos cupiebat, aut exiguo pretio maxima incommoda vendere, at pro diurno victu philippicus nummus pendebatur; ipsi interim exceptis nihil lenioribus, quae pro habitationis loco exigebantur. Sed nihil ab immanissimo exagulario, lictoribusque actum est. Vincere illi quidem Aloysia manus voluerunt, linguam adeo, Deique verbum alligare non potuerunt, ut ne alias quidem, unquam de rebus diuinis liberius ad circumstantes disseuerit. Quod sane tanta audientium omnium approbatione factum est, nihil ut ad eorum aures non modo salutaris, sed etiam iucundius accidere, <sup>paue</sup> videretur. Suauis porro omnibus vel maxime catenarum pondus patientia praestabat, et incredibili amoris vi plura etiam perferre gestientis, quam custodis atrocitas inferre poterat. Tantum praesidij est in vera, atque ardenti numinis charitate, tantaq; in persecutione, atque afflictionibus voluptas iuuante e caelis gratia. Neque illi tantum ad incommoda captiuitatis perferenda virtus fuit satis, sed et contubernales ut confirmaret, supersuit. Una erat e virginibus, cui fides nomen erat, quae se recens ad Aloysia consortium adiunxerat, deiecto penitus, ac pessundato animo, cum cuius maestitia, metusque plus vix, quam cum vinculis suis, negotij Sabuit. Vacillabat fides, et post reliqua omnia nomine etiam suo periclitari ceperat, grauique in tantis rei familiaris angustijs oborta formidine non satis spei in diuina prouidentia Sabebat. Hortari illa Aloysia uti bono, et erecto esset animo, ac docere identidem maximas piorum opes in Dei fiducia esse fundatas, qui in extrema demum necessitate ab omni hominum subsidio derelictis opitulari soleret. Elia viduam, Danielis inter leones deserti leuatam famem, dapiferum Pauli coeuum memorabat; addebatque hoc alicum genus non dum omnino esse extinctum, sed ad pascendas perpetua diuini auxilij spe fidentium animas superesse. Se vero haud paulo grauius illo incredulae mentis maerore, ac diffidentia, quam catenis aiebat onerari. Quam ob rem erigeret ad Deum oculos, certumque haberet eum Sautquaquam commissurum, ut suis quidquam deesset, sed nec opinantibus priusquam

Eximia eius in Deum fiducia, et patientia.

Ad magnam in Deum fiduciam hortatur.



À Confessario Legati in car-  
cere inuisitibus.

Ceemossyna donatur.

ad extrema adigerentur, largè omnia, ac prolixè suppeditabuntur. Quòd si secus accideret, quæ tamen opulentia excogitari posset maior, quàm se in diuini numinis potestatem, ac munificentiam penitus tradidisse. Afflictam fidem Saut parum eiusmodi verba recrearunt, præsertim cum ea aliquantò post inexpectata Legati liberalitate comprobata vidisset. Triduo quippe ad hunc modum in vinculis actus Confessarius Legati imperio eam interuisit, illiusque verbis renuntiavit, ut solita animi æquitate carceris labores toleraret; sibi enim iudicatum esse nihil de eius libertate, mouere. Cæterum in sumptibus affatim daturum quidquid esset necessarium, neque enim in rebus huiusmodi, quæ ad Dei gloriam pertinent, Legem sumptuariam, abnuentem solere audire. Liberis verbis facta etiam liberaliora adiecit, vidulumque auris plenum tradidit. Cæterum munificentia, quam munus Aloysia fuit gratior, cumque hoc recusasset, illam cum insigni gratitudinis, ac obseruantia testificatione exceptam laudauit addens, aurum eo tempore haud dum videri necessarium, gratam verò sibi Legati esse charitatem, in qua præsentem sibi opem semper, solatiumque in necessitatibus repositum sciret. Non tamen obtinuit quin septem ei minas relinqueret, quibus benignæ eorum opera faceret satis, à quibus in vincula ducta fuerat. Extremum hoc à Marchione flagitauit vehementer, ne de soluenda precibus suis captiuitate illa unquam cogitaret, in qua Dei amore vincita fortissimè teneretur. Quippe cupiditatum vincula se quidem timuisse semper, illa aheni, aut chalybis nunquam. Et cum vna sit catena, qua dulciter alligari soleant homines, huius lucis desiderium, spesque vite, hanc verò se pridem ita disruptisse, ut nihil sit in vita, quo minus teneatur, quam ipsius vite amor, ac voluptas. Latari se in hoc pædore, et tenebris, neque aliam ad vique lethi tempus domum expectere, ut intelligere ex hoc possint omnes, carcerè pro Religionis, Deiq; gloria tuenda, non esse id, quod homines metuunt, calamitatis sedem, sed beatissimū lætitiæ, ac celestium

consolationum domicilium.

Caput.



# Caput. 17.<sup>m</sup> Carcere liberatur.

Jam nomen loco ademerat, omenque beatitudinis affluentibus  
 undequaque voluptatum torrentibus fecerat. Neque enim  
 carcer dici debuisse videtur, in quo summa spiritus libertate  
 fruebatur, orationibus assiduis vacabat, ipsaque delicijs sagina-  
 batur, quæ nullis unquam Regum palatijs, mensisque ante  
 obtigerant. Non alio profecto nomine melius de nobis diuina  
 meruit gratia, quam quæ dulcedinem quandam cruciatibus,  
 qui Dei amore perferuntur, addidit, qua et dura molliuntur,  
 et angusta in angusta mutantur, grauique æquo animo fe-  
 rentes non onerant, sed ornant, atque honorant. Et quidem  
 beatam hæc Aloysiam fecit ipsi potissimum, quorum vel <sup>nomen</sup> sanus  
 miseror facere aliquando consuevit, tantoque gaudio cum-  
 mulauit, ut aut longam sibi in neruo, vinculisque ætatem,  
 aut præcocem sibi optata morte senectutem expeteret. Sed  
 votum <sup>et conceptam animi lætitiã</sup> <sup>uehementer obturbauit</sup> <sup>inopinata</sup> Cæcili, qui recens Angliæ gazis  
 præfectus fuerat, beneuolentia. Facti sui rationem Iudex,  
 totamque criminis discussionem consilio Regis præter con-  
 suetudinem reddiderat. Solent quippe huiusmodi omnia  
 deferri ad tribunal Episcoporum, quo nomine si sceleratos  
 Religionis desertores, Sanctorumque sum Episcopatum præ-  
 dones appellem, Romani illius ciuis fortuna mihi minime  
 est metuenda, qui cum mancipia ingenus nomine donaret,  
 et omne dignitatum discrimen tolleret, ad capitis suppli-  
 cium raptus est. Liberarunt enim me illo metu Britanni,  
 et pro libertate sua Euangelica hanc quoque vocem in  
 aduersa significatione libero latro donarunt, eaque obscuris  
 ministros ornari, et appellari voluerunt. Commodum igitur  
 hæc Cæcilio oblata res fuit, qui cum alias ob causas, et  
 priuatam solitudinem sollicitudinem, tum quod coorta repen-  
 te in Hybernia tempestas sollicitum eum haberet, Legato

A Cæcilio carcere liberatur.

Hispaniensi



Hispanienti gratificari vehementer cupiebat. Itaque gaudebat  
opportunitatem venisse tempus, quo studium suum captivæ unius  
liberatione declararet, cuius virtutem ab eo mirifice colligi, atque  
observari sciebat. Quam ob rem alta nocte, ne quid rei novæ  
vulgus moliretur, statimque civitatis labefactaret, mittit e-  
ius, qui vinculis liberam in legati domum auferent.

Cæterum non paulo æquiore animo duci se in vincula, quam  
edui passa est Aloysia. Ergo curru intenebris ad constitu-  
tum locum delata ab universa legati familia (Cypre enim  
vrbe aberat) ingenti gaudio, magnaque amoris significa-  
tione excepta omniumcunctissimis sermonibus ad virtutis,  
ac patientiæ studium accendit. Sed familiarium suorum  
studis desiderio diutius apud illos moram trahi negante  
domum properavit; ac interim venienti ex regione umbre  
mortis domesticæ omnes indultis lætitiæ verbis, plausibusque  
amanter obortis lacrymis sunt gratulati. Postridie in abse-  
sente cælo missi legatus, qui eam in Villam suburbanam,  
quæ altero ab vrbe lapide distabat, inuitarent, aut inui-  
tam oratione accommodata pertraherent, asserens locum  
qua amenitate soli, qua blanda cæli temperie presenti  
fortuna, ac valetudini esse opportunum. Alium ibi, atque  
in vrbe lucis esse aspectum, hauriumque aeris istiusque  
carceris pædoribus abstergendis idoneum. Pietatem porro  
sacra, et orationem ne à ventis quidem turbatum iri, quæ  
in vrbe tormentis infestarentur. Cumque tantæ illius  
benevolentia, atque authoritati oblectari asperum vide-  
retur, in Villam profecta est, ut contracta ex situ, tenebrisque  
corporis incommoda aeris beneficio propulsaret. Sed  
hanc commodorum affluentiam, quæ à doloris sensu, car-  
cerisque spe abstraheret, primis statim diebus fastidire  
cepit Aloysia animo in absentiam tormentorum cogi-  
tatione defixo. Vincula, cruces, ferrique ante oculos  
versantis fulgor nihil ex ijs omnibus cernere sinebant,  
quæ natura amœnitati indulgens, visui suggereret.

In Villam suburbanam à legato  
inuitatur.

In urbem Londinensem redit.

Ergo in urbem actis legato gratijs ad manifestum vique



saluti periculum redit. Invertere eam ab illa mente conabantur catholici, atque identidem orabant, ut quietem oblatam ad pietatis studia apprimè idoneam fœdissimis tempestatibus omnium capiti immittentibus, periculisque publicis anteponeret, neque salutem suam illis crederet, quorum nullas esse sine catholicorum sanguine delicias constaret. Quod si eum pietati suæ finem posuisset, quem mors ipsa, ac martyrium esse voluisset, at saltem ne ardore temerario in ipsum se ferrum ubique strictum ultro indueret. Omnino æqua pascere videbantur, et communi porro iudicio rem librantibus verissima; neque deerant, qui in vniuersa salute multorum incolumitatem verbi dictarent. Verum Aloysia, qua erat constantia virtute gratiorem sibi eorum pro se sollicitudinem, quam iucundiorē esse obendit; cum diceret mortem, qua ubique omnibus propter incertos casus immineret, neque propter vitæ breuitatem unquam abesse longe potest, pro Deo nunquam esse declinandam. Hoc tantum sibi metuendū videri, ne illa propter aliquod flagitium, vitæque imperfectionem sequentem fugeret. Id verò ne fieri posset, votū à se esse prouisum. Itaque alij quidem turpe, sibi vero nefas esse fugere mortem. Proinde desinerent egregia illa quidem, sed molesta beneuolentia graues ultra esse, ut si vinculis exoluta pulcherrimam gloriæ occasionem, martyriumque amisisset, eius saltem desiderium istis precibus extorquere sibi ex animo ne niterentur. Pedit ergo in urbem Gaudæ quæ ferentibus multis, animumque ad maius certamen in orationis palæstra consuetis exercitationibus comparauit. Hic diuinarum voluptatum subibat memoria, quas in vinculis perceptas omnibus delicijs, ac consolationibus anteferebat. Et sanè qui Paulum consulat in vinculis exercitissimum, immensum quiddam esse audiet, quo cælestium iucunditatum amenitas omnem vim doloris exuperet. Neque moderari sibi Aloysia potuit, quominus recenti semper memoria gaudiorum animo obuersante ad familiarem quempiam de eorum magnitudine scriberet. Per exiguam sibi crucem, sed multis Spiritus



Sancti fructibus, ac voluptatibus plenam his diebus oblige; neq;  
sui tamen, ut non <sup>aliquid</sup> affligo que acerbis illi aspersum fuerit, ne  
patientiae virtutis materia, segesque deesset, in qua nomen  
suum, deusque approbaret. Graue fuisse interrumpi  
perfectionis captae solidum, cui omnibus integritatis nume-  
ris explendum angustum mortalibus vitae spatium a natura  
datum esset. Sed haec, et alia cuncta patientiae Angelum  
voluptatis nectare illita mitigasse. Haec illa, quae quidem  
ad Christi crucem gradum iam sibi fecisse videbatur, lon-  
gamque in carcere afflictionem aptarat haec spe, ut durissi-  
mis corporis vinculis solueretur. Ceterum illo fuisse ab-  
solutam dolebat, quo factum esset, ut his arctius illigata te-  
neretur. Certè cum exploratum illi esset mundum esse  
carcerem, in quo vulgus varijs malorum catenis constri-  
ctum tenetur, ingressa iam sibi in carcerem non egressa vi-  
debatur tanto utique acerbior, quanto minor afflictio-  
num pro Christo, ac meritorum seges offerretur. Libera-  
tam porro vinculis, et immunem ab haereticis dimissam, è  
catholicis etiam quidam infelharunt, inter quos neque mimi,  
neque mimi depuerunt tolerantiae innocentis varijs modis  
exercenda. Et hi quidem dimicationem cum inistori-  
bus, atque ignobili vulgo susceptam exhibebant, illi confessarium  
inconsulta ac meritis, ac impudentia conuicio perstringebant,  
~~propter prodebatam~~, quod eius consilio in Angliam  
venisse, in ibique sedem posuisse existimarent. In quo qui-  
dem illi vel maxime opinione sua fallebantur, quod Aloy-  
sia nullum huius consilij, praeter Deum, ex cuius voluntate  
ac arbitrio pendere in omnibus usquequaque sedulo stu-  
debat, auctorem agnosceret. Qua quidem via eunti ad glo-  
riam, cultumque Religionis propaganti nusquam desuit  
Deus, postquam omnibus integrae pietatis numeris vel  
apud haereticos admiranda haud sine caelesti numine,  
charitatumque auspicijs cuncta pietatis, ac sanctimonie  
munera praecclare perageret. Illa autem quando parem  
sibi iam propè cum catholicis, atque haereticis contentio-  
nem propositam esse cernebat, cuncta foris animo ita

Factum eius a quibusdam  
capitur palam.



contempsit, ut una se spe consolaretur, hanc sibi diuina gloria  
 lauream, si qua esset, integram in caelo, illibatamque seruari  
 credens, de qua humanae laudes in terris nihil decerpissent.  
 Neque quidquam hominibus esse crederet salutaris, quam  
 si infestae obtreptionis contumelias referant inde, unde gra-  
 tiam sperabant ambitione animis praestigias faciente, ut in  
 Deo solo, ipsaque immortalitate <sup>spem omnem</sup> reponant. Itaque cum  
 primum quidem inflictas sua causa contumelias confessorio  
 doleret aliquantum, animo ad equitatem compositis suas  
 non modo <sup>aequamiter</sup> ~~patienter~~, alacriterque deuorauit, sed, quo erat  
<sup>patientia</sup> ~~robore~~, etiam concoxit, quippe quibus iam pridem in om-  
 ni vita assueuerat. ~ ~ ~ ~ ~

## Caput 18<sup>m</sup>. Ministrum inter suos clarum ab errore reducit, et in vincula coniectum consolatur ~

Solutis Aloyria vinculis alas quoque suas fama soluerat,  
 totamque urbem vulgatis eius factis, ac virtutis laude perua-  
 serat, cum Symmystem quendam non gratia magis inter  
 suos, quam ingenij acumine, doctrinaque omnibus pra-  
 stantem cupido inuasit certamen cum ea conserendi. Pur-  
 ritanam fuisse aiunt, nomen inauspicabile, atque im-  
 purum quodcum praefatione vel illi despuant, qui auerto  
 cubito nasum tergunt, quippe quibus sordere omni vitio-  
 rum colluue est esse Puritanum. Is cum intellexisset  
 faemina vnus verbis, atque adhortationibus, non multos  
 e vulgo tantum, sed vnum quoque e sacrorum regibus  
 victum cessisse, abblende ignominiae studio incensus, esse  
 ne vlla mulier tam proiectae fiducia, quae conspectum  
 suum ferre posset, identidem percontari cepit. Nam

que



Minister cum illa disceptare de  
fidei rebus statuit.

que ingenij aciem experiri, aut dimicationis fortunam subire vellet,  
esse nullum omnino exploratum Sabebat. Placuit ergo illam adiri,  
non tam ut praelio rem committeret, sanique quidquam disceret,  
quam ut omnia maledico dente conuelleret. Tantum hominibus  
inest carpenti studium, ut non defuerit olim, qui orbem terre uni-  
uersum circuiret, ut quæreret, quem reprehenderet. Et hoc illi  
hominum generi proprium est, penitusque in animo insitum  
diuina pariter, atque humana cuncta exploranti, nihil capien-  
ti, omnia carpenti, et obductis ad veritatem pertinaciter  
oculis de vniuersis rebus in expugnabili mentis obstinatione  
disputanti, ut Stultissimos de Andabatarum genere gladiatores  
quiuis possit agnoscere. Itaque venit ille quidem non ut The-  
mistocles olim apud Herodotum super pecunia ad Andrios le-  
gatus duobus numinibus suada, et violentia, sed alijs Proser-  
pinae genij arrogantia, et peruicacia comitatus. Ita nihil  
nisi ampullas, bombosque inanes, et sesquipedalia verba vo-  
mitabat. Non enim dubitabat, quin Aloysiam, quæ ut dicer-  
tissima, atque eruditissima foret, mulier certè erat, argutia-  
rum suarum laqueis irretiret. Quem introductum debitis  
beneuolentiae officij cum salute comiter excepit, atque è  
specie, habituque corporis hominem cognouit, atque ad di-  
sceptandum de diuina fidei placitis venisse intellexit, freta  
caelestis gratiae subsidijs certamen haud putauit detrectan-  
dum, satis gnara se, ut ingenij viribus, cæterisque cederet;  
causa tamen superiorem futuram. Itaque annuente illa  
Symmystes à catholici dogmatis contemptu, et sacrorum vi-  
tuum, patrumque doctissimorum pariter, ac sanctissimorum  
illusionibus ritè est auspiciatus. Crederes rediuiuum ex  
Cretrorum cinere sapientem adesse, de illorum grege  
utique, qui nouam, si superis placet, in rebus diuinis in-  
ducunt scientiam, nihil scire. Concilia, diuosque, et Religio-  
nis interpretes nefarijs verbis proterentes; quoniam homines fue-  
re, errare potuisse, atque adeo exrasse dictitant, seque solos  
communi hominum fragilitati eximentes in Angelorum numero  
reponunt, quasi idem sit Anglum esse, et Angelum, ac non



ipsi iam illud nomen ceteris schismaticis, et inscitia sic profanassent, ut non una modo littera, sed totum caelo ab Angelis differre sit appetitissimum. Nihil credendum aiunt, nisi quod sacra littera identidem planis vocibus asperunt. Id quoque Saad alites, quam suus quemque genius docet. Praecipua catholici dogmatis capita in nauis subtrahatis, Phrygisque illius fabulatoris commentis censent Sabenda, atque imprimis Purgatorium, quod ultra chimeras omnes putant ablegandum, forte quod Puritani sunt, nihilque Sabent admodum, quod illis flammis sit purgandum. Neque facile statuas, potra ne sceleriores sint hi homines, qui suos nihil credere vident, an a mentiores, qui hoc eis liberum esse putant, omnia ad cerebri sui mensuram credere; ut quomuis nobis ab Aristophane Becceselenum prodire vatem repente, et scripturae interpretem orbi Cantare credas posse propheticum melos.

Puritanorum impietas, et in scripturis explicandis confidentia.

Felicissima nimirum Anglia, qua non septem hoc aeo, ut graij illi Veteres olim, sed in singulis vrbibus, vicisque <sup>Theologorum, ac sapientum</sup> ceu pecudum greges numerat ~~capientes~~. Porro Symmysites profanata teterrimis conuictijs sacrorum Religione labefactanda Pontificis auctoritati arietem admouit, hanc sibi velut praecipuam fidei propugnaculum demoliendam ratus. Coli eum a catholicis ut Deum Pontificis Maximi auctoritas sedentis pedes fcedo obsequio adorari; eique tantum non aras ex-<sup>oppugnatum.</sup> citare; imperium in omnes arrogancia, et sceleris plenissimum usurpare, brutis fulminibus orbem perstringere, vnaque bulla terras, ac maria sedibus suis exciri posse credi miserime. Postremo affata eius omnia, voces vulgo catholicorum pro orau-  
 li esse; quae conspicuis erroribus haud leue credentibus creent exitium. Neque Aloyricae abinsita in sacrosanctam sedem veneratione, et pietate cum aliqua etiam non vulgari eruditione coniuncta iniucundum fuit, aut difficile ista Capoma-  
 bygum tela, contumeliasque clari argumentis recundere. Ac primo coli a Catholicis omnibus Pontificem non ire inficias, sed illo thure, quo Reges, Principesque ediscent, debita aduersus summam potestatem obseruantia, atque obsequio, cuius rei gratia Arabum siluae nihil omnino detrimenti patiantur. Neque verò Regibus minorem censerit debere

capitulum, illudque  
 in mandatis ministris  
 ...



debere Pontificis auctoritatem abijci, qui modo sciant commissas illi  
 esse claves, quibus caelum pro arbitrio claudat, clausumque ape-  
 riat. Terras quoque quam late animarum ditio patet ei subdi-  
 tas esse debere, neque frustra dictum esse ligatum fore in terris,  
 quidquid inibi ligasset ipse. Denique quid attineret de eare  
 fusius disceptare, cuius odium solum apud Anglos non veritas  
 laboraret; quippe cum eorum argumenta plurimis iam pridem  
 scriptis essent confutata, multis <sup>ultra, citroque</sup> ~~tam~~ propositis, quibus se irre-  
 titos confiteri deberent nimirum, nisi etiam gordios Religio-  
 nis, ac fidei nodos ense nosset solvere. Ad haec cogitans,  
 quando nunquam errasset illa sedes, rei gestas Ecclesiae, scrip-  
 taque omnium aetatum scrutari identidem iubebat; tum si  
 tale quidpiam inuenisset, gloriaretur demum se Christum  
 in promissis suis haud satis fidelem deprehendisse, quippe  
 cum huiusmodi iactantia fidei esset plenissima. At illum huius  
 memoria sua cum argumentis desitit; neque enim rationis  
 tantum ad dimicandum, quantum arrogantiae attulerat.  
 Sed pestinacia haudquaquam defeit, qua una memoriam  
 omnem, dialecticamque supplevit. Est omnino Herauleo  
 robore, animis que opus ad hos Antecos extinguendos, qui pro-  
 strati, ubi terram, de qua sola loquuntur, ac sapienter tetigere,  
 non vires pro victoria, sed pernicitiam pro viribus resumunt.  
 Hac oppido instructus ad alteram fidei arcem subruendam om-  
 nem dimicationis impetum conuertit. Eucharistiae myste-  
 rium; quia comprehendere non poterat, reprehendere, quod  
 aliquanto erat facilius, cepit homo ingeniosus scilicet, non  
 modo disertus. Cuncta enim in unum e Caluini pharetra  
 petita blasphemia tela congeserat, quibus id impeteret, Deiq;  
 opus inscrutabile peulantius rimando impuri oris intempe-  
 rantia prouehabatur longius, ignarus Stagiritam olim inanis  
 ingenij viribus exultantem in Curipum, cuius arcanam na-  
 turam, reciprocosque ludenti vnde aestus perspicere haud  
 poterat, desperata scientia praecipitem se dedisse. Sed  
 felicior fuit Symmytae in immensum diuinorum myste-  
 riorum gurgitem sese immergenti irrisoria porrigente ei  
 manum diuina gratia, saluumque Aloysio <sup>in ope</sup> ~~in ope~~

Eucharistiae sacrosanctum  
 mysterium indubium de-  
 uocatur.



ac subsidij ex illis  
~~non manna raptum, sed de fornace~~ infidelitatis undis exipiente. Neque  
 enim illud panem esse solum è furno raptum, ut ille impiè blaterabat,  
 sed è caelo animatum dixit, quem suis Ecclesia adorandum, et vero  
 manducandum proponeret. Neque metuendum esse ne aliquod  
 idololatriæ scelus in illius cultu contrahi queat, quem Deus ipse car-  
 nem suam pro mundi vita datam Sæd obscuris verbis in Euan-  
 gelio pronuntiasset, nisi forte Ies quoque Sonorem omnem deca-  
 sendum censerent heretici. Neque figuratum esse, vel ex hoc  
 posse intelligi, quod Veritas ipsa identidem manna similem esse  
 neget, cuius præsidio olim in desertis oris Judæorum populus fuit  
 sustentatus. Panem esse illum quidem, sed caelestem, quem qui  
 manducaret, immortalem esset vitam acturus, manifestè utiq;  
 argumento plus ei aliquid, quàm vulgaribus ex illo Caluini fur-  
 no panibus, quibus illa vis deesset, qua corpora ab interitu vindi-  
 cantur. Quòd si id huic uni pani proprium sit, atque id cla-  
 rissimis Euan-gelij verbis confirmatum, quisquam est tam perdi-  
 tus, tamque profligatus, qui audeat negare; quæ tandem, inquit,  
 est ista impietas, et pereundi libido veritati manifestæ tam in-  
 felbè obductari? Cætera, quorum maiestatem haud effabilem  
 mirari omnes, ac venerari voluit Deus, scrutari noluit, cole-  
 ret potius cum uniuersa Ecclesia, et fidelium munus obire,  
 quàm perire mallet. Neque ullo in argumento eam debeat  
 mirabilis illa suadela, quam illi à natura ingenitam auxerat  
 pietas, ælulque diuini Sonoris. Neque enim aliam vltam,  
 quàm Eucharistice causam agebat vel ardentius, vel copiosius.  
 His auditis videres hominem eloquentissimum verum pondere,  
 verborumque pertinacia consternatum iam vix loquentem. Fluc-  
 tuare enim incipiebat in errorum sacrum, schismatisque patrij  
 fretis. Sed interea tam multis affectionum quasi ventorum  
 cum opinionibus, atque impietate inueterata certantium turbini-  
 bus agitabatur, ut cum varijs sententijs in omnem partem rape-  
 retur, in catholicorum portum tandem, in quo est vera salus, quiesq;  
 confugere statueret. Induo inter hæc elapsi vixere interim  
 spes suas Aloyria, hominemque hortari consilia sua in  
 crastinum ne differret, quippe cum et presentem diem ad  
 penitentiam



Minister Aloysia hortationi-  
bus ad fidem conuertitur.

penitentiam lucrari posset. Caueret aliqui, ne hunc amitteret, et illi non teneret, cum illud sit certissimum, maximum esse in rebus diuinis vel vnius horæ detrimentum, vnamque Soram vitæ totius esse portionem. Ille animo inter pudorem, metumque suspensio, cum hæsis-  
set aliquandiu; postremo salutis amore metum omnem vincente, cum iam non verbo tantum, sed mentis quoque pernicacia eum de-  
skitisset; ingenij sui fascies veritati submitit, diuinoque lumine ve-  
terem caliginem ab oculis dispellente, victum se orationis vi pro-  
fessus non inuitus in Catholicorum dogma concessit. Grata Aloy-  
sia in paucis fuit eius conuersio. Quippe vir ingenio, verbisque  
proptus, fama quoque eruditionis inter suos celebris, ad reliquorum  
instructioem illustri exemplo haud parum momenti allaturus vi-  
debatur. Itaque gratulata ei effusis verbis rogauit identidem,  
ne suam in fide capebenda pietatem, quam in retinenda constantia  
clariorem esse vellet, neue committeret Paulum iam pium anti-  
quis aliquando Sauli maculis aspergi. Hæ quoque preces non  
minus, quam reliqua efficacis disceptatio apud illum obtinuit.

Cæterum post actas numini, atque ingenti Aloysia benignitati gra-  
tes ad suos reuersus temperare gaudio non potuit, ne quod pectore  
inclusum ferebat, libera voce efferret, Catholicum se esse, hocque  
beneficium Aloysia debere, quæ diuino verborum pondere, ta-  
citateque virtutis e vultu promicantis oratione, id, quod ratione eru-  
ditorum hactenus nemo potuerat, sola esset consecuta. Illi  
non ~~est~~ expectate rei nuntio perculsi patiebantur quod olim in-  
pessimantibus sacris Corybantes solebant, magnoque furore ex-  
ardescerent, in super lingue proccacitate ad conuicia delapsi  
percontari capere, quanam hominem catholicis rebus ante  
semper infestissimam repens amentia inuasisset. Eundem  
Puritana acria læuigatum, et ad doctorem propemodum ado-  
latum, amplisque apud se agendis, et honoribus semper affec-  
tum a muliere superatum ad Catholicos desecisse frendebant  
scilicet. Cumque ille haud semper ignominiosum esse virum  
doceret, et veritati cedere in pulcherrimis triumphis nume-  
rarret, eisque author esset, ut Aloysiam quoque adirent, indo-  
mitamque animi pernicaciam suo olim scelere auctam,

Minister conuersus alios adidem  
hortatur.



et confirmatam eidem iugo secum submitterent, et nefarie constantie, praecorium, famamque sua salute nequaquam potiore exultarent, rabie accensi, quam maledicentia, calumniisque, laudiquaque poterant, factis expleverunt; hominemque congressu suo per summam ignominiam prohibent; moxque gravibus accusationibus circumventum in vincula duci publica auctoritate curarunt. Fuit ille locus sorte sua, cui tam brevi cursu portus obtingisset. Neque sordes eum, pedaque loci malebant, cum cogitaret nullum carcerem corporeo illo esse ceteriore, in quem se a natura pridem compactum esse meminerat. Neque enim Tyrone suum in vinculis dereliquit fides, quem ad impietatis laqueis assertum libertate Evangelica, atque Angelica donarat, animosque dedit Anglicis catenis, ac dolibus parens, quibus omnem contronelianum indignitatem, tediumque carceris, pie, ac libenter exorsuit. Acceptis enim his incommodis, atque infamia tantum absuit, ut quidquam de suscepta religionis ardore remitteret, ut etiam palam dictitaret venientibus ad se consolandi gratia praecclare vero secum actum esse, cui Dei causa in carcerem includi contigisset. Et eum quidem per se satis incitatum ad maiora, si fidei honor deposceret, perferenda, suis verbis inflammare cupiens, addiit Aloysia, premia memorans, quae provincenibus proposita, solus animo complecti posset, qui oculis praesens subiecisset. Simul monebat in hac vice militia perpetuam cuique cum arumnis, ac tentationibus indicum esse certamen, neque ulli induci<sup>as</sup> obtingere. Quo magis ei gaudendum esset, quod ex omnibus gloriosissimum ei pro fidei honore pretium obtingisset. Neque enim in hoc martyrii, glorieque in mortali stadio post atsecarum omnium memoriam clarissimo suum deesse gratium. Videret porro ut, si in eo fides ad currendum invitaret, comprehenderet, cursumque fortior consummaret. Ceterum ille constantia memor semper fuit, omnesque insultus ea feliciter sustinuit, quo notiora ei erant haereticorum mysteria, propriisque eorum telis iugulabat. Itaque magno subinde animo in arenam gladiatoriam cum falce, relique sanctae Religionis, ac fidei descendere coactus, Christi in veritate tuenda mirmillonem egit egregie. Sed mortem, quam perferre quoque non abnucebat, ne subiret, amicorum gratia, precesque multorum valere. Afferus e cap- tivitatem Hispalem Aloyse consilio petijt, litterisque diuicinis

Minister Hispalem proficiscitur, et theologiae insignem operam nauat.

operam



operam dedit, ut vulnera multorum animis olim inflictâ sanioris doctrina velut malagmate obducta sanaret, damnunq; Ecclesie illatum pari pietate, ac penitentia resarciret. Neque minori huius ingenij gloria, quam inter suos olim veritatis exacte scientia curriculo sacerdotis initiatus in Angliam virtutis pariter, atq; eruditionis plurimum reculit, et velut Paulus alter conualuit aduersus hæreticos, eoque qua doctrina, qua morum integritate, reliquaque sanctimonia gloriose confudit.

## Caput 19<sup>m</sup>

### Ad solita pietatis opera Studium conuertit.

Ingenti reddite libertatis dolore afflictam hoc vnum consolabatur, quod ipsidem quoque vinculis misericordiam in captiuos semper, inopesque omnes propensam, secum expeditam, liberamq; cogitaret. Itaque opitulari communibus merentium aerumnis statuebat eoque quidem ardentius, quo acriores animo, sensibusque stimulis recens acerbissimum memoria, carcerque perpesus subiiciebat. Cum ecce imminens ab Hæreticorum insidijs discrimen, mina que denuntiata moderari pietatem coegerunt. Mandatum erat custodiarum prefectis, ut quocumq; urbis carcere inuenta fuisset Hispana Virgo, cuius charitas, quam nomen omnibus erat notior, clariorque, in eodem porro detineretur. Factum id erat Episcopi Cantuariensis opera, quod intellexisset eam non necessarijs tantum vitæ subsidijs, sed consilio quoque, monitrisque captiuos viuare, omnesque ad constantiam, nominisque catholici dignitatem fortiter tuendam animare. Illud vero angebat vel maximè, quod iniurandum Regium eius verbis proteri, multosque à prestanda fidelitate auocari audisset. Itaque cum omnis pœnis excruciantem tam proiectam audaciam iudicaret, immane contempti sexus ostentum nulla meliore victima, quam proprio

Solitam vinebis misericordiam præbere satagit.

Cygalularij cura datur, ut quouis in carcere inuentam detineant.



sanguine procurari posse existimavit, uti eo calcatam iuramenti ma-  
 iestatem expiaret. Versabatur illo tempore in Anglia cacodaemon qui-  
 dam persecutionis prefectus, et architectis tormentorum, qui Sauid ita  
 multo post anno. 1614. Desertis Britannia. penetibus antiquis in  
 Japoniam migravit postrema illa quidem persecutione; sed quae Dæmon persecutionis prefectus ex  
 Sactenus auditis, tormentorum atrocitate longe prior existit, ut fa- Anglia in Japoniam migrat.  
 cile appareat ab insigni Tyranno, nonneque crudelitatis authore fuis-  
 se agitatam. Neque id ille negavit solemni exorcismo adactus, sed  
 ex Anglia se venire citato cursu aiebat, in qua Sactenus domici-  
 lium habuisset, ac persecutionis excitanda prapisset. Ut intelli-  
 gere ex hoc possint omnes, Anglos homines ingenio cultos, atque Sumano  
 prædior, minimeque malos, graui illa, et inueterata immanitatis  
 nota esse liberandos, quorum nomine importunissimus Sumani gene-  
 ris, fideique, et honorum omnium Solis, tanta in pios crudelitate  
 deseruerit. Cetero maioris spe præda euocato, et arida Japonia  
 loca pio natorum Christianorum sanguine irrorante, aliquam in  
 Anglia fortasse a longa persecutione malitiam sperare possumus,  
 nisi forte septem nequiores illo ad labefactandum Ecclesie Sta-  
 tum subintrarint. Itaque tunc ille quidem in Angliam erat,  
 magnumque aliquid Aloysia per Cantuariensem Archiepiscopo-  
 rum insignem seuitiæ suæ satellitem, ac administrum con-  
 parabat. Neque imparem sibi, tormentisque suis pugilem nactus erat  
 quippe quæ humana tormenta præcellere contemneret, mortemque quæ immortalis uitæ initium est,  
 etiam in bonis <sup>ducebat</sup> ~~conterebat~~, nisi Deus distractis eius consilijs, ad aliam gloriam,  
 deusque ignaram reseruasset. Ergo trepido nuntio exciti  
 Catholicis familiares quidam ad Aloysiam accurrunt, et com-  
 muni consilio inhibent, ne ad carcerem eum certissimo vitæ  
 exitis se conferret, docent structas pietati insidias, intentosq;  
 in vnus perniciem omnes ergastulorum custodes sedulo excu-  
 bare. Caueret etiam, atque etiam ne, quod iter <sup>exilis</sup> ~~innotis~~ denun-  
 tiatione, totque periculis, ac <sup>telis</sup> ~~sanguine~~ interclusum sibi esse in-  
 telligeret, importuna pietate capeberet. Erat hoc illi acerbissi-  
 mum, quod et patendi spe, et agendi opportunitate exclusa ea  
 declinare <sup>timere</sup> alieno metu cogeretur, quæ semper contempnisset. Paruit  
 tamen tam obnixis omnium Iudij, ac necessitati. Sed ni-  
 mirum omnia semper pietati patent, neque ullo loco virtus exclusi  
 potest

quippe quæ  
 etiam in bonis

De periculo admonetur, atq;  
 a carceribus visitandis auocatur.

X



potest. Inter infestos lictorum gladios, et obseptas exuibus plateas  
 viam inuenit, qua carcerem obstantibus incastrum omnibus adiret.  
 Litteris quippe, nuntiisque vltro, citroque missis vincit inter  
 aerumnas, et seua carnificum ingenia desituro haud tangit  
 segnius quam ante. Semper, consilio, rebusque idoneis subleuauit.  
 Hanc porro tempestatem grauis, ac tetra siue ex lethifera, caeli  
 temperie, siue ex alijs orta, causis pestis excipiens Londinum fe-  
 da clade euastauit. Cum illa alia lues haud perinde nota, et  
 funesta morborum colluuiis vires coniungens desperatis medela,  
 artisque subsidijs breui tempore vrbs amplissima, ac populosissi-  
 ma faciem multiplicatis funeribus mirum in modum deforma-  
 uit. Multis quippe hominum millibus vagante per omnes atro-  
 citer lue absumptis, ceteri deserta vrbe, qua sollicitus metus  
 agebat, ne eodem malo affarentur in omnes partes diffugere.  
 Itaque Aloysia cum aliquandiu hospitio matronae cuiusdam  
 Hispaniensis, quae Patricio Londinensi matrimonij vinculis  
 coniuncta erat, insigni cum beneuolentia, plurimisque officijs  
 vasa fuisset, in aedes legati concessit. Cas tunc ille, vt quam  
 longissime ab omni contagionis discrimine abesset, reliquerat,  
 suamque salutem iudicio medicorum ruris delicijs permiserat.  
 Solemnes forte feriae surgentis e tumulo Christi agebantur,  
 cum eam Legatus ex vrbe, vt animum amena natura blan-  
 dientis facie, puroque aere recrearet, euocauit, salutis eius  
 studio permotus, villamque suam obtulit, cuius amena tem-  
 peries salubribus l'etijs blandissima aura caelum expan-  
 dit suauissime ventilabatur. Ceterum cum vis mali grassare-  
 tur in dies, neque quidquam brumae rigor, geluq; <sup>remitteret</sup> frangeret, ~~re-~~  
 mebant medici, ne solis aestu accedente latius infesta conta-  
 gione glisceret: simul negabant tutam cuiquam in vrbe hu-  
 iusmodi malis obnoxia, tantaque aeris corruptione, et aegro-  
 rum occurrentium copia esse valebunt. Quocirca Aloysia,  
 ut amariis, caeli habitus ad arcendum aggritudinis periculum medicorum impetu  
 caperet, in vicinam legati rustulo casam concedens, oblata camporum  
 amenitate, rurisque silentio ad perennes spiritualium pau-  
 diorum exercitationes vasa est. Neque minus assidua interim  
 in obuijs quoque ad pietatem excitandis pari indubria, ac

Pestis Londini feda grassatur.

Aloysia in legati rustulo  
se recipit

contentione



contentione sua, atque aliorum omnium perfectioni studebat. Periculi denuntiatione, seuque suis agitatae terroribus, nunquam tamen necessitati, formidiniue cedebat, quo minus teterrimos ab impiorum animis, longaue consuetudine, ac usu inueteratam impietatis, hereseosque pestem depelleret.

# Caput 20.<sup>m.</sup> Varijs casibus acerbius affligitur.

Gravem non Aloyia magis, quam <sup>ps</sup> suis omnibus molestiam ea fama attulit, quae de legati discessu nihil huiusmodi opinantium aures acerbis rumore afflauerat; quod hic vir esset potissimum, cuius virtute, atque auctoritate res catholica his temporum perturbationibus nitere-  
tur. Illi rei occasionem huiusmodi casus praebuit. Prodierrat libel-  
lus quidam aduersus <sup>lumi</sup> Pontificis auctoritatem Regis Anglicani nomi-  
ne inscriptus, cuiusque Principibus Christianis dedicatus. Cum legato  
Caecilius, cui erat magna necessitudine coniunctus, non minimi benefi-  
cij loco miserat cum egregia amoris testificatione, solitaque humani-  
tate. Sed ea erat legati in summum sacerorum Principem praetax,  
ut ne aspectu quidem libri ~~oculos~~ oculos visitari pateretur, qui ad tanti  
nominis suggillationem pertinebat. Et hoc erat nimirum Regis sui  
dignitatem tueri, qui pro amplificanda Ecclesiae, atque illius nominis  
gloria Imperij sui vires, opesque deuouit. Erat gentiliu suoru  
desiderium emulari, qui genibus reptantes pro Reuerentia <sup>erga illam se =</sup>  
dem, <sup>singulari</sup> contra  
Sortes eius ~~de~~ execrabiles, dirique irretitos dimicare voluerunt.  
Neque enim legatus quidquam atrocius admitti, aut scelestius posse  
videbatur, quam maximum Ecclesiae hierarcham diuinitatis opi-  
nionem, <sup>atque inueterata religione</sup> <sup>populis</sup> omnibus, sacrosanctum nefarijs conatibus lacerare, eiusque  
nomen, atque auctoritatem obtinere velle. Ergo remittit mu-  
nus non eadem, qua solebat, <sup>honoris, ac</sup> <sup>mutual significatione,</sup> beneuolentia; de cetero spendens nul-  
lum officij genus praetermissurum, quod sine fraude Religionis,  
debitaque ~~de~~ pietatis dispendio fieri posset, cui utique amicitiam

libellum Regium contra Pontificis auctoritatem scriptum ad semipsum legatum repudiat. &c.

humanam



Rex legati facti plurimum offendit.

Summam, et reliqua necessitudinis iura posthaberet. Quibus ille  
dictis dum Ecclesie causam propugnat, graua sibi purpuratorum odia,  
atque implacabiles simultates conflauit. Inijs cum hanc ignominia  
labem Rex vnus maxime, qui praecipuam dedecoris portionem sibi in-  
vltam sentiebat, acerbior ferret animo, <sup>uulnusque adeo alte in medullas adact</sup> ~~et in~~ ~~et in~~ ~~et in~~ ~~et in~~  
foret, ut coire, aut saguari igitur posse uix uideretur, ira indies sauiora animo  
concepta, quam assidua Principum conuulsio, furorque accendebant,  
ita demum exarsit, ut Legati discessum Suid obscuris artibus moliri  
videretur. Neque haec virum omnibus inuidia, aut popularis au-  
ra flabibus inconcussum terrere potuerunt. Quam ob rem <sup>memor</sup> ~~et in~~ ~~et in~~ ~~et in~~ ~~et in~~  
ad iter vltro comparatis, postremo <sup>in memoriam</sup> ~~et in~~ ~~et in~~ ~~et in~~ ~~et in~~  
statuit ad officium suum pertinere, uti Regiam de discessu suo moneret, eique suam  
operam, studiumque deferret. Cuius quidem animum hic nouit  
maiolem in modum deiecit, minus iam adolori in tanto rei Chri-  
stiana exitio imperantem. Nam carendum erat illo viro, in  
cuius autoritate, ac clientela omnium salus, atque inobum-  
tas Religionis sita erat, neque rei diuina, quam in eius edi-  
bus hactenus perceperat, copia iam vlla esse poterat, neque  
eorum omnium, quae ad propitiandum numen a pijs adhiberi  
solent. Verum hanc tempestatem breui benignioris sideris  
fulgor depulsa superioris irae caligine discussit. Rex enim inex-  
piabili acceptae calamitatis iniuria, ignominiaeque memoria obli-  
terata, detersis superioribus odijs, pristinam beneuolentiam,  
ac propensam gratiam Legato obtulit, quod intelligeret id pie-  
tatis magis causa, quam despicientia fuisse factum. Hanc  
interim praesentis laetitiae vltuptatem turbauit mors Thayeri  
quem ob eximias naturae dotes, animumque magna scientia,  
et exactae prudentiae praesidijs a longo usu instructum consilijs  
suis legatus admouerat, ratus nihil in illius Regni negotijs  
tam difficile posse occurrere, quod non illius virtus, ac doctrina  
superarent. Quae res adeo bonorum sefellit neminem, ut  
omnes certatim felix eo nomine illud Angliae tempus fuisse  
praedicarent, quod vel illum virum tulisset, vel ad illos hono-  
res exaltisset. Nec queri de aetate licebat; sed tamen licet  
vitam sibi debitam peremptorio iure natura reposceret,  
virtutem sane, ac sapientiam Religio temporibus impedi-  
tissimis desiderabat. Fuit hic casus Aloysia acerbus, ac

Thayeri mors omnibus  
probi acerba.



eius benevolentiam privatim saepe numero esset experta, sine quod  
 grauis, siue quod communem Republica cladem apprimere sentiret, quae in eius interitu magnam dig-  
 nitate iacturam fecisset; siue quod  
 Operat enim ille aliquot annis legati, ac Religionis causas tanta  
 Ecclesia incommodis commoueret,  
 cuius nomen uniuersum in illis  
 oris unius prudentia, consilijque  
 interetur iampridem, atque acquies-  
 ceret.

animi aequitate, ac moderatione, Principumque gratia, ut qui  
 eximio  
 doctus scientia robore hostibus metuendus erat, et aduersus om-  
 nes iuris iniurias inuictus, publico iudicio omnium gratissimus  
 haberetur. In hunc enim virum praeter praecclaras eruditionis  
 dotes, summa etiam, quae Principibus placere solent, natura char-  
 ris conalerat, natura comitatem eximiam, decusque in omni  
 congressu nimis pariter, summisque venerabile, quibus rebus  
 effecerat, ut quaecumque ad fidei utilitatem peteret, illuc impe-  
 traret. Huic casui inexcitabili acerbitatem ordine succedens  
 P. Personij interitus haud dum obducta veteri cicatrice noua  
 plaga insanabilem animo dolorem non detersis adhuc lacrymis  
 inusit. Sed nimirum unum calamitatis perfectae numeris  
 in hisce moribus deerat, ut virum quoque funus postremo lu-  
 geret. Confessarius enim in vincula ductus, <sup>haud ita longo post intervallo</sup> ~~in~~ communi-  
 bus consilij Regij sententijs patria finibus arceatur. Illius  
 porro exilium ingenti eam afflictione perculit maerentem eod-  
 dem iudicio, ac tabellis deuotionem suam, consolationemque  
 proscriptam esse, parique exilio damnatam. Cum enim  
 nihil pietati reliquum facerent proditores, arctisque cuncta  
 lictorum custodijs obseptat tenerentur solliciti impedire  
 contendentium, ne quis vllum catholicae Religionis munus  
 obiret, hoc viro sublato verebatur magnopere, ne <sup>de antiqua</sup> ~~in~~ <sup>antiqua</sup> ~~antiqua~~  
 mentis consolatione, solitaque in rebus omnibus subsidio, ac consilio  
~~beneficentia, atque interpretatum obsequium~~ ~~beneficentia~~ ~~beneficentia~~ ~~beneficentia~~  
~~repulsum deperderet.~~

In his omnibus unicum malorum solatium respiciens diui-  
 ni numinis fiduciam, a qua solidas animi consolationes pe-  
 remni velut fonte manantes saurebat, ad Deum confugit,  
 suasque ei arumnas magno cum maerore explicauit. Neq;  
 defuit illi diuina benignitas, quae exiit omnes sperantes  
 in se. Quippe in summa proscriptionis acerbitate ad futur-  
 rum prope diem exulem promittit, <sup>est visus,</sup> tantaque orantis animu  
 dulcedine impleuit, ut eodem tempore lacryma mutato fon-  
 te e tepidis salsererent, plusque gaudij, ac laetitia, quam  
 humoris genus aspergerent. Interea annis circiter quatuor  
 in lega-

*in legatione...*

*egredat Anglia, cuius maximae atque affectu partes absentis uirtute, et diligentia sustinebantur.*

X

X

in lega-



Legati ex Angliā discessus.

+

Legati virtutes eximiae.

in legationis munere consumptis Marchio probis, improbisque iuxta probatissimus, et absolute equitatis, ac virtutis laude praestitens, prospero, ac perpetuo tenore gloriae in Angliā versatus fuerat, cum acerbus ad eum de uxoris obitu rumor perlatus regni curis distractum haud leuiter perturbauit. Ergo missione à Rege impetrata ad suos reuersus magnum insignis prudentiae, atque indomiti vigoris desiderium, et memoriam sui magistratus in Britannia testatissimam reliquit, multumque honoris hoc munere transactae ante aeternae vitae partibus adiecit. Neque parum pro communi omnium salute, regnique amplitudine sollicita erat Aloyria, ut aliquis ei tantis rebus, atque eiusmodi honoris magnitudini par sufficeretur, qui et Catholici Regis expectationi, omniumque votis responderet. Scripsit ad suos super haec in illam fere modum: magnis bonis nunquam diu satis in rebus mortalibus gaudere esse licitum. Excessisse Angliā Marchionem de Flores, cuius digressu magnopere pij omnes commouerentur, propterea quod in maximarum rerum administratione, grauissimisque regni motibus eximiam eius opem semper, prudentiamque essent experti, et fœdissimis tempestatibus, quas mente prospicerent, eandem, aut sanè non imparē virtutem necessariam esse iudicarent. Atque illum quidem legationis gloriam tam alto, ac praecipiti loco posuisse, ut omnibus exemplum sequendi pulcherrimum reliquerit, asequendi spem penitus ademerit. Consilio, auxilio, beneuolentiā, reliquisque virtutibus multum catholicis iuxta, ac haereticis attulisse letitiam; Sed in magna voluptate vna tamen dolore affectisse omnes, quod desperarent fore ut quisquam ei similis sufficiatur. Cuius munus qui suscipiat, eximio rerum usu, et sapientia praeditum esse debere; magno Dei timore, singulari temperantia ut non tam dignitatis illi, quam virtutis tuenda necessitas imposita esse videatur. Ac primum magna esse debere in omni vita conuictudine, ac colloquijs familiaribus comitate; magna in rebus arduis constantia, neque minori in immodicis luxibus, lusibusque nefarijs refranandis Temperantia, falsumque, et quidquid à Christiana pietate abhorret, circumuidere debere, ne non sibi dumtaxat perniciem, sed etiam indigenis conspicua luxuriae periculum creet. Magno

identidem



identidem Religionis Catholicae studio, parique in negotiis civilibus prudentia instructum illi peccius esse oportere, qui inter Sacerdotes Regis Catholici, atque Ecclesiae dignitatem velit tueri. Quod si has omnes virtutes non suggillet per uicacia in alienis consilijs reque diandis, animusque prefractus, <sup>ac naturae acerbitas</sup> nimirum Marchioni de Flores similem futurum, in quo haec cuncta mirifice ad plausum usque intuisent. Itaque eum generis nomen, quod in Anglorum animis iam pridem obsoleuerat, vindicasse, eamque multorum animis opinionem inieisse, esse homines Hispanos non imperij tantum, sed virtutis etiam amplitudine inclytos. Quocirca in delectu successu magnam esse curam adhibendam, quod in ea Catholicorum salus, atque incolumitas vertatur, pro qua asserenda, ut multa gesserit Marchio, plura tamen alijs post se gerenda reliquisse: cui ut danda laus est in ijs, quae egit, ita in relictis neganda non est, propterea quod cum molesta ei excoera negotia fuerit, cuius furor, atque impietas accisa in maiorem semper laborantium gloriam repullularet. Illud porro legato absolute laudis, amplissimique encomij instar fuit, ita Catholicis omnibus placuisse, ut haereticis quoque non displiceret; in quo ut excellenda est virtus, quae omnes inuidiae insultus superauit, ita miranda est prudentia, quae praestare potuit in maximis Regni perturbationibus, totque saeuia minus molestis legationis muneribus nequid <sup>britannico</sup> momo reliqui esset, quod posset carpere. Porro enim huic, qui successit legatus, <sup>et eius plura idem in dolo, gemisque mitem uno omnes ore, in</sup> haud satis plena verum <sup>specimen reliquarum virtutum certatim offerbant,</sup> Anglicarum experientia, atque opinionibus, ipso statim munere sui principio imbutus, Aloyria, reliquisque Marchionis familiaribus haud eadem beneuolentia, ac consuetudine utebatur. Ad haec non sacram magis, quam teneram esse Regum maiestatem, sericis que verbis molliter esse tractandam; ac ipsos quoque haereticos beneuole, ac suauiter habendos, nullaque offensionis ansa iniecta amicitiam cum omnibus, pacemque sollicitè seruandam ceruebat, <sup>ut legationis suae iuncta amabili comitate, blandaque rerum tranquillitate comenda-</sup> Haec tectum illud, quod sacerdotibus, pijsque omnibus asyllum antea esse solebat, iam non perinde cunctis <sup>ret.</sup> patebat in ijs in magno Catholicorum dolore, non tantum sibi in illo opis reliquum esse cre-

dentium



dentium, quantum in Marchione prius experti fuerant. Quippe cum vita pariter, ac officio defunctus esset Thajlerus, Placentinos plures, quam Veronenses consilijs suis Legatus adhibuerat, quorum unum erat placendi studium, variisque adulationibus omnem illi veritatis conspectum adimendi. Uj erant fucati externa specie Polypi non homines cuncta ad utilitatem suam, placitumque vulgi, non æquitatem exigentis, nulla Religionis ~~pro~~ privato commodo, et voluptatum illecebris sollicitudine, Legato in omnibus blandientes, eaque suadentes, non quæ pietas, sed quæ libido suggererat. Quibus in hunc modum cuncta molientibus haud mirum cuiquam videri debet, si ea acciderint aliquando, quæ et acerba Catholicis, et hæreticis non parum iucunda existerunt. Libellos catholicos ad eius cedes detulerat non nemo, ratus fore ut sub amplissimi nominis umbra, tectoque latitarent. Is intellecto quod adversus præcipuos Angliæ ministros conscripti essent, plerisque igne subiecto concremari iussit. Ardebant doctissimorum virorum monumenta, ac pagellæ etiam semiululata, ut fit, flammarum, fumique impetu elapsa ulteriusque delata in hæreticorum ad ambulantium manus incidentes, <sup>omnium oculos</sup> ~~omnesque~~ legendi studio defixos cum voluptate detinuerunt. Postremo cum iam orthodoxa scripta <sup>esse</sup> constaret, alij effusis gaudijs exultabant, alij sibilis indulgebant, soli Catholici neque dolori iusto, neque ira suæ moderari potuerant. Quod si id ministrorum libris, atque adeo capiti, ut par erat, obtigisset, præclarè scilicet de omni posteritate meritis fuisset Lemniorum Deus. Sed illa res facti indignitatem extenuabat tamen. Ministros, adversus quos hæc scripta dicebantur, re parum attentè discussa, regni, statusque politici administratores dici putabat. Neque enim adhuc sciebat, quale animal esset minister, factionum, cruentum, omnium salutis infestum, nec legis, nec pietatis, nec boni alicuius, ac ne rationis quidem capax, obtentum ex omnibus vitijs, malisque conflatum infelici hæreseos abortione inter hyænas, Gorgonesque proiectum, quod ingenti vecordia, insuetaque nihilo minore infestum Evangelium nuper è

Libri catholici per errorem  
concremantur.

Minister quid esset Legatus  
ignorabat.



Lemano lacu exhalatum, per obscuros aliquot Europe angulos disse-  
 minat. Huius portentosi definitionem si in Platone, aliquid <sup>in audisset</sup> ~~invenisset~~  
 inter illam animalis implumis bipedis, cuius hae est species ultra con-  
 troversiam nequissima, <sup>pepercisset haud dubie stramonis, neque paucissset</sup> qua ad retundendam huiusmodi furiarum  
 insolentiam pertinebant. Et hae Aloysiam agebant, neque alia  
 interim deerant, quae conceptum ex huius rebus maerorem auerent.  
 In quibus haud parum acerba fuere eorum monita, aduersaque  
 sententiae, quorum consilio in rebus diuinis utebantur, postquam  
 confessorio orbata fuerat, quem pietatis nomine, exorandis sibi  
 criminibus delegerat. Alia quippe non nulla, <sup>illi diuina pietate segregantes</sup> utebantur, multaque  
 varijs studijs distrahebant, quae parum consentanea instituto iam  
 ante firmato videbantur. Vbi praesidium sperabatur, inde vana  
 conscientiae Religio oriebatur, nouisque inuentis, <sup>profunda</sup> animi quies  
 turbabatur. Cum enim isti multa suaderent pia illa quidem,  
 sed ab exorto vitae genere aliena; hae vero prioribus consilijs  
 studiosius adhereretur, neque eorum interim author, qui a  
 confessionibus ante fuerat, proderetur, omnem in se culpam, lon-  
 geque maximam contradictionem portionem deriuauit. Quam-  
 obrem peruicacia notis inuisa suis identidem suspecta, atque  
 inuisa reddebatur, omnisque eius virtus in discrimen vocabatur.  
 Cuius enim pietas, animique celsitudo laudari debuerat, eius  
 rei gesta vitio ascribebantur, et veris rerum vocabulis immuta-  
 tis, egregia insequendo vitae praecleara instituta constantia, obstina-  
 tione suffillabatur; neque reprehendere eam quisquam poterat  
 nisi simul laudaret, <sup>quando</sup> ~~ita~~ se omnibus virtutum <sup>segregie</sup> numeris, perfec-  
 tam praestabat. Sed nempe praecipuum adamanti decus detra-  
 xerit, qui malleorum ictus, ferrique tridentis contumeliam  
 ei velit adimere. Non ullo alias virtutis genere clarior ex-  
 stitit Aloysiae patientia. Certè oranti Deum, ut hos animi an-  
 gores, molesterque mitigaret, responsum est, <sup>augendos</sup> eos  
 esse, non minuendos, nisi forte aliquid gloria sua detractum  
 mallet. Et nimirum tot terras, mariaque emensa, ut quaer-  
 eret, quod pateretur. leue olim vitium erat, quidquid ab occasu  
 venienti Septentriones minarentur. Itaque oblatis iam Dei  
 amore, quas saepe appetuerat, delicijs fruabatur. Et licet auer-

Pugnantes, quorum sententia, et  
 consilia sollicitam habent.

Patientia eius cum singulari con-  
 stantia coniuncta.



tissimus eorum dolor esse soleat, quae à pijs hominibus, nobisque,  
ac familiaribus perferuntur, Christi exemplum, crux, alba, diuo-  
rum Societas, reliquaque cogitata, quam dictu ampliora inou-  
lis sita omnem doloris aculeum retundebant. Ardebat in  
meditatione charitatis ignis, illudque occurrebat exercitatio-  
nes huiusmodi vnam esse virtutis obrussam, ad quam synce-  
rum illius deus probari soleret. Neque aliud iam esse dolo-  
res credebat, quam gloria<sup>sua</sup>, segetem ad certum perpetua bea-  
titudinis fructum herbescens, postquam his adhortationibus in-  
citata Deus omnium maledicta, laeuaeque de se suspicio-  
num opiniones iussit contemnere. Enim vero nihil omni  
tempore obtreptione fuit communius, nihil, quod liberius e-  
mittatur, nihil potremo, quod gloriosius contemnatur. Siqui-  
dem haec lues praecipuis nominibus infesta semper solet exi-  
stere, neque sanctissimis quoque viris vnquam parcere  
potuit. Morum enim Princeps, <sup>Christus</sup> nulla sceleris contagione  
afflatus, et ipse tamen à maledicis nouissima calumniarum,  
atque infamia exempla passus est, nobili documentis mali  
suius immunitatem, quae ne Deo quidem obtingere potue-  
rit, hominibus haudquaquam esse sperandam.

## Caput. 21.<sup>m.</sup>

### In persecutione praesidia comparat.

Cursum interim suum tenebat infesta aequali tenore  
persecutio semper sospes, nullisque caedibus expleta, cuius  
intolerandam atrocitatem duorum ministrorum (iam enim  
nomen notum esse arbitror) nefaria impietas, ac stupor ad <sup>certissima</sup>  
Catholicorum <sup>nomini interfectionem</sup> ~~persecutionem~~ accuebat. Erant ij duo  
terrae filij, malisque artibus e gurgustijs suis, vilissimique  
opifij tenebris nulla aut virtute, aut eruditione insignes  
in Episcopatus lucem Londonensi, ac Cantuariensi sacerdotio,

Episcoporum Anglia duorum  
seuicia.







præsentem declinaret, mox in alios nihilo his mitiores incidebat.  
 Non nox, non dies ab insidijs tutos præstabat; erantque, qui eodẽ  
 tempore auaricia, et crudelitate intus grassabantur, domoque  
 prodeuntes ex insidijs appetere, et in vincula ducerent, cum id  
 quisque putaret ad officij sui commendationem esse pulcherri-  
 mum, quod esset teterrimum. In tanto discrimine latronibus  
 omnes aditus occupantibus, urbemque Siluis, et Caphareis saxis  
 infestiores reddentibus, nemo satisquam viam insisteret, quam  
 declinaret, consultum habebat. Non tuti erant innocentia sua  
 Infantes, non sexus imbecillior hoc saltem ab eis impetrare po-  
 terat, ne media luce inspectante sole crudeliter raptaretur.  
 Ne Hospitij ius quidem sacrum illis fuit, fores, ianueque iura  
 violantibus, arcesque, et arcana omnia, quæ sanctè obserari solent,  
 aperientibus; quippe cum claves in capulo ferrent, passimque sce-  
 lerum, ac rapinarum veligia ad ingentem omnium luctum fixa  
 relinquerent. Quo circa cum Catholicorum cadibus satiare animos  
 non possent, eorum contumelijs oculos, loulorque latrocinij exple-  
 re egregie nitentur. Post fortunas demum in libertatem, vi-  
 tamque omnium sequutum est tanta importunitate, nihil ut  
 illis hominibus post natum Athamantem truculentius exhibisse  
 unquam videretur; neque piorum cuiquam hoc tempore Londini,  
 sociisue vicinis aut otium, aut negotium securum esse possit.  
 Volenda fecisse hactenus gaudium illis fuerat, ad exuberan-  
 da quoque animum abinnata audacia adiecere hyena ad om-  
 ne nefas, cædesque proiectissima. Et ne quid omnino deesset  
 quo funeli nominis diritatem implerent, in sepulchra uerunt,  
 viuisque vexatis in laruas tandem nefarij, impijque belli  
 impetum conuerterunt. Aliorum caduera e terra vici-  
 ribus eruta, ferisque obiecta, alij tumulo prohibiti, alij in cam-  
 pos, viasque publicas insepulchi abiecti. Neque illius feri-  
 tatis exempla in infima dumtaxat fortuna, sed in viris haud  
 obscura quoque nobilitatis edidere. Nisi forte parum clarũ  
 esse credant, quam indignis modis Georgij Cottoni, et Brouini  
 equitum auratorum inclyte stirpis hominum corpora inspec-  
 tantibus, ac gementibus bonis, reliquis etiam læticia quantibus

Caduera Catholicorum e  
 sepulchris eruantur.



affecta sint. Neque angulis Britannia angulis furorem suum  
 circumscribere potuit feralis persecutio, sed in reliquis orbe que-  
 sivit qui Anglicano Teutæ litarent. In eorum numero fuit P. Balduinus feda prodicione  
 P. Gulielmus Balduinus, quem Belgij finibus aduersus omn<sup>ia</sup> in exteris terris capitur. &  
 Sumanitat<sup>is iura</sup>, indignis machinationibus <sup>subactio</sup> ~~subactio~~ excedere, ac Ger-  
 maniam mutato corporis habitu petentem persecuti desperatissimi  
 Veteratores in palatinatus oris comprehendere, indeque catenis  
 oneratum in Angliam abduxere. Et ille quidem in turre Lon-  
 dinensi teterrimis inclusus tenebris, hodieque permanet, licet  
 confuta ab aduersarijs immania calumniarum ostenta ita  
 confutarit, ut ne hircere quidem audeant Iudices, homines, alio-  
 qui, qui iam pridem iustitia cum conscientia, verecundiaque  
 sub infami hasta venalem posuere. Et nimirum integerrimi  
 Somines innocentiam in alienis terris nefarie laesitiam sui  
 carceris tenebris obscuratum iri arbitrantur. Sed ut reus causam  
 nimis iam diu dicat, diutius tamen illius Iudices dicent  
 scilicet, quos omnibus seculis infames nulla unquam absoluet  
 posteritas. His omnibus, præcipueque Sacerdotum Laniena  
 Aloyria, tam etsi gloriosas pro fide dimicationes, palmasque  
 inclita morte consecratas præcipua pietate venerabatur, gau-  
 dere tamen sine magno dolore haudquaquam poterat, hu-  
 iusmodi cernens tempora, quibus suorum erga se fidem, atq;  
 integritatem Deus cum tanto impiorum scelere experiretur;  
 grauitate metuebat, ne <sup>dum Anglia spoliato doctegia consensu,</sup> ~~concordis orationum multitudine daretur;~~  
 atque <sup>atque habebatur Religiois auctoritate, suæstis erroribus seruit, grauissimam</sup> ~~non modo~~ aliquando vindictæ fulmen exprimeret et ingrato  
 cladem acciperet, atq; diuinis <sup>suos coactis malis multibus aliquando</sup> ~~regno calamitosum.~~ Et vero in medias lictorum cateruas  
 erumpere gelbentem ne ferro se offerret ultro, cohibuit ali-  
 quorum vis, et imperium, ne tamen calamo excurreret, eun-  
 cere haud potuit. Itaque litteris in Hispanias missis opem  
 afflictis rebus spiritualem undique implorabat, et ignauam illo-  
 rum securitatem, qui alienos in atrocissimis tempestatibus  
 labores ex alto spectabant, periculis omnium cogitationi pro-  
 prius admotis ad virtutem excitabat. Rei enim erat eiusmodi,  
 di, neminem ut putaret, nisi sensus expert esset, non eius in-  
 tuitu commotum iri cum ad furcam, et vincula raperentur

Subsidium ex Hispanijs aduersus presentem calamitatem implorat.



insontes, ipsi dumtaxat criminibus abnoxij, quibus egregiam laudem omnes tribuere et soleant, et debeant. Ad haec matrimonij iura, fasque violabatur calcata Sacramenti Religione administrantibus cuncta solis ministris, rerumque diuinarum miserandum chaos inlientibus; Infantes baptismo arcebantur, qui non infeliciter tantum nati, sed ab Haereticis quoque <sup>ad infandas calamitates</sup> damnati solas lacrymas Sabebant, quibus pro baptismo aspergi possent. Itaque illius temporis acerbitatem, piosque assiduis aerumnis, et persecutione confectos misericordiae penicillo suis coloribus ad viuum expungebat, omniumque oculis videndos subijciebat. Et quoniam homines quidam luxu, atque otio in pacatis regionibus diffuentes, spectaculis, et ludorum voluptati tanquam essent dediti, in Angliam venire iubebat, ubi non auribus modo Machabeorum tragediam e sacris litteris propositam Saurire possent, sed coram cum maiori pietatis fructu spectarent. Quippe cum illi neque flamma succensa deessent, neque furia, viscerumque laniationes, ac omnis tormentorum congeries in theatrum proferretur. Catholici porro sicut Machabeis pietatis ardore, et constantia non cedebant, ita numero certe maiore, atque illustriore superabant.

## Caput 22<sup>m</sup> Graui morbo tentatur.

Inter hos infestae persecutionis terrores ferrum in horas opperientem morbus inuasit, et alienum negotium agens, in suo quoque eculeo afflictam haud minoribus, quam multi in carcere patiebantur, doloribus cruciauit. Reliquam sane carnificum seuitiam longa vnius anni inualetudine facile compensauit. Aerumnis confecta, multisque eorum laboribus debilitata, quorum afflictam valetudinem, aliasque necessitates sepe numero seuauerat, augente aegritudinem dolore animi, quod negatis martyrij tormentis cadendum foret, mori videbatur. Initium haec lues ab immodico pietatis ardore durisse

Morbi origo quae fuerit.

creditur



creditur, cum indicia eius rei haud vana exploratam opinionis fide non de vulgo Galeni medicis facerent. Ceterum cum ille pectoris angustijs includi non posset, erupit foras, et accensis medullis postremo etiam in corpus ipsum serpentibus per ora flammis redundavit. Septem omnino dies tenuit hoc incendium, cum tandem pridie illius diei, quo Christus Caelum petens clausas mortalibus fores reteravit, natura viribus pietati cedentibus solito vigore destituta defecit. Torpentem, animoque, et corpore consternatam <sup>non assidua</sup> ~~non~~ <sup>ardenti meditatione defixam</sup> ~~non~~ <sup>inter cadendum exolat</sup> ~~non~~ <sup>monerat</sup> ~~non~~ <sup>illud</sup> sponsa: fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langues. Et ipsi quidem floribus eam repente fulsit aegritudo, qui rosarum, quam spinarum minus haberent, quarum tamen asperitatem celestis gratiae superuenientis dulcedo extinxit. <sup>morbi</sup> ~~Illius~~ vim auxere ingentia victus, omniumque rerum incommoda, quae peregrinam mulierem inter haereticorum modia, calumque externum desertam maiori copia obruebant. Accessere ad haec gravissima corporis afflictiones, crebraeque vigiliae, et poenitentiae, languoresque varij, quos incurere necesse erat eam, quae huiusmodi vitam agebat, ut spre- <sup>subsidys</sup> ~~ti~~ necessitatis, solas crucis delicias nosset. Porro cum pharmaca naturae vires deijcerent, neque potu, ciboque illo uteretur, cuique vitellum unicum, quo affecti stomachi fastidium levare cogebatur, in magnis mensis numeraret, medicorum sollicitudinem in se convertit metuentium ne natura gravibus aegritudinis malis succumberet, praesertim cum omni quoque somni alimeto destitueretur. At enim in singularibus Dei beneficijs ducebat, quod exhaustam prolixis antecedentis diei ieiunijs famem dulcissimis in dies Eucharisticae epulis illibatam reservaret; quibus cum solita consolationum delectamenta admixceret Deus, stillisque aliquot perperisionis de calice suo affusus, acerbitates omnes condiret, potentissimo caelestis ferculi alimeto natura languentis debilitatem sustentavit. Cumque acutioribus interim telis corpus pungeret aegritudo, nullaque esset dolorum intercapedo, spiritum cum carne acrius huc tantem sapito vigore sensuum tanta repente caliginis vis

his diebus

affudit



Graue animi deliquium passa,  
quid egerit.

offudit, ut vix ulla medicaminum ope posset euocari. Aliquando  
tandem caput velut e timulo alleuans animum ad nouam dolorem  
aleam subeundam sensim resumpsit, qui cum essent grauiores, quam  
ut ferendis par esse natura videretur, velut in extremo rerum  
suarum articulo deprehensa diuina bonitatis auxilium pia  
oratione implorans clamabat: ut quid Domine recessisti longe?  
despicis in opportunitatibus in tribulatione? Cum eue interrogan-  
tem audiret, esset ne ad illos dolores si perpetui in omni vita  
forent, tolerandos animo comparata? Cumque responderet  
esse, eosque, si tolerabiles forent, aequamiter, fortiterque  
saturam, sin minus cedendo morituram. Inulit ille quid  
si aeternos sibi eos esse diuina iustitia cuperet, quem tan-  
dem animum ad eos perferendos experiretur? Haesit ad  
haec parumper vi morbi cogitationem, sensusque obxuerit,  
cum tandem in ea tanta aegritudinis cogitatione defixis in  
caelum oculis obstupescens, vigore reddito rem penitus discu-  
rens, animumque in diuina voluntate capeienda haeren-  
tem increpans. Quid agimus, inquit?, ita ne nefaria anti-  
que Resignationis obrepti obliuio? Paremus exemplo, an  
aequissimam Dei voluntatem respudiamus? Sic durum esse  
quidquam potest, aut acerbum, quod illi visum fuerit, cui  
nihil placet, nisi quod est optimum, quin imo ad aeternos cru-  
ciatus Dei nos amore, ac voluntate offeramus. <sup>multi</sup> <sup>perissent</sup> Janē <sup>multi</sup>  
nisi volente illo, ac virtutem immisisis doloribus experiente  
subentes perissent; mors ista vltro tolerata vitae instar solet  
habere. Nam ubi est illud, qui perdit animam suam, in vi-  
tam aeternam custodit eam? Et quae maior nobis esse potest  
ex illis caelorum delicijs voluptas, quam Dei voluntatem  
implere? Illud caelum est, quod ipse voluerit; neque potest  
acerbus esse dolor, quem paterna, eadem aeterna, ac dulcissi-  
ma prouidentia perferendum decreuerit. Haec verbis ani-  
mo ad maius, ac sublimius patientiae genus erecto aeternis  
doloribus, siquidem id e' voluntate Dei esset, caput suum  
deuouit; neque iam praesentium mitigationem vllam flagi-  
tabat, sed fortitudinem dumtaxat, roburque caelestis gratiae;

Ad aeternos cruciatus perferendos  
se Deus offert.



maius Dei beneficium rata si haec daretur, quam si illi adimeren-  
 tur. Omnino annus <sup>ante</sup> fuit circumactus, quam stomachus cum cibis,  
 ac medicorum pharmacis, vitaeque adiumentis in gratiam redire  
 potuerit. Interea tantis corporis, animique laboribus, ac vigilijs gra-  
 uiter debilitatam cernentes nonnulli, et acerbiora omnia metuen-  
 tes idoneis subsidijs leuandam putarunt. Ergo medicorum sena-  
 tu ad consilium aliquod in rebus extremis inuendum conuocato  
 res diu, multumque disceptata est. Quidam domum, quod in-  
 commodo vrbis loco sita ~~erat~~, minimèque valetudini opportuna ~~esset~~,  
 mutandam censebant, graue lentem caeli auram inuiscentes,  
 cuius prospectum liberis frequenter aedium obstructum salu-  
 tis afflictæ rationibus haud dubiè aduersari constaret. Alij  
 extrema artis adiumenta adhibenda disputabant, aerisque  
 incommoda eleuabant, praesertim cum ea suis quoque commo-  
 dis egregiè pensari ostenderent. Peruicit tandem eorum  
 sententia, qui mutandam domum censebant adiecto <sup>ipsius</sup> Aloysia,  
 de cuius salute agebatur, calculo. Quæ quidem eorum consilijs  
 eò etiam libentius paruit, quò longius se à legati Hispaniensis  
 vicinia, praesidioque remotam persecutionis procellis certius ob-  
 iectari videret. Id enim officere votis suis cogitare cepit, quòd  
 in domo contigua sub legati tutela habitare videretur, cuius  
 nomine deterriti <sup>haeretici</sup> non eadem libertate, qua in reliquorum  
 omnium aedes inuolabant, in eam seuire ausi sunt. Cete-  
 rum ex medicorum consilio sedem mutauit, ut mitioris caeli,  
 rerumque faciem salubriorem quaritaret; cunctisque subla-  
 tis domum haud exiguo spatio in altera vrbis regione remo-  
 tam conduxit, in quam rem annuis impendijs munificè sup-  
 peditatis Rex Catholicus suam ei liberalitatem subsidio esse  
 voluit. His instructa sacerdotes, priusque omnes hospitibus be-  
 nignissime recipiebat, victoresque opportunis auxilijs adiuua-  
 bat. Neque protestantibus quoque humanitas eius defuit,  
 quos priuatis officijs conciliabat, multaque beneficentia, quam  
 chara sibi illorum esset salus, ostendebat, quo arctius eos li-  
 beralitatis suae illecebris deuinctos à perfidia, erroribusque  
 auocaret. Itaque ut in ijs, quæ adiuuandum vnumquemq;

augusto

Aegritudinis leuanda causa  
in aliam domum migrat.

Zelus animarum, ac propera in  
omnium conuersionem voluntas.

peruinebant



pertinebant, erat munifica, ita in privato cultu, victuque parca  
fuit, et seuera in paucis, domestica patrimonium ceteris  
ac desitutorum multitudini succurrere satagens. Miserrimum  
quemque muneribus, ac beneficijs locupletabat, omnibus ditissima  
~~uni~~ <sup>uni</sup> sibi pauperrima; vinctis ~~que~~ dulciaria submittebat, sibi  
nullas, præter ieiunium, delicias reliquas faciebat, nihilque,  
medicis nequidquam succedentibus, quod ad exhaustas morbo  
vires idoneis rebus recreandas spectabat, admittere volens, sola  
mentem pro cibo, ac voluptatibus omnibus saginante abstinencia.  
Siquis officij gratia ad illam venisset, eximiam protinus eius  
munificentiam experiret, libellis pijs, qui in Anglia non ra-  
riores sunt, quam cariores, alijsque munusculis eiusmodi per-  
quam amanter oblati, neque <sup>uicula</sup> ullus supertuarie legi locus erat,  
cum vile videretur omne pretium, quo anima vnus salus  
emeretur. Augebat hanc pietatem in tantis Hæreseos <sup>con-</sup>  
<sup>uptionis</sup> ~~sebris~~ funelo passim exitio pereuntium incredibile misera-  
tio, præsertim cum eo tempore pauci essent Sacerdotes, quoru  
ductu, atque auxilio ex impietatis voragine possent extrahi.

Conuertuntur ab eapleurimi.

Neque vero tanta charitati defuit diuina bonitas. Multi  
quippe mortales benignitate eius pariter, ac virtute permoti  
Religionis ab illa mysterijs, præceptisque imbuti animum  
ad Christiana vite honestatem amplectendam adiece-  
runt, suamque illis salutem veris laudibus cum perpetua  
animi gratitudine acceptam tulerunt. Siqui vero essent,  
qui in hæreseos cæno, patrijsque erroribus messi hærent, <sup>perterna-</sup>  
<sup>eius</sup> ij tamen erant huiusmodi, ut ad eam frequenter ventita-  
rent, pijsque eius colloquijs delintri alios ad <sup>illam</sup> ~~eam~~ conglu-  
res perducerent, spondentes fore neminem, ut eâ conuenta  
consilij, aut laboris sui pæniteret. In quo eos sua spes  
haudquaquam ambigu euentu sefellit. Cænim erat Aloyria  
oratio, ut neq; efficiorem, neq; benigniorem, quæq; animos siuuius  
peruaderet, audiuisse se omnes predicarent. Itaq; viros ad Chri-  
stum pertraheret, et opportunis pietatis lenocinijs alliceret, om-  
ni cura satagebat, cunctaq; ad hoc vnum sibi a Rege submissa  
necessitatis subsidia conferebat. ~. ~. ~. ~. ~.



Caput. 23<sup>m</sup>

Martyribus inseruit  
epulumq; natalitium  
extruit.

Neque vero maior illius in martyres pietas, ac veneratio, quā  
beneficentia extitit, quos officij gratia adiens idoneis dissertatio-  
nibus, dulciq; alloquio, et rebus necessarijs prolixè recreabat.  
Et licet in aurea illa Martha tempora non incidisset, uti  
Christum hospitio posset excipere, tamen in gemma illa per-  
secutionis Christianæ secula venisse se gaudebat, quibus Chri-  
sti martyribus pro fidei gloria dimicantibus idem prestare pos-  
set obsequium. Catenas osculari, vestigia singulorum vene-  
rari, compedes tangere, natalitium morituris epulum præbere,  
accumbentibus ministrare sola erat voluptas. Eam acuebant  
pericula, quæ inter lictores, et custodiarum Prefectorum Catho-  
licorum saluti, opibusque inhiantes gravissima erant subeunda.  
Quatuor è Christianorum catu ijs ferijs, quibus Christus ad  
propulsandam ab humani generis cervicibus mortem natus est,  
donati, morteque acerbißima affecti martyrij auspicijs immor-  
talis vitæ gaudia inierunt. Uj lata iam Judicium sententia  
in teterrimas barathri sedes inclusi, dentisque excubijs septi te-  
nebantur; sed nimirum iterum aurum est.

Aurum per medios ire satellites.

Duce Aloyria liberalitate; et custodibus carceris, vènisque  
eluris, commodior sedes ipetrata est. Neque enim committit  
illi Balliones, ut mentitus videatur bonus ille vates viam auro  
per saxa, satellitumque turbas apertam prædicans. Itaque  
vbi in alium locum translati sunt, epulum ijs ab Aloyria om-  
nibus benignè ad amicam refectioem præbitis multis maxi-  
ma cum charitate, lætitiæque significatione exortatum fuit.

Martyribus epulum extruit.

Erat



Erat Soc cum reliquis omnibus acceptum, tum Aloysia, qua car-  
 ceris illuuiem, Luctusque marentium non in postremis volup-  
 tatibus numerabat, iucundissimum. Locum cum fletu misce-  
 bant omnes, veramque letitiam hauriebant hoc ipso beatissi-  
 mi, quod mel de petra elicerent; oleumque de saxo persecu-  
 tionis durissimo. Et nimirum sciebant hic perennem diuina  
 consolationis latere fontem, quem patientia soli Christus aper-  
 tum esse voluisset, beator ob id predicans lugentes, quoniam  
 ipsi in eo consolationem essent accepturi, vnde commune  
 mortalium vulgus non nisi fletus, ac tristitiam haurire consue-  
 uisset. Neque letitia certe superfluentis copiam capie-  
 bat Aloysia cum assidentes mensa martyres videret, quod  
 animo inter seruiendum aestu cogitationum caelestium lon-  
 gius abreptis species quadam postrema a Christo cena Hier-  
 osolymis ante Crucis supplicium celebrata obijciebatur.  
 Cui quidem haec in omnibus praecclare responderi uidebatur,  
 Nisi quod illum duodecim discipulorum numerum huius marty-  
 rum cum alijs Christi aeternis ad idem deus grassantibus ac-  
 cumbentium ordo haud parum superabat. Quae dum atten-  
 ta meditatione reuolueret, et singulorum ardorem, ac pie-  
 tatem magno suo gaudio notaret sedulo, de voluptatis suae  
 abundantia habuit, quod in alios quoque beato caelestis copia riuo  
 affatim effunderet. Cum enim obiectam sibi <sup>diuini</sup> epuli imagi-  
 nem, ~~etiam~~ <sup>primumque</sup> Schema omnium oculis identidem subiecisset, tan-  
 tis repente iucunditatibus sunt delibuti, quantas in augustissima  
 illa cena perceperunt maximas illi, qui Dei mensa, dapibusque  
 institutis fontes primi diuinum illud nectar mortalibus sin-  
 gulari amore propinatum delibant. Hic cum P. Robertus  
 ex sacro diuini Benedicti <sup>caelestis</sup> Religiosus incredibili letitia prope  
 triumphans exultaret, gemitumque pra gaudio, sibi que, et om-  
 nibus eiusdem martyrii gloria candidatis effuse gratularetur,  
 quod approbanda Deo virtutis, et dignitatis, qua nulla inter  
 humane amplitudinis insignia est illustrior, acquirenda  
 tempus aduenisset, eo prouectus est letitiae caelestis intem-  
 perantia, ut veniam ab omnibus praefandam putaret, si ni-  
 mius forte, aut immoderatus uiquam <sup>hic</sup> plus fuisse videretur.

Martyrum morti propinquantium  
 Letitia.



rem enim esse eiusmodi, ut nullam in tanta divina gratiae affluentia  
 coercenda voluptatis rationem possit inire. Imo vero, inquit Aloysia  
 quid potius faciant qui in immortalis gloriae portum plenis patienti-  
 tia velis certissimo a puppe Spiritus Sancti afflante fauore inue-  
 Suntur? Neque enim ullus maerori locus est relicus in eo mortis ge-  
 nere, qua pro Christi nomine appetitur, quando omnia dignitas, ac  
 sanctimonia occupantur. Si enim dolores vix perferendi, quibus cum  
 omnem acerbicatem Christus necis suae beneficio ademit, tum ma-  
 ximas eius loco consolationum fructus sufficit, idumque eis nomen re-  
 liquit, quo mortales diuinarum rerum ignaros terrere possit.

Quidni vero festiuo celumate pro se quisque felicitati suae applau-  
 deret, cum portum Deus martyribus suis longa persecutionis tem-  
 pestate iactatis eum daret, in quo est perpetua tranquillitas, om-  
 ni aditu aerumnis, malisque intercluso? Itaque <sup>rapitis</sup> vos, qui-  
 dom, inquit, letitiam, et gaudia, mihi que lacrymas solas relin-  
 quitis, quae quod ipsidem vinculis, lethique beneficio caream, vitam  
 in mortis loco habeo. Hic cum omnes martyrij ardore, atque  
 desiderio exilirent, diuque optatam mortem anhelarent, Aloysia  
 praedicata eorum charitate, hoc quoque adiecit, exploratam se  
 egregie gloriae spem habere in eorum virtute repositam, qui tot an-  
 te Religionis hostibus ad excidium Catholici nominis implacabili o-  
 dio efferatis restitissent, et constantiae decus per tot tormenta in-  
 uictatum conseruassent.

Ac postremo ut omnibus approbaret, quo <sup>Martyrum</sup> pedes osculatur antea  
 loco ipsa martyres haberet humi prostrata omnium pedes ex ordi-  
 ne osculata est. Quibus rebus eam dum magnum aduersus Deum  
 pietatis sensum, paremque in martyres beneuolentiam ostende-  
 ret <sup>funesta</sup> haereticorum odia, et <sup>acerbissimam</sup> furorem incurrere erat necesse. In  
 quibus praecipuus fuit Episcopus Cantuariensis, qui haec miseri-  
 cordia opera intrepide in luce omnium gesta suam contumeliam  
 interpretatus, <sup>grauiore</sup> ~~aterrime~~ indies ira concepta, quam furia omnes  
 subiectis animo assiduis scelerum titionibus alebant, ita exarsisset  
 in coetibus, circulisque omnia in eam maledicta congereret.

Magnam porro fuisse virtutem tot ab illo probis, contumeliisque  
 vexatum facile nosse poterit, qui ipsorum hominis portentum no-  
 rit. Denique ad eius conatus funditus labefactandos, cum  
 egregiam

Aloysia ab Episcopo ad exci-  
 tum quoritur.







re posuit. Sed adeo intrepide ut faceret, hinc solita pietas suadebat, animoque dabat, inde nefanda improborum ludibria, contumeliaque sacris martyrum corporibus post tormenta, mortemque inultae augebant, et confirmabant. Quoties vero per illam urbis regionem iter faciebat, quae martyrum supplicij destinata est. (et sapissime quidem loci reverentia alliciente faciebat) subsistere solebat, geniumque terra venerata illud exclamabat: O beatam, sacramque viam, qua fortissimi Christi pugiles ad caelum, et coronam immortalitatis capesendam sunt profecti. Sentiebat terra sanctioris contactum, et martyrum gloria, locique religione animum peruadente pietatis impetum cohibere. Siquidquam valebat. Neque facile memorata est, quantum immodicus amor profuderit lacrymarum, quippe cum illam arenam multis nominibus eximie charam haberet, tum aliqua etiam cruoris sui portione aspergere veementem cupiebat. Quo circa Deum etiam, atque etiam obsecrabat, orabatque sedulo ne sine gratiae singularis beneficio eam sibi calcari pateretur, in qua illi impressa virtutis suae, ac fortitudinis vestigia reliquissent. Illud porro rogabat impensius, ne lacrymarum dum taxat sibi potestatem faceret, quas inibi posset fundere, cum in illis etiam exhaustis venis non deesset, quod iam pridem lictribus exanclandum obtulisset, siquidem martyrij copia fieret. Per omnes Angliae urbes solemnibus regni institutis, prefixa ferro portarum vestibulis martyrum capita transeuntium ludibris proponuntur, et insigne gloriae suae, patriaeque crudelitatis spectaculum aduenis praebent. Haec ubi conspexit, ore, oculisque, et reliquo corpore ad venerationem erecto communem temporum conditionem miserebatur, quod in propatulo sita esset sine honore ista gaza, quas in delubris auro, gemmisque includi oportebat. Funestam populi barbariem, rerumque sacrarum contemptum verbis identidem extollebat, qui per immensa maris spatia multis cum periculis peregrinas merces peteret, presentes, easque pretis incomparabiles, et singulari gloria fulgentes proculcaret. Itaque quando ad extrema iam impius furor venisset, viuisque omni poenarum genere excruciatos cineres, postremo persequeretur, auferendum ab ijs statuit illud omne,

Locum supplicij martyrum destinatum veneratur.

Martyrum reliquias magno studio legit.



511  
cuius amplitudinem non caperent, dandumque genti facienti fructum  
eius, et in aris collocanti, pijsque diuitijs præclarè velienti; Quippe  
qua sciret perire ex ijs nihil posse, que in tam illustre pietatis opus  
effunduntur, neque ignoraret suam quoque Religioni esse usuram,  
que centuplum pro huiusmodi impensis præstare assilet.

Quam ob rem ad sacros martyrum cineres legendos, clarissi-  
masque mortalitatis exuvias, animum, ac cogitationem conuert-  
tit. Omnino beatissimam se credebat, si eorum quidpiam  
<sup>alicunde</sup> ~~alicunde~~ convequi posset, idque unum intenta in omnes rei bene  
agende occasiones curâ contendebat. Quam ob rem quam sedu-  
lò Arimaspi suum aurum, tam ipsa hunc thesaurum diligenter  
undequaue colligebat. Neque verò in eiusmodi studijs versan-  
ti sui quoque Gryphes deerant, qui infesta persecutione, ac in-  
sidijs arctiora pietati cuncta facientes perpetuis excubijs uniuersa  
circum loca vallabant, ne quid eiusmodi <sup>ullo loco</sup> ~~undequaue~~ repereretur.  
Interea illa vestes, libellos precarios, ossa, partesque membrorum,  
subinde etiam tota corpora haud minori labore, quam periculo in-  
tempesta noctis silentio refodienda, aut ex locis minimè oppor-  
tunis transferenda curabat, et apud homines idoneos deponerat.  
Magnam breui tempore, supra quam credibile cuiquam videatur,  
lipsisanoꝝ copiam comparauit, quamplurimas pixides, arcasque  
impleuit epistolis, sudariolis, alijsque minoribus, cum nihil eoꝝ  
rum paruum censeret, quæ tam magna essent in conspectu illius  
Domini, cuius magnitudinis non est finis, à cuius utique <sup>iudicio</sup> ~~precepto~~  
iustam eiusmodi rerum estimationem petebat. Jam vero plu-  
rimos capulos maiores togis, pallijs, corporibusque instruxit,  
ut interim silerentur thesauri alii, quas pretiosissimis thesauris  
refertas familiaribus subinde diuidebat. Ex his alias in Bel-  
giam misit, alias in Hispaniam, ut si aliud in Anglia non egiſset  
ea labore quærebat, quam inuenta, et ad se delata, haud exi-  
guum tamen opere pretium fecisse posset videri; neque maiori  
ea labore quærebat, quam inuenta, et ad se delata honore pro-  
sequebatur. Ornabat domum auleis elegantibus, iterque totum  
floribus, festoque gramine insternebat, peregrinis ad hoc odori-  
bus, abusque primo domus vestibulo ad aras dispositis. Præcipuus

vero

4 X  
Reliquias Martyrum quantum  
pietate honoravit.



vero erat aræ ipsius, in qua colloquenda erant corpora, ornatus, nisi ut illi ad summum splendorem, atque opulentiam deesset.

Familia omnis ardentibus instructa cereis ad limen ingenti cum gaudio effusa obviam procedebat, Sacrumque D. Augustini psena decantans, laudes, gratiasque numini prolixè agebat.

Postremo Sacer thesaurus byrru, auroque vestitus in ara reponeretur, antequam familiares omnes Santa pietatis conspiratione assiduis precibus exultabant.

Omnino quam pretiosa, tam acerba ei erat tot Sanctorum mors, qui animam suam pro fidei gloria piè, fortiterque posuissent. Et licet nihil Ecclesie sit ad gloriam præstantius, aut ad Religionis propagationem

utilius, quam funesta vexantibus Catholicos omni acerbitatum genere Tyrannis persecutio, vel quod sanguis martyrum semen esse Christianorum solet, vel quod nullis argumentis firmiter stabilitur fides, vel quod eiusmodi tolerantia veri Christi cultores probantur, multumque refert, ut aliquando cum hoste miles con-

grediatur, suæ virtutis specimen præbeat; tantum tamen, tamque nefarium hæreticorum scelus, cum quo misceri hæc oportebat, magnopere sollicitam eam habebat, ne idem illis accideret, quod

Judeis Christomartyribus olim, qui fidei parentem in cruce egerunt, seque, et posteritatem uniuersam, patriamque miserrimo exitio, ac vastitate perdiderunt. Præsertim cum idem sit omnino crimen, sibi que fieri affirmet Christus, quidquid uni è minimis suis clientibus fiat, neque aliud esse possit dis-

crimen præter hoc unum, quod ibi hoc semel, hi in dies nouis cruciatuum generibus excogitatis moliantur, ipsisque vergis saud obscure crudelitatis palmam è manibus extorquere velle videantur.

Quibus ingenti quotidie scelere pristina immanitatis memoriam renouantibus Aloysia subijciebat oculis tot sacerdotum, qui eorum ferro ceciderant, in chytam mortem, clamantemque è terra ad Deum martyrum vindicè audiebat sanguinem.

Næque vero surdum esse eum siebat, cuius aures ad innocentium preces, iniuriasque vltiscendas semper paterent. Ut non immerito manus eius aliquando metuenda sit, quando Anglicani Iudices nullo numinis metu,

metuenda sit, quando Anglicani Iudices nullo numinis metu,

Vindictam celestem Anglia superuenturam formidant deprecatur.

nulla







in edibus suis omnibus praeiit, maiorem in modum letantibus sacerdotibus praesertim, qui eam velut felicissimum sidus in his tempestatibus illuxisse sibi praedicabant. Quippe quae egentes facultatibus suis sustentaret, victos consolaretur, maerore idoneis rebus recrearet, eadeniq; Angliae data esset, quae propulsare piorum omnium calamitates animo vellet, prudentia nosset, neque minus virtute posset. Itaque non incidere illa quidem in credula illa, atque impia saecula, quibus Pythagorae somnii fides haberetur, eam tamen ut praecedere aliquam e sanctorum virtutis cineribus rediunam omnes intuebantur, tantamq; virtutem haud alio nomine efficiendam putabant. Domum suam illa adversus persecutorum fraudes magna diligentia, curaque impense munierat, omniaque praesidia compararat, quae repentinis tumultibus abijceret, nequod alijs multis contigerat ante infusa tellis haec potentia cerneret, quam unde aduolassent, posset intelligere. Porro cum duobus belluarum generibus negotium Catholicis erat in Anglia, Leonibus, et vulpibus, quod de Sylva olim Carbo dicebatur, siquidem ubi aperta vi, et scelere non poterant, venuta sane, adisque grassari egregium putabant. Et metuentus quidem Leo, sed cum vulpe haud paulo molestius erat certamen, quod necessitudinis species, et officiorum blandimenta, omnem metus suspicionem incautis eximerent. Quod si quis ex huiusmodi gnathonibus apertis foribus admissus foret, confestim velut signo dato locustarum examina ex insidijs, in quibus latuerant, erumpentia facto agmine in intimas sese sedes effundebant, nullaque aut aetatis, aut innocentia Sabita ratione, praemisivo per omnes ordines, verumque furere vagabantur. In ijs fuit quidam fraudibus, domorumque direptionibus, et Catholicorum contumelijs per omnem Angliam celeberrimus Sarmenorum nepos, cui furia haud ex vano nomen Crose fecerat homini nequissimo, et ad id nato dumtaxat, ne coram Calidonijs pabulum deceret. Erat ille, Episcopis hoc nomine imperdio charus, si quidem eo in omnibus utebantur familiarissime, eratque in homine praeter ceteras Eumenidum dotes insignis, atque efficax ingenium, ad hominum animos insidiarum laqueis fraudibusque capiendos. Inedium adyta insinuabat sese, miraque vapitiae ad omnium se nutus, ac voluntatem fingebat.

Praxedis Anglicana indigetatur.

cumq;



Veteratū quidam Aloysia  
aediū insidiatur.

cumque emissis oculis cuncta perlustrasset, tum demum dolo, et ne-  
quitia circumuentis, exitium, peremptumque aperte afferebat. Ille  
igitur siue ab insitu in Catholicum genus odio, siue ut ingenij fa-  
mam apud suas quaereret, recepit se Aloysia aedes, quod ad  
hoc usque tempus factum nunquam fuerat, turbaturum. Sed nem-  
pe vera fides nunquam turbatur; nisi forte quis putet rupem  
fremantibus circum procellis mouerit. Immotam se certe Aloy-  
sia omnibus eius conatibus praebuit. Litabat ille Vertumno, om-  
nibusque formis anxie tentatis postremo venit,

Os, habitumque illis similis,  
qui publica auctoritate aedes omnes promissuē ingrediuntur ad  
bitumen, quod pulveri pyrico instruendo ubique quaeritur, sub  
pauimento vite effodiendum. Nec dubitabat quin eo schemate  
imprudenteribus os esset subliturus, cum eiusmodi hominibus ipsa  
etiam penetralia vltro patere soleant. Sed nempe intellexit  
versipelle animal non solos apert esse vastos, aut Britanniam  
tantum vulpes ferre; cum omni sacerdotum, quorum salutem  
apertis ore, sensibusque totis inhiabat, quaerendorum spe exclu-  
sus non sine insigni infamia nota, publicaque suorum contu-  
melia ab Hispana Virgine elusus discessit. Neque enim tam  
plana erat eius pietas, quin hoc quoque imprudentia, prohibitu  
post alias complures veteratrum fraudes detectas posset impla-  
nare. Et quidem Aloysia ille Adagij honorem debet, quo  
eius nomen modo in Anglia late, lateque celebratur. Ita  
pro tuendis fugitantium calamitatibus tanta  
solicitudine, ac solertia efficit, ut nullum unquam aduersis re-

Impudentiam eorum dole-  
bat, quorum culpa sacerdotē  
aliquem capi audebat.

bis in Aloysia domo acceptum sit incommodum. Magnus  
subinde illam, quam imprudenter saepe sacerdotes periculorum  
a lea a quibusdam obiectarentur, mente reputantem angebat  
dolor; ut captiuitas alicuius, aut casus eiusmodi cegritudinis cau-  
sam praebuerit aliquando. Tolerabilius enim illi erat, vitam, quam  
constantiam, fidemque, amittere, depositumque, quod seruandum  
acceperat, quidquid circumfusi testis apparitorum aenei cir-  
cumfremere neque viua, neque mortua dimittere cupie-  
bat. Neque <sup>etiam saeuissimo persecutionis impetu prostrata iacerent omnia</sup>  
neque <sup>adrammendam</sup> ~~adrammendam~~ <sup>hauriantem</sup> ~~hauriantem~~ <sup>regnum</sup> ~~regnum~~ <sup>quaerit</sup> ~~quaerit~~  
neque <sup>ubi</sup> ~~ubi~~ spe aliqua interentur, haberent in eum oculos uertit Aloysia,  
qui altissimum posuit refugium suum, quo neque ullum acerbioris fortunae  
flagellum, neque mali cuiusquam temeritas ualeat peruenire. Rapropter



ad omnem industria humana opem, diuina quoque sedulo  
 praesidia comparabat, quibus domum suam obvallaret, ne quis  
 ei Dauid vere posset obijcere, Domino non vigilante <sup>frustra</sup> ~~inuasum~~  
 ciuitatem, aut domum culturaui. Simul enim piorum aliquis  
 ad se diuertent, preces ab vniuersa familia fiebant, ipsaque noctem  
 prope totam in oratione peruigilem ducebat. His praesidijs sep-  
 tam inter minantes acerbo hostes, intentusque semper redibus cu-  
 stodias, vna scilicet diuina bonitatis <sup>fiducia</sup> fulciebat. Neque tantus vnquam  
 ab his metus fuit, terrorque, quin securum semper animum, domumque  
 haberet; quippe cum fiducia sua praedem haberet diuinum Vatem  
 pro comperbo asserentem, ac clamantem: Angelis suis Deus man-  
 dauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. Et vnus quidem  
 domum praeter reliquis omnibus non suspectam magis, quam infe-  
 stam habebant, perpetuaque indagine, atque insidijs obsidebant;  
 sed nimirum caecitatis tenebris percussus in parietes caeci irritis  
 conatu incurrebant; siquidem verum est illud Ambrosij: ubiunq;  
 perfidia est, ~~conuenit~~ <sup>ibidem esse peccitatem</sup>. Postremo victus, totque laboribus  
 frustra susceptis versus in rabiem Episcoporum furor sensitum  
 Amiantho sibi esse negotium, qui in medio persecutionis ardore  
 itaeris semper, atque inuiolatus euaderet. Tantum praesidij  
 est in orationibus, tantaque in ipsis periculis, ac calamitatibus fi-  
 ducia tegente Deo, ut Aloysia inter imminetia semper cer-  
 uicibus tela habitans in adiutorio altissimi, in protectione Dei  
 caeli commoraretur, omniumque salutem non maiori cum haere-  
 tiorum maiore, quam gaudio suo tueretur, neque Sostile quid-  
 quam in medijs Sostibus pateretur.

Quibus munimentis domum  
 suam firmauerit.

Caput 26<sup>m</sup>

Domesticis vita praecpta  
 tradit.

In hunc virtutum officijs impigre se exercenti alius hoc tempore  
 in rebus diuinitus praefectus obigit, cuius arbitrio reliquum omne eta-  
 tis tempus magna cum obseruantia, parique pietate mancipauit.

Is orat







atulie; cum illa errorem suum <sup>deploraret</sup> faterentur, animique pernicitiam dāno  
 narent, non nemo etiam <sup>deploraret</sup> dāno daretur datis super hac re ad familia:  
 res litteris in hunc ferè modum: sera plerumque estimatione imper-  
 fectionis, atque aduersa calamitatis magnitudinem intelligi: pa-  
 tientiam Aloysia, raramque virtutem tot modestiarum indigni-  
 tatem, ac dolores exorbentem, ne hactenus a se videri posset, offu-  
 sam oculis grauissimarum imperfectionum caliginem offuisse. Et  
 acerba quidem esse fere agnitionem remedia, quae salutem af-  
 ferre solent, neque inueteratum morbum persanari posse, nisi  
 sectionibus, tristibusque pharmacis, quorum acerbitas tamen in-  
 medentem ipsum praecipua semper esset visa redundare, immori-  
 geras, faenaeque Religionis excusis libentis animo suo indulgentes  
 benevolentia, atque obsequij demereri assidue satagentem. Po-  
 stremo subiectis ante ora erratis, quorum copia duas prope horas  
 recensentem tenuit, depositam curasse. Id utique fecisse eam  
 tanta amoris testificatione, ut lacrymas, quarum tum haud ma-  
 gnā iusto dolori copiam pernicacia reliquam fecerat, ex illis  
 pumiceis oculis exprimeret. Ceterum in praesentiarum scri-  
 benti haud paulo plus lacrymarum, quam astramento suppedita-  
 ri. Mutata enim viuendi ratione, cum se totam eius consilij,  
 praecipueque dirigendam tradidisset, <sup>uitamque ad eiusdem exemplum</sup> ~~etque per in omnibus ob-~~  
<sup>institueret</sup> ~~sequi decreuisset,~~ cuius nullam partem ab integritate, aut constantia unquam abfuisse intelligebat,  
 auctam fuisse ab illa virtute imature delinatis  
 vita sua officij interitu, nisi quod maturus semper est, quidquid  
 amantissimi lucis homines querantur, solis occasus. Pudere, fle-  
 re, pigere in tanta temporis, rerumque maximarum iactura re-  
 lictum esse, praeterea nihil. Nisi quoque spem fortè illam, qua  
 iam morientem, inertiaeque sua pertinetam consolatur, fore ut illa  
 deprecationibus suis illa subsidia impetret, quae olim pulcherri-  
 mis monitis, atque exemplo suppeditabat. Illam esse Sicut  
 mirimam mortalium calamitatem, quod absentia pluris, quam  
 praesentia aestimare, bonaque, qua Deus largitur carendo ma-  
 gis, quam fruendo, sentire soleant. Postremo effigiam eius in-  
 tuenti ruborem subire in tanta morum dissimilitudine, modestiam  
 reputando, constantiamque, et ea, quae artifex exprimere haud  
 potest, virtutum monumenta ad perennem Angliae memoriam relicta.

Hae



Familiares ad perfectionem  
sedulo hortatur.

Fieri illa Sacerdos. Porro Aloysia omni cura in suam, ac suarum  
salutem, sedulumque in virtutibus progressum incumberebat, nouoque  
studio, quasi cum primum cepisset hortari, inflammare, obtestari  
singulas ad munia perfectionis institit. Praecipue vero monebat  
viti patriae sua calamitatem, et malorum omnium illiadem ob oculos  
ponerent, quam per saepe magnis cum animi angore obortis lacrymis  
ingererebat, dignamque aiebat, cui sanguis quoque exhaustis  
lacrymis affunderetur. Et vellem, inquit, est Deum assidue  
precar, ut quod regnum olim Religionis studijs florentissimum  
extulit, id in antiquum splendorem velit reflorescere. Verum  
solum est, exacta pietatis officijs, vitaeque sanctimonia diuina  
vinctae furorem auertere, tantumque periculorum, quantum ne  
animo quidem complecti valemus, tot mentibus imminentium  
propulsare. Neque vero in eo perfectionis gradu consistendum  
vobis est, quem Britannicae Virgines tenens sparsis per varias  
Europa oras caenobijs vitam agentes, qua quidem tanta est,  
quanta earum esse debet, qua omnem sollicitudinem, studiumque  
in vna absoluta virtutis contentione consumunt. Sed ita habetote,  
excellentem quandam pietatem, minimèque prohibitam vobis  
esse amplectendam. Ad eas enim causas, quibus virtutem  
expetitis, diuini numinis amore, obsequijs, obseruantia incensa,  
patriae caritas accessit, ad quam euertendam haeresis, et tota  
inferorum castra iunctis viribus conspirant, ut incredibile quaedam  
necessitas omnibus imposta esse videatur cum orationibus  
assiduis, tum vita exemplo praecipue suauissimum Religionis  
odorem longe, lateque spargendi. Et verè multa sunt varijs  
in locis Catholici Regis munificentia excitata caenobia,  
quo se virgines Anglicanae, si qua maioris pietatis studio teneantur,  
haereseos tempestatibus patrio solo expulsa recipiant.  
Multae Angliam relicta in illas oras coloniam ducunt, et Religionis  
institutum capessunt. Cuius mirabili dulcedine degulata  
haud mirum est, si patriae desiderium, ac memoriam caelestium  
libera perfectionis diuini gratiarum gaudijs, et consolationibus excludunt. Porro vthac  
plenam in Anglia medietatem. pro stirpe in Anglia quam numerosissima esset, ingens Aloysia  
cura incepit, aliquam perfectionis disciplinam inibi instituendi;  
qua



qua et solatiores vulgi mores intra Christianae honestatis officium co-  
 ererentur, et aliae a liberiori vivendi genere ad contemptum reru  
 mortalium auerterentur, atque ~~ab~~ <sup>ex</sup> quibus propositum esset Reli-  
 gione vitae ~~instituta~~ <sup>initiaz</sup>, primitis perfectionis auspicijs, praecipis que im-  
 buerentur, iugoque ferendo paulatim assuescerent. Neque eni  
 verebatur, ne haec res magistratus offenderet, cum nullum esset vo-  
 ti, aut verbi genus, quo a religiosis discreparent, neque illa pie-  
 tas ullis amorum spatijs definiretur. Ceterum rem magna  
 indolenti difficultates, ut solent, Gaud parvae sese obicerunt.  
 Ceterum Summi generis hostis cum exitium sibi conflare videret,  
 anxius, rebusque suis magnopere diffidens, nihil non egit,  
 ut conceptam pietatem disturbarer, et nascentem in ipsis cuna-  
 bulis grauibus inuidiae ponderibus elideret. De diuissima  
 subinde inter homines virtutis conditis esse videatur, pro summa  
 pietate, diuinaque gloria propagatae beneficio, ubi felicia in-  
 ceptis sidera sperare debueras, diras <sup>fortune</sup> <sup>oris</sup> ~~malignitatem~~ procellas pat.  
 Sed praestantis Sanctionis signum est magisterium scilicet  
<sup>in imperio</sup> <sup>multitudinis</sup> <sup>linguas</sup> ~~in imperio~~ ~~vulgi~~ <sup>velut</sup> <sup>in</sup> <sup>gurgite</sup> <sup>illidi</sup>. Cetero eor illo tempore  
 Saec agebantur, quo maximum erat impedimentum ad laudes as-  
 sequendas, laudabilia facere. Sed neque laudes appetebat  
 illa quidem, neque vero calumnias metuebat, ea que forti ani-  
 mo ita contemnebat, ut sanctorum quorundam Religionis parentu  
 recordatione Sani calamitatem consolaretur, quos gloriosissima  
 Dei Ecclesia molienter ~~incedat~~ <sup>infestus</sup> <sup>liuor</sup> grauisimis difficultatibus agitas-  
 set. Quocirca cum haerere negotium videret, et aliae pericu-  
 la, aliae familiares curas, diuersae diuersa obenderent, omnes  
 arctioris vitae disciplinam despuerent, indoluit nimirum, non sua  
 quidem causa, quippe cum Agonotheten suum intentis semper  
 oculis intreretur, a quo certaminis sui brauium expectabat, sed  
 aliorum detrimento; illudque crebro inter suspiria dicitare  
 solebat, ob ingentem fortasse in virtutibus ~~tempore~~ <sup>tempore</sup> deesse mo-  
 do miracula, quibus veram pietatem Deus omni tempore illu-  
 strare conuenisset. Neque ab incepto tamen desistit, sed hanc  
 quoque acerbiter ut reliquas omnes virtus numquam lassata  
 inuicta constantia <sup>uigore</sup> exoruit. Atque <sup>in</sup> <sup>agere</sup> ei cum difficul-  
 tatibus

Obiecta difficultates  
 instituta remorantur.

in imperio multitudinis linguas  
 in imperio vulgi velut in gurgite illidi

tatibus



Vite precepta nisi pre-  
scribitur.

tatibus robur solebat, negotium, in quo multorum salus agebatur, ur-  
gere institit, quodque pio animo inchoauerat, perfecit constantissimo.  
Itaque capiendum a se ipsa principium rata, familiam suam no-  
uis institutis componere, et in disciplina gymi reducere incepit.  
Nam per Sas dies contubernium auctum erat, pluribus se ad eius  
consortium adiungentibus, ex earum numero, que Religionis ser-  
tanda studio inflammata, qua minus assueti e regno se provin-  
perent, aut rei familiaris angustijs, aut alijs curis districta te-  
nebantur. Porro discipline capita alio mox loco subiuen-  
tur, qua interim seuerè ipsa obseruari voluit, pro eo ac curis fa-  
miliares, laborque <sup>consuetus</sup> patiebantur. Ceterum alacriter cunctis ex-  
emplo preire volens, non illa quidem animo, sed viribus cepit  
deficere. Consueti penitentia munia, et corporis afflictatis-  
nes intendentes semper, sibi que minimè imperantem incom-  
moda valetudo rursus deiecit, isque doloribus, atque aegritudine <sup>confectam</sup>  
na laboravit, quam immodica pietas euadere incommuni na-  
tura fragilitate, nequaquam poterat. Itaque cum intelligeret  
quantum referret, ut, que alijs preceperetur, iisdem etiam pre-  
iret, suamque ipsa imbecillitatem oppido sentiret, aliquam  
sibi subrogari cupiebat rerum diuinarum haud ignaram, in cuius  
humeris omne suscepta provincia pondus deponeret. Hinc  
accedebat quod ab incerta animi demissione, studioque abiectionis  
hinc se muneri minimè idoneam censebat, et prodesse, quam  
preesse cunctis malebat; tam et si iudicio eorum, quibus <sup>eius</sup> sancti-  
monia perspecta erat, multisque anoris probata, longè aptior  
ad hanc rem censebatur, quam ut alia ei quavis prudentia,  
aut pietate, aut vlla denique virtutis genere posset compara-  
ri. Sed nimirum incredibile animi vigore non reliquas tantum  
omnes, sed se quoque ipsam superauit. Quippe perpetua illa  
virtus, et constantia <sup>innato uigore</sup> meliorem inter infestas aegritudines, ac do-  
lores valetudinem fecit, et secundauit exorta. Itaque ur-  
pore animum sequi coacto haud segriter destinata exequeba-  
tur. Ad eum verè dum <sup>ac seuerè illos</sup> <sup>qui a seueritate nomen inue-</sup>  
conflictaretur acerbis, dixit; ostensurum se caput non pe-  
des imperare. Neque habet quisquam quod ad exercenda

Aegritudine corrumpitur.

Munere se suo cupit abdicare.



virtutis officia excusationem petat suae infirmitatis, cum satis usque  
in natura praesidij esse consuet, si valetudo mentis Sana desit.  
Itaque languorem naturae grauius ad difficillima quaeque ve-  
lut ad motus Stimulis excitans, suis rara praemittabat virtute, aperte  
docens non esse ream valetudinem, aut culpa obnoxiam, cum  
valentes non corpus, sed diuina aura particula, animus que  
faciat. ~ ~ ~ ~ ~

## Caput. 27<sup>m</sup>

### Effracta domo in carcerem ducitur.

Quae nimirum, ne satioreni haberent cum pietate prouen-  
tium, aut ad salutem plurimorum permanerent salus,  
Impietatis author, ac parens Caedemon perse, suosque sce-  
lerum administras cum leui inuidiae procella intortubare  
nequidquam coepisset, obruit grauisima. Cuius vero adiutor fuit  
Georgius Abbas Archiepiscopus Cantuariensis non vitta magis,  
quam vita indignus; siquidem vnum illius fructum putabat sa-  
uilegijs, ac rapinis in martyrum cruore, et Ecclesiae cladibus  
debauchari. Is cum in Academia Oxoniensi per stragem  
Catholicorum, omniumque arumnas ad aliam ex alia digni-  
tatem gradum feisset, iamque postremo rerum potiretur,  
magnamque potestatem obtineret, nihil Sabuit antiquius,  
Sanctiusue, quam ut eam maioribus indies flagitijs, malisq;  
amplificaret. Neque vero vllius salus ei erat acerbior, magisque  
inuisa, quam Aloyia, qua incolumi Satanae Synagoga cetum <sup>Cantuariensis Archiepiscopus</sup>  
pestundari, grauibusque incommodis affligi cernebat. Itaque mul- <sup>Aloyia mortem, et vinula</sup>  
tis eam insidijs ante saepenumero appetuerat, quibus tamen cir- <sup>medicatur.</sup>  
cumueniri, <sup>nequa</sup> singularis Aloyia prudentia, <sup>neque, praemissis</sup> <sup>aut diuina</sup> prouidentia  
<sup>usquequaque</sup> poterat. Quare cum angeretur ille quidem ve-  
Sementius, in eam exarsit rabiem, ut nunquam illi perniciem, le-  
tumque machinari desierit. Sed omnibus eius conatibus, et ferori



Aloysia salutem, vitamque apud  
Anglos Legatus protegit. L.

eum auctoritatem suam, nomenque opponeret. Alfonso Velasius, qui  
tunc Legationis munere in Anglia magna cum dignitate fungebatur,  
idque <sup>contendisset</sup> ~~egisset~~ in consilio Regis ne acerbius cum illa ageretur, eo qui-  
dem tempore, quo ipse inibi versaretur, fractus Legati potentia, tem-  
porisque cedens cogitationem in omnes interim occasionum opportu-  
nitates sedulo intendit, rebusque melioribus integram reservauit.  
Compresso igitur in praesens furore ubi Legatum Anglia excessisse  
intellexit, ratus adesse tempus, quo conceptum in eam odium, pe-  
nitibusque insitum euomeret a dolis ad dolones conuersus nihil  
opinantem vi, ferroque opprimere statuit. Equimirum ~~quod~~ nimium  
diu iam pensionem illam Libiana homo minime auarus debe-  
bat. Ergo innoxiam multis criminationibus circumuenire Regis  
consilium, ac purpuratos vniuersos blanditijs circumire, omniq[ue]  
ratione sollicitare aggressus ad edendum iam pridem delictum  
seueritatis exemplum omnium animos auertit. Quippe que-  
rebatur haud paucos eius opera a patria Religionis placitis ab-  
ductos multos iidem Papisticis praeceptis, mysterijsque imbutos,  
vinctos in carcere visitatos, omnibusque fidei, ac vite subsidijs ad-  
iutos, ad mortem denique pro Religione catholica fortiter appeten-  
dam, ad Regis maiestatem, et Sacramentum fidelitatis proculean-  
dam liberrimis vocibus animatos. Ad haec plurimos in oras trans-  
marinas, siue ad Seminaria, siue ad Religionum cenobia missos,  
Sacerdotes, factionem <sup>sum</sup> ~~genus~~, publicaeque quieti infestum, hospitio  
susceptos, neque vllum omnino ab ea contumelia genus esse pre-  
termisum, quo regni institutis, patriaeque legibus insultaret.  
Haec omnia, quae si in obscuro fierent, sanguine tamen essent  
elucenda, adeo ei nulla videri, et creberrimis etiam litteris in  
luce Hispania omnium oculis subiiciat, deque rebus Angliae  
externos populos doceat, statumque regni sollicitet, eosque colat  
praecipua veneratione, qui publico omnium odio, nouissimisq[ue]  
supplicijs deuoti infamem multis flagitijs, et perduellionibus  
animam in furca exhalassent. Atque haec quidem non du-  
bys e Legato Anglicano, cum apud Iberos versaretur, indicijs te-  
neri, deprehensis <sup>eius</sup> ~~qua~~ in Hispaniam missa fuissent, litteris.  
Postremo monialem esse memorabat, domoque in cenobij usus,

Aloysiam quibus criminibus accusari  
Archiepiscopus. L.



nomenque profanato monasticam in Anglia disciplinam instituisse.  
 Hæc tam multa, aliæque plurima tot iam annos impune tolerata ut  
 trum ne putarent debitis tandem penis esse coercenda? Exaspera-  
 to his maledictis Rege, rursusque motis acerbis; quanquam fama  
 prius, quam utique Legati Hispaniensis commendatio, Regique, et  
 Archiducum in eam amor singularis mitigauerant; percepta res  
 fuerat, tamen canina huius Somnis facundia exaggerata faci-  
 nora, oculisque omnium admota propius sopitum furorem ex-  
 citarunt. Duobus ergo ad viam comprehendendam magi-  
 stratibus datum est negotium; qui quidem non manu, quam  
 pedibus præptiores impensius etiam quam iubebantur, nauarunt  
 operam. Quippe sexaginta circiter hominum ferro, bipen-  
 nibus; horrentium cohors infesta coronâ domum vellebat.  
 Res non alibi, quam æstu maiore ab omnibus gesta est. 10.  
 Kalendas Octobris. 1613. Nondum enim diluxerat cum  
 tenebrarum principe faces lucifugo gregi ad scelus molli-  
 endum præferente adfuerit frequentes, fractisque ianua  
 pariter, ac modestiæ, iurisque repagulis irrupere in aedes,  
 tantumque improviso impetu consternatis, nihilque eius-  
 modi metuentibus iniuriarum inuadere, quantum satis e-  
 rat ad eorum impietatem explendam, quibus bene a-  
 gere magnum est crimen. Hisce omnibus illius animus  
 aedes de constantiæ gradu dimoueri non potuit, ut non  
 vana voluptatis superfluentis indicia in vultu gereret;  
 utique cum res suas, precesque Deo iam cordi esse intelli-  
 geret, diemque illuxisse gauderet, quo faciscentem lon-  
 ga malorum ægitudine spiritum pro Christi causa, atq;  
 Catholica veritatis defensione profunderet in Victoria.  
 Sed vna Religioni è Societate S. N. sacerdotis, quæ  
 ad rem diuinam peragendam nuper exuerat, salus tot  
 belluis Religioni infestissimis circumfermentibus labo-  
 rans sollicitam in ancipiti fortuna, maestamque habebat.  
 Porro versanti per omnia cogitationes, neque consilia sua  
 intantis strepitu satis explicanti præsto fuit Legati Bel-  
 gici beneuolentia, quem bipenniū fragor, subitumq;

Armatis in domum irrupunt.



177  
murmur, et inconditus bacchantium clamor e vicinia euoca-  
rat. Cum re intellecta succurrere cupientem ipsa dese-  
minime anxia, facile perpulit alterius ut salutem tueretur.  
Quod cum sibi cura futurum diceret, iniecit illius hume-  
ris seruili clamys, pene sequi iussu tecto e duxit, hostiumque  
confecto murmure, ne quidquam obgannientium manibus  
eripuit. Sacellum vero plurimis imaginibus, ceteroque  
apparatu splendidum ne spoliarent pro solita auaritia,  
atque impietate valuit domestica paupertas, in qua cum  
nihil viderent nisi parietes squallidos, et inquilinos pallo-  
re, ac macie confectos, impudentia rubore, quem solum  
eis flagitia reliquum fecerant, suffundebantur, famemque suam,  
quam patulis faucibus <sup>hians</sup> hiantem maioris praeda spe accen-  
derant, ludibrio fuisse querebantur. Suo enim pede om-  
ne mortalium genus metientes, in illum animum inex-  
plebili auaritia, scelerumque cupiditatibus inflammatum  
inducere minime poterant fieri posse, uti in aras or-  
nandas quisquam esset profusus, qui in victu, vultaque  
tantam sectaretur inopiam. Siquidem hasam dum-  
taxat omni opum luxu, fortunisque sibi instruendam  
susceperunt illi, quorum Deus venter est, cui vinctis  
patellis litare solum diuitiarum fructum, atque am-  
plissimum arbitrantur. Ceterum et si incepti pigebat  
vehementer, a quo vacuas essent manus relaturi, ut  
cunque tamen procedendum ulterius putarunt; neque  
legati Hispaniensis, qui confestim re audita magno  
clientium grege stipatus cum Belgico aduolauerat au-  
thoritas, precesque quidquam aqua eos valebant. Hi  
cum libertatem a viriutis tantis per, tempusque obiectis  
calumnijs diluendis flagitarent, ne illud quidem obtine-  
re potuerunt, quod pueri in faba, quando huiusmodi  
rem magistratus integram sibi esse nos negabant. In-  
troductam Archimides excepit ea vultus toruitate, qua  
Trophonium veterem, Bithyasque superare poterat.  
oculis abynthio ebrijs; caeterum maledictis, quorum

+  
Sacellum intactum relinquunt.

Ad carcerem damnatur.

faulij



facilis semper ei erat, <sup>copia, largaque</sup> eloquentia, illo die abstinuit, cum hoc lo-  
 sum grauissime diceret, nihil ea se vidisse audacius, qua in  
 Regni conspectu, tantaeque Ciuitatis frequentia cenobia erigere,  
 resque nulli ne cogitatas quidem tentare, auderet. His dictis  
 acerbitatis, sua <sup>visus</sup> <sup>peritus</sup> <sup>in</sup> <sup>medullis</sup> <sup>insipum</sup> <sup>exortuit</sup> <sup>exoruit</sup>, et  
 damnata cum omni familia egregius iudex nullis conuictam  
 crimine absque alia iuris forma in exagabulum duci iubet.

Et nimirum non alio iure lupus cum Agno idet decidere.  
 Porro ut odij magnitudinem, quo in eam, quam contuber-  
 nates, longe acerbiore ferebatur, manifeste declararet, cum  
 ipsi liberam fecisset potestatem in illam carceris partem con-  
 cedendi, in qua Catholici, virique digniores tenebantur, Aloy-  
 siam praecipuae nobilitatis feminam, viris Principibus, gen-  
 tiumque exterarum legatis, atque adeo Regibus summo  
 in honore habitam, inferterrimam sedem, in qua here-  
 tiorum sentina, vulgusque flagitijs iuxta, ac miseris infaz  
 me volutabatur, deportandam, omnibusque incommodis mul-  
 to, quam alibi grauioribus obijciendam curauit. Quo eius iu-  
 diciis ita silens gaudebat, ut gaudens silentis itidem ad Deum  
 clamaret: secundum multitudinem dolorum meorum conso-  
 lationes tuae laetificauerunt animam meam; quarum tanta  
 vis fuit, ut etiam valetudine, multisque aerumnis vires  
 carpentibus, omnem tamen malorum sensum obruerent.

In deterrimam carceris  
 partem <sup>4<sup>ta</sup></sup> reijcitur.

Delectabant enim illam, quaecumque Christi gratia afflige-  
 bant, contumelijs <sup>atrocibus</sup>, quam triumphis Regijs beatiorem, suiq;  
 carceris squallore, et incommodis, ut paradisi amaranitate  
 fruebatur. Hanc tamen tantam laetitiam turbauit sa-  
 cratissima mensa, cuius usum quotidianum intermittere  
 cogebatur, ingens desiderium. Cuius quanta esset suauitas  
 non carendo minus, quam fruendo, cum reconditis illis  
 mannae celestis delicijs aspersum haberet palatum, sen-  
 tiebat. Interea frequens ad eam legati vtriusque coniux  
 incommodorum, et solitudinis leuanda causa ventitabat,  
 resque necessarias pro suo quaque in eam studio, ac vobun-  
 tate prolixè suppeditabat. Et illa quidem, quae partim  
 iuuandi, partim consolandi gratia venerant, magnis ipsa

consolat.



Cum custode carceris de ani-  
mae salute, rebusq; fidei agit.

consolationibus vltis ab ea <sup>asperse</sup> ~~proprio~~ Saud obscuris voluptatis ex collo-  
quio percepta indicijs domum remeabant. Neque ~~vero~~ adeas tan-  
tum diuini sermonis fructus permanavit, sed etiam ad carceris cu-  
stodem, eiusque uxorem, qui inflammato utriusque studio puritanū  
dogma sectabantur. Cum his de mysterio Sacrosanctae Eucharis-  
tiae, de diuina fidei praestantia, prolatis, qua assidua medita-  
tione, aut lectione perdidicerat, argumentis vt fortiter ita sua-  
uiter diserebat. Et oratio illa quidem defixum admiratione  
custodis animum tenebat, asperentis credibilius Saud dubie esse  
illud mysterium, quam ignorare plebi ē pulpito Londinensi  
symmysta. Solerent imponere, neque vero vnquam se credit  
dise fieri posse, vt id tam validis argumentis queat stabiliri.  
Victus erat si modo intelligere cum Miseridate tat Re-  
gum, gentiumque victore potuisset, et intellectum meminisset  
non esse turpe ab ea viruci, quam vincere est nefas: neque  
veritati inhoneste se quemquam submittere, quam Deus su-  
pra cuncta extulit, in cuius vnica victoria, et humani iudicij  
in rebus abstrusissimis gloriosa captiuitate salutis pra-  
sidium est repositum. Sed <sup>hoc tempore non singulari tantum frustra</sup> ~~quod imperium inuicem inuicem ge-~~  
~~camitur, verum petram hereticis. quid facias huic hominum ge-~~  
neri, qui deterrimo Anaxagore dogmate imbuti credere  
obstinarunt niuem esse nigram? Quid aliud ab illis ex-  
pectare possis, nisi vt picem quoque albam esse aliquando  
credant? Nimirum difficile est huiusmodi mortalibus gu-  
statam semel Cothum, gratoque scelerum melle sublitam  
nouelli Euangelij libertatem relinquere. Interim ē soda-  
libus vna, qua morbo confecta a licitoribus domi relicta fue-  
rat consternatione animi egritudine augente post  
huiusmodi tumultus haud sine martyrij specie moritur.  
Ceterum non alias maiori vnquam letitia gaudio in  
omni vita cumulata fuit Aloysia, quippe cum martyrij  
deus multo ram, quam antē propius assidua animi con-  
templatione reuolueret. E vultu, ē sermone, ē reli-  
qua actionum conformatione facile quibus intelligere pote-  
rat non in mensis tantum, et vanitatum blandimentis,  
sed virtutis quoque, et doloribus vduptati locum esse, et



acerbitates Dei amore toleratas eximij e' celo illecebris esse asper-  
 sas. Certe enim eiusmodi hic locus illi videbatur, ut non tantum ab  
 aerumnis, et pædore esset periculi, quantum à consolationibus,  
 quarum sensibus undique circumfluentium copia spiritum <sup>poterat</sup> ~~posset~~  
 intercludere. Sed has iucunditates repente per acerbi nuntij  
 allati obruerunt. <sup>quippe cum ea res quæ ad exploratam martyrij</sup>  
 emanarat enim Regem, eiusque consilium <sup>speciem præcludere videbatur, eam omnino præcluderet.</sup>  
 auctore malorum iterum, ac sequius Archiepiscopo eã in sen-

Exilio eam damnare consi-  
 lium Regium meditatur.

tentiam abijisse, ut Aloyziam ex templo Angliæ finibus iuberet  
 exulare. Quocirca in <sup>eandem</sup> eam rem hortabantur legatum sedulo,  
 emitteret eam potius, quàm acerbiori mandato exturbari pate-  
 retur, neve videndum esse mallet, quod volenti Saut paulo le-  
 uius esse posset. Et vero licet vir ille pari prudentia, con-  
 stantiaque laude præstantissimus eiusmodi voces fortiter  
 respuebat, inque contrarium omni ope nitebatur, vix tamen  
 obtinere potuit, ut res in integro relinqueretur, donec super  
 ea re responsum ex hispanijs accepisset, liceretque eam  
 inter ea loci tecto suo accipere. Suspensam dubijs cogita-  
 tionibus Aloyziam hæc aliquantulum tenuere, neque satis  
 explicabat, an acerbius esset carcere emitti, martyrijque  
 palmam amittè, quàm in exilium ablegari. Neque enim  
 inde nisi ad supplicium egredi deireuerat, neque dubitabat

Deo, quàm consilij auctorem habebat, impellente reluctari,  
 aut inimicis minitantibus, aut amicis suadentibus, uti de exi-  
 lio dictis audientem se præberet. <sup>neque tamen tam angustus erat</sup> Igitur cum illius periculis  
 declinandi unam superesse rationem cerneret, uti per  
 aliquot dies carcere excederet, et ad legati ades se con-  
 ferret, qui cum per otium res suas componeret, statuit in

eius animus, ut ad exi-  
 lium septentrionis angulum  
 tantopere adhaeresceret terras  
 que nobilissimas extra hoc gelu  
 misemque iacentes exilium  
 esse arbitraretur, quando ab  
 eximia animi magnitudine uniu-  
 ersum hoc puncti loco semper  
 habuisset, sed destinata palma  
 fraudari ei erat gravissimum.

presens potius patiendi occationi cedere, quàm eam in  
 perpetuum amittere. Virgo enim præalto ingenio,  
 et singulari constantia ad nullas infelice persecutionis pro-  
 cellas vela unquam, aut inconuulsam animi robur demisit  
 eum afflictam, ac ~~maxens~~ una certissimam in Dei fiducia  
 coronam iustitia repositam haberet, sepeq; afflictam, ac  
 maxens una virtutis celsitudine spes suas vel maxime  
 fractas, ac prostratas attolleret.



Caput. 28.<sup>m</sup>  
Carcere emissa quid  
egerit.

Nihil interim secius mandatam de eius exilio sententiam varijs vltro, citroque rationum momentis Senatus Regius agitabat ignarus eos à natura domicilij fines mortalibus esse præscriptos, ut communis omnium patria sit, quidquid unius diei <sup>cursu</sup> ~~cassa~~ à celerrimo illo lucis aurigâ ambiri potest; intra quam qui exulem facere cupit, eum naturæ rerum oblitum esse, domusque sua amplitudinem Sædatis nosse est necesse. Interim illud Ephesiorum iudicium gentium odij, atque vetustate pridem obrutum, ac sepultum suscitare placuit, qui Hermodoro, et virtute pariter è terris suis expulsa olim, non barbaro magis, quam impio edicto statuerunt publice, ne quisquam apud eos virtute excelleret, sed si quis eiusmodi existeret, is alio in loco, et apud alios ætatem degeret. Ut iam magis apud illos intra Britannia terminos manendo exilium Aloyria intuentum fuisse videatur; cum illud vtrique eloquentia Princeps locutus sit verissime, ibi esse exiliū, ubi virtuti non est locus. Ad hæc cum omnis Insula quoddam Religionis <sup>et legationis</sup> genus esse dicatur, tum hic quam plurimis ærumnis ita obsidebatur, ut nihil ad perfectum exiliū deesset. Neque vero poterat non beatissimā se putare Hispania, si illam recipere potuisset, quam cum amississet, maerissimam se multorum litteris, et sermonibus sæpe numero predicauit. Et certe merito quodam suo vendicare sibi illam virtutem videri po-

Aloyria in Angliā ad mortem terat is locus, qui eam procrearat, ut ibi eam deponere, et perseverare contendit. neres potissimum, unde acceperat. Id vero ne fieret, Angliæ, a qua immortalitatis deus, et coronâ gloriæ.



glorie iam prope pertexam expectabat, ingenti amore incensa, omni  
ope, et studio nitentur. Itaque apud Legatum degens cogitationes suas  
ad amica quietis, ac <sup>caji</sup> spiritualis studia contendebat, hoc uno solli-  
cita vehementius ne exilio damnaretur, ignara interim se non ab  
etib; metu tantam, sed exilio quoque equioris Iudicis calculi pro-  
peditam esse liberandam, <sup>patrisque sua reddendam, unde exulaturi</sup> Porro cum nihil in omni vita semper  
<sup>erant, in resipiscerent, qui exulem eam volebant.</sup> habuisset certius, quam <sup>mortis</sup> ~~exilio~~ tempus omnibus esse incertissi-  
mum, animum suum eiusmodi studij dedit, quibus profectio-  
nem suam faceret expeditissimam, <sup>quando communem illam generis</sup> ~~quod in omni~~  
<sup>numam calamitatem velut Sisyphi saxum capiti semper immineret, conspiceret. Ergo quoc-</sup>  
<sup>in tumultibus fieri solet, duplicavit vigilas, et presidij ab oratione ad</sup> tuendam mortalis nature fragilitatem petitis, rerum caelestium  
cognitione paulo etiam, quam solebat uberiore mentem roboravit.  
Porro cum et valetudo eius esset infestior, corporis que vires atte-  
neret, et interuentium amica impunitas aliquid de die  
destreret, quid quid temporis blandi fures rapiabant, id nocturna  
quietis impendij resarciebat. Horas enim aliquot orationi so-  
lemni voto obstrinxit, cauitque sedulo, ne pietate intermissa  
diem quoque amisisse videretur. Cum vero crebra salutantium  
officia huic instituto haud parum officerent, diesque sepe mume-  
ro amicus oppido infestis negari non posset, noctem sane ne per-  
deret, orationi deuouerat, eamque in sacris excubijs in somnem  
agitabat. Quibus laboribus et si animus patiendi auidiissimus  
constanter defungeretur, tantumque somno destraheret, quan-  
tum Deo tributum vellet, corpus tamen incommodis carceris  
confectum, reliquaque vitæ asperitate, quam nunquam in-  
termittebat, morbis que praepeditum frangebatur. Quo circa  
illo superuenientibus vigilijs extenuato magnopere, ac ~~re~~ iam  
velut superuacuo circumdata hactenus animam sustenta-  
bat, quam in Dei obsequijs, martyrioque effunderet. gaudebat igitur velut ex  
<sup>diuturnis fluctibus stabilem</sup>  
<sup>aliquando, et desideratum ui-</sup>  
<sup>uentium terram aspiciens, sed</sup>  
<sup>hanc certiam iterum rursus de</sup>  
<sup>exilio rursus interpellant, prorsus</sup>  
<sup>ita quidem certi, ac explorati,</sup>  
<sup>sed modesti.</sup>  
Id cum, iam denuo in consilio Regio disceptatam arcanam  
esse Aius locutus neutiquam sineret, Principumque du-  
te de exilio sententia emanasset, ad Aloyia aures ac-  
cidere peracerbe. Scripserat de his aulicus quidam in  
Sunt modum: secundis hic omnes admurmurationibus Aloy-  
sia in ea calamitate, quam nuper perculit, insignem animi  
moderatione

Excellentissimum Studium Orationis.

erant, in resipiscerent, qui exulem eam volebant.

numam calamitatem velut Sisyphi saxum capiti semper immineret, conspiceret. Ergo quoc-

+

moderatione



moderationem, atque virtutem deprecant. Neque vero minus sollicitudinem eius, curamque dilaudant, quam in soluendis virginum Anglicarum, quae in ipsius consortio degentes eadem vitae commoda pariter, atque incommoda patiuntur, ceteris adhibuit. Legatus quoque excellentis prudentiae, atque excelsae virtutis preconium tulit, quod proceres super hac re in senatu Regio summa cum dignitate est allocutus. Parem vero illius in ijs, quae secuta sunt, animi magnitudinem, qua D. Cotingtonum a consilio Regio domum suam missum excepit, Saut dispari laude efferunt. Ceterum vnam ei remissionis animi notam inurunt. Nam siquidem vera sunt, quae hic a quibusdam iactantur, Senatus illum sententiae subscripsisse, fidemque cum cura praestitisse Aloyria ex Anglia releganda, non facile eum excusauerim. Quod si ista ex eorum genere sunt, quae fama ut plurimum mendax inter eorum aures, qui sub Jasonis umbra spatiantur, solet dispergere; ne ille in negotio illustri laudem prudentis, atque constantis viri est consecutus. Sed de legati fortitudine, et innato constantiae vigore nihil erat dubitandum, nisi Regis aliud imperantis maiestas indomita virtutis nervos elideret. Quod si mandatum super ea re accipere contigisset, obitum ei ire, aut contraria inire consilia neque debebat, neque volebat. Ceterum in Hispanijs Saut dubia sententiarum contentione de Aloyria certatum fuit, cum ardor eius in diuinis rebus eximius, cunctisque in locis spectata virtus, et reliqua dignitatis insignia occurrerent oculis. Neque merentium tantum, sed et indignantium munus exaudiebatur, tam egregium Hispaniae sidus, tantoque nobilitatis, ac sanctimoniae splendore praeditum in externo caelo inter haereticorum odia, persecutionis nubibus, ac procellis obductum latitare. Neque iam iucundius quidquam accidere omnibus poterat, quam reducem videre eam, cuius absentis memoriam tot saecula

In Hispanias reuocanda omnibus, votisque recolebant. Itaque datum legato negotium, uti intimos eius sensus pertentaret, et per Religiosos, atque idoneos



idoneos homines constantiam eius labefactaret, morderetque identitate tantis rerum omnium difficultatibus, incommodisque cederet, nauemque presenti tempestati subduceret, et quam Dei amore merentibus omnibus reliquisset, eiusdem obsequio cunctis letantibus patriam repeteret. Sed dum hæc scribuntur, impigreque acutantur, breui scilicet decisa est multorum super unius itinere litigantium controversia a supremo arbitrio, in cuius manibus sunt sortes <sup>non</sup> Sominum, <sup>quas ipsi caeca sibi temeritate, uagisque desiderijs moliantur, sed quas ille a pe-</sup> Judicauit enim ille in martyrur patriam euocant- <sup>enim, certissimoque scientia</sup> dam esse dilectam suam, ubi haud paulo magis, quam in Hispa- <sup>sua lumine. Longe ante pro-</sup> nijs expectabatur, pariterque declarauit nolle se Aloysiam <sup>picit, ac disponit.</sup> ex Anglia unquam ante dimittere, quam illa in celum spiritum imisisset. Neque enim apud alios mortem debebat oppetere, quam eos, quibus vitam deuouerat, illamque animam, cui extorquenda carnifex ferrum negabat, nihilo leuioribus cruciatibus eripiendam sibi morbus vendicauit.

Caput 29<sup>m</sup>.  
 Aloysia morbus, et  
 obitus

Is e carceris <sup>illuagie</sup> ~~procurator~~, grauisisimisque incommodis contractus maxima interim frigoris atrocitate malum augente. Niacis doloribus ingentis animi feminam, paremque acerbitatibus sane quam acerbè afflixit. <sup>Et hæc acerbitas, atque aggritudinis cumulus</sup> <sup>prociue suis, aliena in domo, ac latibus circumstante, persecutione circumuentam</sup> <sup>peroratoricibus, quo pauiora suarum ministerijs destituta</sup> <sup>eo cruciabat aczius</sup> <sup>in morbum incidit</sup> Et hæc acerbitas, atque aggritudinis cumulus, quo pauiora suarum ministerijs destituta præsidia suppetebant, quibus in morbo uti solebat. Ceterum cum omnia prolixè deferret, nihilque desiderari patereur diuina legati humanitas, q's tamen uti ipsa noluit, fornterq; omnibus morbi molestijs occurrit. Erant inter inelytos medicos duo non Hippocratis, quam Christi discipuli clariores, qui ad aggritudinis vim leuandam omnia artis auxilia certatim ad mouere. Porro cum sanguinem non nemo mittendum iudicaret, illi frigoris asperitate deterriti eiusmodi remedio <sup>abstinendum</sup>



abstinentium censuere, ne parum prospera periculosam curationem  
eventus exciperet. Quam enim pestem caeli rigore conflata mem-  
minerant, eadem ne vires quoque inde sumeret, aegramque af-  
fligeret vehementius, laud immerito metuebant. Ad haec om-  
nem iam sanguinem carcer, valetudo perpetua, voluntarieque  
afflictationes exhauerant, nihilque non medicis modo, sed  
ne licetoribus quidem reliquerant amore. Tei diuersis virtu-  
tum, ac perpetuis perfectionis studiis, venas omni vigore siccatas,  
ac vacuas desitiente. At legati virtus, studiumque in Aloy-  
siam singulare, et eximia salutis eius, ac dignitatis sollicitudo  
ne vita vnius in duorum tantum scientia, ac industria niteretur,  
tertium adhiberi curauit eum, cuius arti, fideique vitam suam  
Rex ipse commiserat. Enim vero aegritudine vim artis omnem  
superante, nihil ingenti medicamentorum copia actum est  
aliquid, nisi ut cruciatus essent plures, ac intensiores, multaque,  
ut fit, pharmaca nouam secum dolorem Iliadem adferrent.  
Quippe illa ipsa, quae erant inflata acerbitatibus auelliprius  
posse, quam malum ipsum ijs infixum, videbantur. Cumque  
verba in metum sollicitudine medici non diuersis modo, sed  
aduersis quoque remedijs artem suam certatim, et Aloysiae  
patientiam exercerent, sentiretque ipsa probe eiusmodi re-  
bus officere eos potius valetudini, quam proficere, idque subinde  
significaret; monentibus, ut in ijs omnibus, quae ad corporis cu-  
rationem quoque pertinerent, medicorum se potestati permit-  
teret, solita modestia praecclare paruit, gauiosa magnopere quod  
pietatem, cuius officia tunc magno cum animi dolore <sup>curis</sup> ~~inter-~~  
huiusmodi, ut ipsa ualeret, <sup>eorum</sup> ~~imperio~~ imperio ualere iussis inter-  
mittere cogebatur, obedientia bene pensari censeret, qua  
una nihil e reliquis virtutibus Deo esset acceptius. Interea  
sublato exilij mœrore alia subinde consolatione olim sperata  
eam perfudit numinis benignitas, cum illum, cui animi sui  
noxas ante semper aperuerat, ab exilio reducem conspexit.  
Cuius quidem reditus non voluptatis plus, quam admirationis  
attulit, colenti studiosè, ac laudanti misericordias eius, qui  
saluos facit sperantes in se. Quippe cum improvisè pro-  
cella in medio cursu feliciter coorte eum a duobus porcedis,  
quos

Confessarij ab exilio reditus.



quos naua mutatis subinde cum vento velis petebat, repulissent, insi-  
 dijs vitatis, quas conscius haereticorum furor aduentanti struxerat,  
 in remotum Anglie portam inter pericula securus curante cuneta,  
 sollicitoque <sup>suis</sup> pro Deo est inuectus. In tam ingenti laetitia super-  
 erat illud vnum, ut illud Regij choreutae occineret, diceretque: bonum  
 est confidere in Domino, rei que tam secunda euentum, suamque con-  
 solationem illius benignitati acceptam referret. Infesti enim cum  
 morbo dolores crescebant, quos illa nimirum perfererat tanta non ani-  
 mi tantum celsitudine, sed etiam vultus iucunditate, ut magno bono  
 cumulatam se a Deo credens conuersa ad Confessarium diceret, Praeclara in doloribus patientia  
 se vero exultare in Domino tam praeclearo patiendi beneficio obla-  
 to, ut se animam in publicis tormentis emittere non daretur, ac  
 non omni saltem dolore mori careret. Et ad reliquas quidem per-  
 secutionis tempestates subeundas neque animum sibi unquam,  
 neque desiderium depuisse, sed communes temporum casus obli-  
 tisse. Quidni vero facti sui conscientia exultaret, quae caput suum  
 cruciatibus cunctis, mortique pro Dei gloria offerendo, passa esset  
 quidquid pati voluisset, Deo interuoluntatis votum in lu-  
 culento sacrificio numerante. Neque tamen ingenti animo  
 satis erat omne aegritudinis taedium, atque acerbitatem exorbere,  
 nisi ad maiora quoque toleranda pari se alacritate deuoueret.  
 Etenim post peractas numini pro morbo grates memorem quan-  
 tum praesidij in charitate habuisset Paulus, cupido inuasit para-  
 tam, promptamque se ad perpetuos dolores perferendos Deo of-  
 ferendi, neque dubitauit in ipsi quoque inferorum penas nume-  
 rare. Neque enim cum eius voluntate quidquam ei acerbum  
 esse poterat, in qua omnes habebat repositas voluptates, neque  
 sine ea vlla iucunditate frui, aut in caelo morari, in quo tan-  
 tum posset haurire laetitia, quantum a Diuina voluntate  
 manaret. Et si esset, quod animum hui posset delectare,  
 sine Deo non posset. Caterum nullum inter patiendum  
 ab ea gemitum, quod in grauioribus morbis fieri solet, expri-  
 mere potuit dolor, neque aliud quam complosa subinde  
 manus indicium dedit, quo sentire admotas acerbitatum fa-  
 ces videretur. Neque enim suspirio minus, quam Acciani

illius



illius Agamemnonis caluitio dolorem leuari credebat, quem sola  
patientia Christo innixa superaret. Quam ob rem cum decre-  
tum esset cuncta Dei amore vincere, tulit non modo cequa-  
nimitex Iliacos cruciatus mediis inter maximos semper has-  
tos, quod in egregijs tropæis numerare posset patiens, sed etiam  
fortiter moriendo superauit, in quo etiam martyr sibi deus  
vindicauit, siquidem illi e captiuitatis iniurijs cumulati eam ex-  
tinxerunt. Delictis enim pie expiatis, <sup>cum iam propius ad huius navigationis</sup> ~~hinc quoque captiuitate~~  
<sup>que uita appellatur, postquam quædam res, sacris & uelutisticæ lapidibus, quo</sup>  
etiam beneficio indies fruebatur, libatis confirmatam reliquis  
quoque sacramentis Legati flamen e' Sacra D. Domini familia  
alumna præclara pietate, et religione animi munuit.  
Quibus peractis nocte tota assiduis suspirijs Deipare, Jesuq;  
numen implorantem præcluso uocis meatu <sup>præfocauit</sup> ~~intermittit~~ dolor,  
vultu interim perpetuam sine ulla supremi inter hæc angoris  
molestia hilaritatem spirante. Ad extremum que omnia  
egerat, ut egregiam martyrij palmam tot votis expetitam obti-  
neret, ne quidquam omnino prætermitteret, animam quoque  
egit unico illius desiderio inflammata. Quo uero die pri-  
mum <sup>nata & fuerat</sup> ~~uero~~, eodem quoque <sup>denata est</sup> ~~denata~~, eo utique, <sup>qui</sup> primum a Kat-  
lendis Januarijs locum tenet, octauum uero a gloriosissimo  
Sancti Protomartyris, quem Ecclesia per uniuersum orbem  
læta ueneratione, cultuque celebrat, triumpho. Neque ipsa  
quoque aliqua huius triumpho parte priuanda erat nimirum,  
qua prima ex illo sexu eandem laureolam uoto nuncupate tam  
studiosè in remotis terris quasierat. Cæterum faciem non  
vanam anima imaginem posthuma a letho uerustas hæud paulo  
gratioribus colorum lenocinijs imbuerat, prorsusque functam,  
quam uiuentem omnes pulchriorem tacita cogitatione, ac  
stupore defixi mirabantur. Cum enim uultus uigore naturali,  
uitæque pigmentis esset destitutus, neq; quidquam de moris lœtore,  
fædæque illucie haberet, suffusa genis subita pulchritudo, colorq;  
non nature, sed uirtutis esse cunctis uidebatur, atque illa  
oris dignitas, nouusque splendor corporis certum intrinsecus  
beatitudinis omen præbebat.



Caput. 30<sup>m</sup>.  
 An Aloysia fuerit  
 O Martyr. O

Defixum fortasse nonnemineem longa expectatione tenebit illu-  
 stris illa palma, et omnibus Christiana charitatis ornamentis cla-  
 rissima, vnaque de precipuarum felicitatum genere, cui se voue-  
 re, quam quærere ab ultima Hesperia per tot maris, ac ter-  
 rarum pericula haud frequenti exemplo diuinus Amor Aloy-  
 siam voluit, adipisci cum sanguinis effusione noluit. Neque  
 vero martyrem esse posse credet, cui ferrum defuerit, quod  
 gloriosis pro Dei honore vulneribus imbueret. Et cerce, fa-  
 tendum est enim, non est huius titulus vulgaris, vllique temere  
 communicandus. Nam et charitas, cuius auspicijs martyrium sus-  
 cipitur, virtutum est Princeps, et hoc vnum eius opus reliquis fa-  
 cile solet anteponi: neque qua perfertur mors inter vltima mala  
 censetur, et vita perro, quæ contemnitur primum etiam in ratione  
 felicitatis, bonisque omnibus calculum occupat. Sed nempe con-  
 trahendi illi erunt haud paulo angustius Martyrum fasti, qui  
 solum purpuratorum agmen in eos referendum statuet. Ex-  
 cludendus enim illi erit <sup>ter suspectissimus</sup> Patmi exul, Pontianus, Marcellus,  
 aliique plurimi, quorum mors cruore caruit, <sup>neque satis madida</sup> extitit.  
 Gregorius, cuius sententia Martyr esse etiam potest, qui nullis  
 percutientium ferro trucidatur. Refellendus identidem erit  
 Hieronymus, qui deuote quoque mentis seruitutem immacula-  
 tam martyrium esse putat, et quidem quotidianum, neque  
 pulchriorem de rosis, quam violis coronam texi disputat.  
 In Spongiam quoque Bernardus incumbat necesse est, qui  
 ides eadem pauperibus, et martyribus promissa ait præmia,  
 quod paupertas voluntaria genus sit martyrij, nullumque  
 sit grauius martyrium, quam inter epulas esurire, interq;



opes indigere. Alios crux, flamma, ferrum, sanguis que  
exterioribus sicut martyres facit, quidam interioribus Sabent, quod  
martyres facit, etiam absque sanguine, animamque pariter  
dare omnes; hi quidem ponendo, illi affligendo, horrore forte  
mitius, sed pena diuturnitate modestius. Quo in genere si  
egregium decus retulisse Aloysiam dixerim, magnum fortasse  
cequo rerum diuinarum estimatori videbitur. Neque enim  
sanguinis ei effusio defuit in quotidiana carnis afflictione, qua  
ad eo corpus omne exhaustit, ut in graui inualeitudine cucur-  
bitis defuerit, quod elicerent. Sed exploratum est illud ni-  
mirum causa, non pena fieri martyres, notiusque quam <sup>cuiusquam</sup> ut in his  
commemoratione, uerbisque regere uideatur.  
veteris modestia, et in omni genere profectus. In Aloysia porro cau-  
sam martyrij qui nondum videt, is erit ex eorum numero, qui  
oculos non habent; aut si habent, in occipitis eos Sabent cum  
illo comico ne quid forte nisi a recta Religione, et Sanctorum  
omnium iudicio auersum videant; aut si in fronte gerere se  
pertinacius contendant, concedat, <sup>ut</sup> id illis quidem, sed Salpa-  
rum more, ut nihil cernant. Nam Catholicorum quis est, qui  
ambigat legem humanam, qua vera Religionis catholicae ac-  
tus inhibeat, aut ea, qua ad illius progationem, decusque tuer-  
dum diriguntur, esse eiusmodi, ut si quis ob violata eius iura  
a fidei hoste mortem patiatur, pro Religionis causa citra cons-  
trouersiam patiatur? Cum enim iniqua sit illa lex, et inani  
Religionis speie omnem Religionis cultum conuellat, actusque  
sacros, ac honestos vetet, nullo obligationis iure suos quoque po-  
test adstringere. Quam obrem cum eas despiciere nullum  
sit obseruantie crimen, ac potius eximium Religionis, et Chri-  
stiane fortitudinis, Amorisque monumentum, mors certe  
eius causa illata aliud esse nihil potest, quam Religionis  
persecutio. Neque vero in ijs modo, qua humanis institu-  
tis antiquata diuina leges iubent; in quibus quis tam diago-  
ras, atque impius, qui non cum Apostolo exclamet protinus,  
obedire oportet Deo magis, quam hominibus, cunctaque potius  
perpeti cupiat, quam Deo hominem antepone. Nam et  
in hoc rerum articulo deprehensos, illa etiam Christi vox

obstringit



+

consensendum

obstringit timere illos prohibentis, qui occidunt, <sup>corpus</sup> quo loco asserere  
 Sicut dubitat imperfecti operis perfectissimus Auctor non solum  
 illum esse veritatis proditorem, qui transgrediens veritatem men-  
 dacium loquitur, sed etiam illum, qui veritatem non libere pro-  
 nuntiat, quam libere pronuntiari oportet. Imo vero in ijs quae, id est  
 qua lege humana inhibita sine diuini precepti sigillatione  
 praetermitti queunt, qualia ea sunt, quae ob arduum perfectio-  
 nis decus, grauesque labores tuadentur hominibus a Deo illa  
 quidem, at nulli imperantur. Qualia ea sunt, quae de re-  
 franandis pudicitiae voto carnis cupiditatibus, aut Religiose  
 disciplina instituta capebendo, caeterisque eiusmodi consi-  
 lijs decreta sunt, quibus unicuique ad summum mortalitatis  
 fastigium liberum est ascendere. Quae quidem quia affir-  
 matiuo Dei, Ecclesiaeque precepto continentur, aut imminen-  
 tibus capitis periculis nominem obstringunt, citra flagitij nota  
 quicuis pro tempore ratione, animique sui prolebris impu-  
 ne potest praetermittere. Haec tamen qui Religionis tur-  
 bidio incensus contemptis carnificum minis, mortisque denun-  
 tiatione eo, quo fas est, modo exequatur, et ob eam rem ca-  
 pitis supplicio mulceatur, eum in Martyrum contubernio vi-  
 ri eruditissimi reponunt. Neque enim ut maledicus, aut fur-  
 patitur, sed ut Catholicus Christianus, qui nefario, atque  
 iniquo Regis imperio exquisitum numinis arbitrium an-  
 teponit. Cum illud sit certissimum optimum quemque  
 non modo cum precepto obsequitur, iustitiae operari, verum-  
 etiam quoties gloriae Dei nullo cogente imperio velifica-  
 tur. Itaque qui patitur ne hoc iustitiae genus numini  
 impendio acceptum; ad animae vero salutem praestantissi-  
 mum, licet id quidem minime fuerit necessarium, praeter-  
 mittat, prorsus ob iustitiam, patitur, verèque si mor-  
 ritur, Religionis causa moritur, citatque martyr. Et  
 ex multis alijs gloriosis criminibus huc spectantibus illud  
 praecipuum Aloysia Archimomus ille; non enim Archi-  
 mystes obiecit quod in luce Angliae Religiose vitae disci-  
 plinam profiteri, quod Catholicae praetati operari auderet,

nullumq;



251  
nullumque in ea crimen offendere potuit aliud, quod hominem sa-  
num et à fidei placitis Sana alienum offenderet. Cum hæc igitur  
sint explorata, negent sanè illam esse causam martyrii, sed illi qui  
~~quædam~~ die solem lucere negant in faulh' de Cimmericorum vici-  
nia tenebriones, et coronam Martiris, quos perquam libera-  
liter faciunt, auarè negent; dum hanc sibi gloriam cum deter-  
rimo Religionis desertore Iuliano communem suant, quem  
ut alia omnia, ita suum quoque athletic honorem inuidisse  
ferunt historia, idque vnum moliri solitum, et cum illi vim  
perferrent, ipse tamen nullam intulisse videretur. Nos interim  
ad mortis genus, quod Margres fuit, calamum ex his scopulis  
auertamus. Hic vero quid potius faciamus, quam ut dicamus  
illud Cypriani Martyris Illustrissimi ad margres scribentis:  
non contristatur aliquis è vobis, quasi illis minor, qui ante  
vos tormenta perpepsi, victo, et calcato sæculo ad Dominum  
glorioso itinere peruenerunt. Dominus scrutator est renum,  
et cordis arcana perspicit, et intuetur occulta. Ad coronam  
Dei promerendam sufficit ipsius solum testimonium, qui iudi-  
caturus est. Audet tamen communi Theologorum eruditione  
fretus suum quoque testimonium addere P. Franciscus Sua-  
~~reus~~ rius homo rerum diuinarum peritissimus, idemque cum  
eximia animi submissione modestissimus, tum modestia  
sua Religiosissimus. Is igitur ait: Catholicos diu pro fide  
vexatos, licet non sint violenter pro ea interfecti, si tamen  
in afflictione constanter usque ad mortem perseuerent, siue  
in montibus, et solitudinibus fugam errantes, siue in vinculis,  
et carceribus morientes, siue voluntarijs, et coactis exilijs  
peregrinantes, siue in speluncis, et cauernis terre latitan-  
tantes, siue alijs modis, aut egestate multa incommoda pa-  
tienter sustinentes usque ad finem vite peruenerint, non  
modo mercede martyrii, sed ne gloria quidem esse priuan-  
dos. Huius veritatis testem se, ac vadem iterum, iterumque  
offert Cyprianus, qui Thibaritanos ad Martyrium exhortans  
ait: Si fugientem in solitudine, aut montibus latro oppres-  
serit, fera inuaserit, fames, aut sibs, aut frigus afflixerit,

vel



vel per maria præcipiti navigatione properantem tempestas, ac  
 procella submerxit, spectat militem suum Christus ubique  
 pugnantem, et persecutionis causa pro nominis sui honore mo-  
 rienti præmium reddit, quod daturum se in persecutione pro-  
 misit. Nec minor est martyrij gloria non publice, et inter mul-  
 tos perijisse, cum pereundi causa sit, propter Christum perire.  
 Sufficit ad testimonium martyrij sui testis ille, qui probat  
 Martyres, et coronat. Neque verò inter eruditos quisquam  
 est, qui ambiguam esse cupiat eos esse martyres, qui intoleran-  
 tia pœnarum, et afflictionum usque ad mortem perseverant.  
 Sed harum duo statuunt genera, quorum hoc est unum; cum tan-  
 tam corporis cœgritudinem ex ipsi afflictionibus, vel earum occasio-  
 ne provenientes mori ipsa magna ex parte consequitur, aut acce-  
 leratur, ut contingit, aut in carcere, aut exilio ad loca pestifera; aut  
 rerum penuria ut gravibus, et continuis incommodis corpus extenuet-  
 tur, lentaque tandem tabe consumatur. In quo casu omni pro-  
 prietate, et veritate martyrium obtineri, est que, qui sic pro Chi-  
 sto moriuntur, et veros Martyres ab Ecclesia cœli, eorumque  
 facta celebrari una omnes sententia consentiunt. Nam de alijs,  
 qui exilia, aut vincula, reliquasue afflictiones usque ad extre-  
 mum spiritum pro Christo sustinent, quot tamen non violenta  
 ex his orta mors, sed consuetæ naturæ tenore fluens extinguit,  
 Sæd immerito incertum est inter eos an illud fidei testimoniū  
 usque ad eiusmodi mortem redditum ad singularem Martyrij  
 aureolam, nomenque consequendum sufficiat; hoc tamen est  
 certissimum eberrimam illis Martyrij mercedem, fructumque  
 gloria non esse denegandum. Quippe cum Christum confessi  
 sint coram hominibus, debitorem quoque Christum promissi  
 sui fide illibata sibi obstrictum habent, ut confiteatur et  
 ipse eos coram Patre suo. Nunc vero cum compertum sit,  
 atque apertum non hoc tantum ab Aloyia esse præbitum,  
 sed in priori genere magna cum constantia laude usque ad  
 extremum esse versatam, mortemque tandem ex illuvie, iricom-  
 modique carceris, et frigoris inclementia <sup>conflata</sup> ~~contortam~~ subiisse,  
 quis est, qui dubitare possit in numerum Martyrum, quibus



821  
dignitate, et constantia, ceterisque ornamentis necessarijs par existit;  
ese referendam? Neque enim dilata mors de confessionis merito  
debeat quidquam, sed diuina protectionis, martyrumque gloriam  
inuitis persecutoribus amplificat. Quocirca si, quod Augustinum illud  
Hippone, atque Ecclesia uniuersae lumen ait; martyrimum non  
sola sanguinis effusione, sed carnis quoque contemptu expletur,  
Martyr est Aloyria, quae nihil ex omnibus carne sua posterius  
duxit, eamque in sexcentis periculis ferro, mortique fortiter  
obtulit. Si martyrij genus est citra controversiam perfectum,  
et absolutum, persecutionis incommodis enecari, iterum mar-  
tyr est. Si denique illud etiam non sepe auditum est, mar-  
tyrij se vos innectere, Martyr est iterum, ac saepius Aloyria,  
neque hanc ei gloriam tot, tantisque titulis debitam ulla unquam  
impiorum inuidia poterit erigere. ~ ~ ~ ~ ~











# VITA ALOYSIA

129

Caruajatia  
Siber Tertius ~

Caput 1<sup>m</sup>

Exequia eius in Anglia  
celebrantur

Postquam inuictum in eiusmodi doloribus spiritum emisit Aloysia, ad ornandum id, quod mortalitas seruo in terris reliquum fecerat, corporique iusta <sup>more maiorum</sup> peragenda omnium versa est sollicitudo. Ceterum agnouere eximium numinis beneficium illius contubernalis, quae vinculis mancipata per hoc tempus legati studio, et auctoritate in asserta animam agenti adfuerit, ut ad mandandum sepulturae corpus missa potissimum viderentur. Siquidem cum tenerrimus ei pudicitiae sensus in omni vita semper inhaesisset, mortuae quoque sensus adhuc aliquis inesse videbatur, cauente sedulo cultide castimoniae, quem <sup>habebat</sup> genio, ne ab alijs, quam virginibus notis, ac familiaribus virginis purissima funus componeretur. Una porro ex ijs, quae ab exgashu- <sup>Funus a virginibus componitur.</sup> Lario inclusa tenebris pertinacius tenebatur, cum precibus efficere potuisset nihil apud aures carceris sui saxi, ferroque duriores, audendum in vltimis rebus rata ab ingenti desiderio sanctitatis illius postremum spectanda, debitoque honore, et officijs prosequende rupit vincula. Neque secundus fortuna euentus intrepidae virtuti defuit. Incolumis sentiente nemine e carcere euasit, interque armatos, et obsepta satellitum gregibus atria pietati patuit via. Intuentibus vultum notu augustiorem, neque oculos satiare extremo conspectu valentibus virtutes identidem

Singulis



singulis occurrere, quas exceptas sibi esse confusi singulis querebantur.  
 Neque vero naturae leges ignorabant, sed incredibilis quidam amor, et ob-  
 servantia sensum communis fragilitatis retulerant, ut quam colebant  
 vnicè, et à cuius virtutibus auelli non poterant, de ea non nisi im-  
 mortalia omnia cogitarent. <sup>Amabant enim illam, solummodo, in modum ob sanc-</sup>  
 tissimam vitam consuetudinem, <sup>atque in eius nomi-</sup>  
 ma cernentium oculis subiebat, rite indutam Crucifixi imaginem ma-  
 nibus identidem imposita triduo multitudini spectandam in aedibus le-  
 gati proponere. Plumbeum porro loculum proluxa eiusdem libera-  
 litate includendo corpori extractum, alius insuper ligneus obduerat  
 serica veste magnificè tectus. Flores alienis anni mensibus quo-  
 niam à vere impetrare non poterant, ab ultimo sere submissos, fictosque  
 affabre; ceteros item candidos, rarum illis locis decus, et quaecumque  
 sedulo quaerentibus occurrerant ornamenta ad decorandam eius Vir-  
 ginitatem communis omnium pietas certatim in unum congeserat.

Deipara cultum, quam vixit praecipua semper veneratione pro-  
 Deipara imago una cum cor: secuta fuerat, ne mortua quidem dimittere potuit. Decedens  
 enim mandauerat, ut iuicula diuè Conceptae affixa cadaueri  
 cum amiculo scapulari eiusdem generis uno secum tumulo inhu-  
 marentur. Ne vincula quoque, et catenas secum in sepulchrum  
 ferret, auersus in exilium haereticorum furor hanc illi gloriam in-  
 uidentium fecerat. Cum primum exequias fama vulgavit, per-  
 mista Catholicis haereticorum multitudo nullo gentium, ordinumque  
 discrimine pari studio aduolauit. Suspiria spectantibus oborta  
 quam chara eius cunctis, raraque pariter esset virtus inter-  
 ruptis vocibus loquebantur. Pascebat omnium vultus mortuae  
 species immortalitatem spirantis, cuius ex ore tanta emicabat

hilaritas, quanta cernentium oculos explere nequaquam poterat. mors  
 esse putant, ultro etiam dele- <sup>enim uenustiorei rei formam, quam emblemata gratia</sup> <sup>Chrysostomus, alij flores uirtutum</sup>  
 tam argobat. <sup>ne uitas</sup> Neque pro ab impijs pietate per omnia prope simili in com-  
 omni praecellentium actionum gratia <sup>munis malitia licebat internoscere, cum laetum omnium cer-</sup>  
 florenti debitum decus inuideretur.

tamen indigetem, cunctisque virtutibus, et beatitudine cumu-  
 latam dictitantium ederetur. Maxor tamen circumstan-  
 tium tumultu haereticorum haud paulo notari dignior fuit, quip-  
 pe cum <sup>simili, mortis genere defungi</sup> <sup>in tam dissimili vita non sine inger-</sup>  
 ti animi sensu cum suspirijs omnes precarentur. Denique  
 omnium una vox audiebatur Archiepiscopi fauinus libertate

Deipara imago una cum cor:  
 pore sepelitur.

Haereticorum de eius sancti-  
 monia opinio.



decembri carpentium, qui talis, tamque inculpata Virginis Letho pu-  
 blicè tributa sitasset. Et beatam quidem illam laudibus suis, verisq;  
 virtutum præconijs memorabant, tum vero sanctissima morte omnem su-  
 perare felicitatem asserabant, sed acerbum multis, qui præsentem  
 illius opem, solatiumque desiderabant, sed acerbum multis casum do-  
 lebant. Postremo gemitibus, et lamentis sanctam unanimi voce  
 appellantium delubrum omne personabat. Catholici vero cum pri-  
 mus dolor sua damna deflentium lacrymis parentasset, versa tan-  
 dem in pietatem multitudine certatim aliquod demortua pignus  
 pro se quisque sepulchro subducere nitebatur. Hi è verbis aliquid  
 revocare, illi ianuulas, floresque, alij alia, quæ fors cuiusque pieta-  
 ti obtulerat, vendicare. Neque vero decantandis egregia virtutis elo-  
 gij præco suis defuit, qui ad circumstantes è loco superiori res gestas  
 immortalitate dignas idonea oratione percenseret. Is erat, <sup>scilicet</sup> Legati  
<sup>flamen</sup> ~~Sacellam~~ ante nobis memoratus, qui factorum insignium com-  
 memoracione audientium mentes ad præclarum imitationis studium  
 accendit, tantumque <sup>præconiorum</sup> virtutibus eius tribuit, quantum maximis debe-  
 batur. Ut iam vanissimum videretur adstantibus etiam Hæreticis  
 Alexandri votum, qui cum vivens à cunctis impensè laudaretur,  
 aiebat cupere se ubi mortuus fuisset, ad vitam redire, hoc tantum  
 periculum facturum, num mortuum quoque præconia, nominisq;  
 celebritas sequeretur. Aloysia enim honor, qui sanè in vita  
 ei ab optimo quoque, Regibusque ipsis multis omni tempore de-  
 latus fuerat, à morte potissimum incipiebat, cum ipsa etiam  
 Hæreticorum ora <sup>omnibus, hominibusque</sup> faustis ~~apprecatoribus~~, ~~laudibusque~~ persona-  
 rent. Et pro felici quidem illius quiete, quod de martyrio  
 certi esse haud dum auderent nullo sanguine furo, numen  
 aliqui consuetis ritè orationibus deprecabantur; ceterum haud pau-  
 lo maiori voluptate sensus, animumq; perfundi sentiebant,  
 cum eiusmodi deprecationibus funeijis prætermiis velut san-  
 tam, margremque implorabant. Id ut facerent, pietas per-  
 uicit, quippe cum viam olim haud vanus semper vulgi rumor  
 indigetaisset, rarisque etiam optimo cuique post funus, cine-  
 remque titulis decorasset. Faber lignarius, cui manda-  
 tum erat, ut loculum cadaveri instrueret, virtutibus eam  
 suis

Reliquia ab omnibus laudatè  
 colliguntur.

Faber lignarius Hæreticus tumu-  
 lum ei exstans convertitur.



suis mensus magis, quam corpore, memorque quantam Sanctimonia mo-  
 lem exiguo tumultu pararet includere, beatam Saud' vanis encomijs, San-  
 tamque cepit ingeminare, vitamque illius priore detestata (nam  
 hereticus erat) imitari quam primum velle assererat. Neque  
 promissis fides defuit. Nam omnibus Religionis mysterijs, actu-  
 tum est imbutus, Catholicumque induit, haud dubio Aloyria sub-  
 sidio, a qua olim ad id monitum fuisse, magnaue cum animi per-  
 uicacia reluctatum sciebat. Part hæc cum eiusmodi Sancti-  
 monia secundis rumoribus longè, lateque increbesceret, Iuue-  
 nem quendam grauib' Cephalæa doloribus agitatum medi-  
 cis frustra fatigatis memoria repetentem quantum adiuventi  
 mortalibus in martyrum precibus apud Deum esse repositum,  
 Cupido inuasit piteb'li, quo ipsa nocte uti consueuerat, capiti  
 ad certam salutis reparanda fiduam circumponendi. Ergo  
 Sacramentis ritè perceptis cum petitis multis obsecrationibus  
 capitis tegmen impetrasset, fractis repente, ac debilitatis do-  
 loribus aculeis, pulsaque ægritudine indubitatum numinis  
 presentiam sensit. Porro longa, atque inconcussa sanitate  
 non paruo suorum, suoque gaudiis, ac gratulatione recreatum,  
 cum anno reuoluta inuasit ægritudo, occultis Dei iudicijs in ob-  
 scura rerum humanarum vicissitudine sapienter ludentibus,  
 quorum maiestatem mortalium oculis impenetrabilem gra-  
 uiter omnes scrutari vetat Sapiens, ne opprimantur a glo-  
 ria. Interea cum iustis solemnè pietate procuratis ad vincu-  
 la cunctæ pariter redissent, Legatus pro ea, qua apud Regem  
 pollebat authoritate, ac gratia liberandas eas censuit. Itaq;  
 cum illius beneficio optatam libertatem enactæ animam ad  
 intermissa Aloyria letho religioni studia retulissent, atque in  
 eiu'dem ædibus non tecto, quam animis coniunctiores habi-  
 tarent, reerudit sopitus Archimystæ dolor. Querebatur  
 enim eas in exorsio ab Aloyria vitæ instituto persistere, illudque  
 Verporum vetus, <sup>ac cascum</sup> longoque æuo rancidam ex orco reuocabat,  
 ne fiat nouissimus error peior priore, unaque sepulta multa-  
 rum inuidia pietas rediuita per omnes Angliæ oras clari-  
 cularijs se vix diffunderet; redire in vincula liberat mandauit.

Alter adhibitis eius reliquijs  
 grauisimo Cephalæa dolore  
 leuatur. ~

+  
 Contubernales in carcerem  
 redire coguntur. ~



Cumque metueret, ne in carcere quoque communi ferro, et charitatis  
 vinculis sociarentur, privata singulis exalata, custodiasque de-  
 crevit; vixque tandem multo tempore elapso, duo primum <sup>ad</sup> ~~in~~ <sup>adactus</sup>  
 ne vite contubernio uterentur, Angliam pedem efferrent, dimisit.  
 Cum enim fidei eorum, ac Religionis pertasus locupletum va-  
 dimonia importune exigeret, neque Catholici apertis odijs, pe-  
 rniculisve caput suum offerre deberent, neque haeretici vellent,  
 legati auctoritate opus fuit nimirum, qua hominis scevitiam,  
 et improbitatem mitigaret. ~ ~ ~ ~ ~

Caput 2<sup>m</sup>  
 Hispani, & Vallisoleti iusta  
 ~ persoluuntur ~

Neque vero beatorum manes, quos Anglia iam pridem inuide-  
 bat Hispania, imaginarij sepulchri honore carere sustinuit;  
 sed simul de morte certis rumoribus Vallisoleti comperitum fuit, Vallisoleti exequiae celebrantur.  
 Collegium Anglicanum pro sua erga illam veneratione, gratique  
 in perpetuum animi, atque observantiae significatione, solemnem  
 Sacrorum celebritatem, atque exequias indixit. Harum nun-  
 tio audito exulta nobilitas omnis, praecleara pietatis, atque bene-  
 volentiae consensione frequens concurrat, ingenti Phedarum Principum ad funus concurrerentium  
 strepitu famulantium gregibus obsesta circum late cuncta <sup>tum frequenter</sup>  
 tenentibus, cunctamque pompam, et amplissima dignitatis  
 ornamenta ad unius virtutem illustrandam pro se quisque  
 contulit. Congesta in vnum insignia praebuere speciem non  
 inane Virginis funus, sed triumphum celebrantium. Marchio-  
 nis tamen, quem vno, eoque amplissimo titulo Septem Eccle-  
 sia indigetant, ut dignitas, sic pietas cunctis eminebat, qui  
 haud paulo maiore cultu defunctam, quam spirantem prosequer-  
 batur. Quippe muneribus amplis in Angliam missis, et proluxa  
 munificentia, crebrisque sermonibus saepe numero declararat, quo  
 loco virtutem eius statueret, et vitanda studis incensus pelagus

trajicere



Cerei in exequijs ardentēs  
non consumuntur, neque  
quidquam imminuuntur.

traicere decreuerat, nisi Regis auctoritas pro Remora fuisset, cursumque  
destinatum tenuisset. Ceterum affectum illum, ac venerationem,  
quam viuenti Saud poterat deferre, in mortuam præstantis obser-  
uantia officij cumulatiſſimè effudit. Visus est ille dies se-  
minario Vallisoleitano clarior solito, non illis quidem solis radijs,  
quibus omni anni tempore benignissimè semper perfunditur, sed  
Sonore, laudibusque Virginis. Fulgebat templum peribro-  
matis, byſſoque undulata exornatum, frequentibus passim cereis  
dignum Martyris gloria lumen spargentibus. In quibus hoc fuit  
singulare, quod cum toto fœralis officij, longæque orationis, ac  
concionis tempore multis oppido horis liberaliter duobus diebus  
lucem dedissent, in statera postmodum expensi, nihil de pondere  
suo deperdidisse inuenirentur: ut tantum fulgorem, quo omnia  
continenter micabant, non tam cera, quam gloria fuisse omnes  
existimarent. Neque oratoris tantum è suggestu magna rerum,  
ac virtutum varietate disserentis, sed poetarum quoque vox au-  
diebatur tot vnus Virginis laureas, laudesque multiplici lingua-  
rum pariter, carminumque genere celebrantium. Cenota-  
phium porro, palma, et corona, reliquisque insignibus splendi-  
dum, hæc in super Epigraphæ ornabat.

D. O. M.

Perillustri Heroine  
Aloysie Caruajalæ

Generis claritudine vere insigni  
Hispaniæ Principibus affinitate coniunctæ  
Virtutum omnium cumulo perfectissimæ  
Post D. Gregorium

Angliæ Apostolum

Eiusdem Apostolici spiritus imitatrici  
Diuini honoris zelo flagrantissimæ

Martyrij



Bis pro Religione carceris labores passa,  
 ipsidem consumpta  
 Virgini.

His saeculis multo clarissima  
 Societatis IESU, et Catholicorum Angliae  
 Benefactorum munificentissima  
 Matri pyssima.

Collegium Vallisoletanum  
 Anglorum

Pietatis, et gratitudinis ergo  
 H. M. P. P.

Hispania <sup>autem</sup> ~~parva~~ quae ceteris Hispaniae urbibus elegantia, nobilitate opulentia superior est, Religione, sanctitate, pietate inferior esse neque voluit, neque debuit. Quippe Anglicani Collegij alumni inibi iustam benefica Virgini celebrantibus Hispani eidem parentatur. multum splendoris frequentia nobilitatis adiecit. Maiestas templi inuitatis opibus collucentis urbis, Virginisque gloria par fuit. Aditus ad aram eiusmodi, ut in summa letitia. vnum id dolendum esset, tanta frequentia ita fuisse obstructum, plurimis ut pietatis suae explenda copia deesset. Aloysiae idem laudum, vitaeque praeco, qui Salomoni obtigit. P. Pineda, qui inter eruditos sacrae historiae interpretes subtilis, inter subtiles eruditus, atque inter omnes praecipua religiose consuetudinis comitate est grauisimus. Is felici eloquentia omnia in eam elogia promptis e vita virtutum exemplis vere, et apposite coniecit, quae in mulierem fortem Salomon. Ceterum orationem avidis omnium auribus exceptam typi ab oblivionis contumelia asserendam vendicant. Ut nobilem iam iterum suspirium Macedo aliquis renouare possit, tales clarissimis Christi clientibus, Martyribusque praecones, atque honorum immortalitatem inuidens, nisi inuidiam, atque adulationis.



discrimen omne excessissent. Neque muta interim statum plec-  
tra in communi fuisse latita, quorum varia syncharmata, pi-  
osque latus cum in luce versentur huius numerare superuaca-  
neum est. Sed Epitaphium, quod perennis memoria præiugo  
uere sibi, manibusque sacrum deposuit, omittere haud possum.

D. O. M.

Aloysia Caruajalia  
Heroina incomparabili  
Ex serenissima Milia Britannica  
Stirpe Regia  
Ex clarissima Hispania Principum  
Mendociorum, Taxardorum, Caruajalium  
Familia prognata  
Virgini Deo sacra  
Ad Anglos docendæ fidei Catholica ardore  
Voluntaria Exuli  
Hæreticorum terrori, Piorum solatio  
Ad altissima semper in rebus diuinis grassanti  
Mulieri verè forti  
Seminarij Anglicani Hispalensis alumni  
Tanta Sanctitatis admiratores, veneratores  
Immortalis beneficij æternum memores.

H. M. B. M. P. P.

Destinatus funeri dies V. Id. Maij obtigit, qui ad texendam  
clarissima Virgini debitam omni florum genere corollam pe-  
culiari numini beneficio illuxisse videbatur. Tumultum  
honorarium aurea veste eleganter instratum ambiabant aba-  
ci tres ex argento solidi non materia, quam arte preciosis-  
res, quibus argentea identidem inusitata mole pelues Rosæ,  
cæterisque Maij diuitijs repleta luminaribus perinde ma-  
gnifus undequaque internitentibus illustrabantur. Ipsæ re-  
spondebant vasa pretio, et magnitudine paria, thure, Arabumq.

deliis

+ Sepulchri imaginarij ornatus

+



delicijs fumantia, quae perpetuis odoribus templum perfundebant, ut  
 cuncti Lacteis Virginitatis symbolis, et liliorum gloria, florumque ve-  
 nustate defixi haud satis certum haberent, quid potissimum mira-  
 rentur, nunc colorem pra' odore, nunc odorem pra' colore suavit-  
 tatis plenissimum eligentes, debitisque laudibus pudicitiae deus in  
 caelum extollentes. Caetera visu, quam scriptu floridiora  
 necessario hic omittenda, praesertim cum a D. Peralta Hispa-  
 lensis Collegij moderatore libro super exequiarum celebritate  
 edito conscripta, et D. P. Cabredo, qui tunc nova Hispa-  
 niae prouinciam cum summo imperio, parique virtute <sup>admiris =</sup>  
~~trahat~~ ~~trahat~~, illustri dedicata monumento in manibus versentur.

## Caput 3<sup>m</sup>. Corpus nauigio in Hispania- ~ niam deuehitur. ~

Interea Philippus, quem hoc nomine tertium Hispania Regem  
 numerat, maioribus suis, ut imperio, ac magnitudine par, ita  
 virtutibus nulli inferior, cum exploratam eius iam inde ab  
 incunabulis haberet Sanctimoniam, sciretque quantum marga-  
 ritum male lateret, negotium Legato dedit, uti corpus quam-  
 primum in Hispaniam deportandum curaret. Et ille qui-  
 dem nihil prius, aut honorificentius habebat, quam voluntati  
 Regiae parere; sed tamen rem omnem in aliud tempus non  
 differri magis, quam deferri sibi perfecti legationis munere Rex Catholicus corpus in  
 flagitabat. Usa est ingenio pietas, Regisque imperium Hispaniam deferri curat.  
 rationibus pro re nata oblatis conata est remorari. Corpus  
 in alieno solo conditum nullo nisi Sanctimonie balsamo,  
 ac odoribus erat conditum. Ergo docebat a putredine  
 esse periculum, si ante Anglia efferretur, quam longum  
 tempus, moraue iusta obnoxios sumores exedisset.  
 Ad haec multa mari, terraque pericula occurrere aiebat,  
 quibus arcendis studium suum ipse, curamq; obnixae defererat.

Omnino



Omnino vero similia afferre videbatur communi vulgi formidine,  
metuque rem aestimantibus. Sed Regem, cui persuasum  
erat non mortem modo Sanctorum in conspectu Domini, sed mor-  
talitatis quoque exuvias, et ossa esse pretiosissima, maior inuasit  
cupido. In quo eluxit imprimis præclara Marchionis, et  
earum Virginum, quæ in monasterio Regina impendijs <sup>subsecuto</sup> haud  
procul palatio degunt, Antistite virtus id ipsum crebris a Re-  
ge precibus flagitantium. Vicit ergo Legati pietatem duo-  
rum singularis Religio Regijs non postulatis tantum, votisq;  
sed mandatis confirmata, annoque inter hæc venerationis  
sacro, citroque egregijs obsequijs certantis studia circumactis de-  
creto irreuocabili statuto, uti Regiæ voluntati quam primum  
fieret satis. Quam obrem legatus extremo adactus imperio  
nubique Regis ad ornandam Aloysiam animum vertit. In-  
cluserat corpus duobus loculis egregia cum munificentia testifi-  
catione. Ceterum contentum continenti maius erat illustri  
virtutis præconio, quæ Philosophorum contentiones, legesque  
naturæ consuetas Sæud raro solet excedere. Aliam igitur  
arcam haud paulo ampliorem noua liberalitate exstructam  
holoserico purpureo Martyrij indice vtriusque magnifice obduxit,  
cruceque limbis sericis, clauisque aureis intermicantibus affa-  
bre concinnatam adiungi curauit. Hanc porro alteri maiori  
includit, quam spissa aluta ad arcendas cæli, et ruina in-  
iurias studiosè texit. Sacellarus Legati deueniens in Hispaniam  
thesaurum communibus sententijs erat destinatus. Is  
itaque delectis aliquot viris pietate, et dignitate pollentibus  
Sacram arcam onerariæ imponit magna Catholicorum mestiti-  
a eiusmodi presidium, deusque Angliæ <sup>eripi</sup> erepti dolentium.  
Sed vicit tamen communem omnium dolorem Regis autho-  
ritas, præsertim cum Sæud paulo citius in Hispania seruari  
posse faterentur. Nunquam alias de Legationis sue mu-  
nere honorifico vtriusque, et apprimè splendido questus fue-  
rat legatus; sed illi tamen hoc tempore vnius iniuriæ la-  
bem inussit, quod districtum grauissimis regni occupatio-  
nibus teneret importunius, neque discedentes cum eiusmodi

Ampliori tumulo includitur.



gatis in Hispanias comitari pateretur. Ergo naudem, cum iam ex-  
 plicatis sedula cura armamentis portu egressa esset, felicitis aura  
 afflata in altum prouectam aliquandiu, cum iam prope a petito  
 Hesperiae portu abisset, coorta subito tempestas sane atrox vi-  
 cesibus retro, unde iter fecerat abripuit, velisque vento paren-  
 tibus cum aperto omnium discrimine transuersam egit. Naua  
 cum procellis diu irritis conatu luctantes, cum omnia frustra sub-  
 sidia implorassent in Angliæ conspectum veuduti pauore Sand  
 inani torpentes, metuebant, ne ad breuia, aut scopulos adheresce-  
 rent. Quippe tanta vis erat ventorum, uti arte victa oner-  
 rariam undarum arbitrio, fluctibusque permittere cogerentur.  
 Quo tempore manifestum fuit, quam pretiosum pondus, Decq;  
 acceptum nauis veheret ingenti nautarum lætitia de optato  
 salutis presidio cunctis gratulantium. Quippe cum littori,  
 abrupsisque rupibus, quæ plurimæ pelago imminent, dubij <sup>uitæ</sup> ~~mor-~~  
 tis appropinquarent, nauisque nihilo mitioribus fluctibus iac-  
 taretur, abrasis scopulis ope fauentis numinis, ac Aloysiæ me-  
 ritis paratum naufragium, pestemque euitarunt; et versa  
 repente in tranquillitatem tempestate lenis exorients ventus  
 prosperiore flatu incolumes Sebastiamopolim usque conltans  
 prouexit. Nimirum quam viua deserere haud potuerat,  
 Angliam, ne mortua quidem sine ingenti difficultate potuit  
 relinquere. Ceterum alia subinde res fuit, quæ vectores om-  
 nes, reliqua<sup>que</sup> qui eodem nauigio vehabantur maiori etiam ad-  
 miratione, ac prodigio attonitos defixit. Quippe inspecta  
 sollicitè in portu veteri, et quassata nauæ, an aliquod è pro-  
 cellis, et infesta iactatione incommodum accèpisset per laxa-  
 tis undarum vi compagibus, vultuque foramine detriscentem  
 saluos in portum deaulisse animaduertent, quos fluctibus  
 obrutos oportebat, ex altero iam periculo excepti mirificè læ-  
 tabantur. Itaque post lætam omnium gratulationem, ac-  
 tasque numini, cuius opem præsentem, præsidiumque ala-  
 xi voce agnoscebant, grates, Meriti Aloysiæ iterum  
 tributum est, ne oneraria irato mari ante demergeretur,  
 quam suum Hispania depositum reddidisset. Senatus

tempestate periculo  
 liberantur.

interim



Sebastianopoli magno honore  
re funus excipitur.

interim Sebastianopolitanus, ubi de funeris appulsu certior factus  
est, solemnem sacrorum pompam apparavit. Sic enim sta-  
tuebat sacrum funus, quod ex septentrione per tot terræ, ma-  
risque spatia Rex pro veneratione sua in Hispaniam deferri  
imperasset, omni obsequio, cultuque esse suscipiendum.  
Quam ob rem indictæ die, primores civitatis, et Senatus, ma-  
gnaque inceptorum multitudo ad portum cum cereis ardenti-  
bus descendit. Venerant Principis ædis sacerdotes, cura-  
tisque flamines ritè linteati cum crucibus suis, et egregio tem-  
plorum apparatu feretrum in litus expositum, pallaque ma-  
gnifica contextum excipientes læto cantu per omne litus re-  
sonante ad summam ædem processere. Sequentibus ponè  
non Religione, quàm frequentia minore civium cœtibus de-  
posita ante aram maiorem cum festiuis cereorum continenter  
ardentium luminibus arcâ spatium est datum, quo oculos, ac pie-  
tatem quisque suam tactu loculi, oculisque satiaret. Inter  
 hæc Sacellanus ignorans cui potissimum Hispania civitati  
Rex corpus hocce destinasset, concitato cursu Marchionem  
septem Ecclesiarum, cuius sollicitudini, atque opera com-  
missa res erat, ad eundem, et super hanc ex templo conu-  
tendum putavit. Versabatur hæc forte Burgis, quod hæc  
temporibus uniuersa nobilitas festiuis connubiis gratia, quod Hi-  
spanias inter galliasque non animorum minus, quàm sacramen-  
ti arctis vinculis ad egregiam Christianam, Catholicæque  
maiestatis spem, gloriamque necebat, certatim se Ma-  
trix effunderet, Regemque, qui tum forte ad Regni fines  
norum paterna benevolentia excepturus iter faciebat, magno  
studio, et frequentia prosequeretur. Itaque intellecto quod  
in Hispanias desideratum diu corpus affulisset, simulque  
quanta veneratione Sebastianopoli susceptum fuisset, enimvero  
indoluit, omnemque spem cogitationum suarum eiusmodi ce-  
lebritate, ac gloria interceptam fuisse querebatur. Neque  
ille quidem Virginis nomen infuscare cupiebat, sed per-  
petuis monumentis ad seram posteritatis memoriam  
consecrare in animo habebat. Nunc vero, quoniam

Aduentus



aduentus famâ, quam tacitam esse voluerat, sui Sonoribus per  
omnes Hispaniæ oras vulganda esset; tulit quidem ille acerbe,  
sed ad alia consilia mentem reuoluit, idque vnum omni ope con-  
tendit, quomodo lucem celare posset, ignarus obducente sen-  
sus charitate, ac beneuolentiâ, eam iudicio suo semper

prodi.

Caput 4<sup>m</sup>.  
Sebastianopoli Vallisole-  
tum, et Madritum  
deuehitur

**F**ixgo noctem consilijs suis tegendis aptissimam esse ratus,  
fidus è suis Sebastianopolim misit, ijsque negotium dedit,  
vti de nocte corpus Vallisoleum silentio deferrent. Man-  
dauit identidem vti in cœnobio, cui porta cœli nomen est, quod Vallisoleum silentio  
ipre suis auspicijs, opibusque nuper erexerat, deponeretur. deuehitur.  
Est id in reliquis, quæ Vallisolei plurima Regio cultu, ma-  
gnisque impensis, ornata conspiciuntur, vel elegantia, vel  
splendore, vel diuitijs præstantissimum. Fornices, parietesq;  
auro operti, varijsque picturis distincti intuentium oculis non  
templi magis, quàm cœli speciem subiiciunt. Cætera  
artis, opumque ornamenta in Sani adem prolixè non ad  
pietatem dumtaxat, sed miraculum vsque congesta nihil  
esse ostendunt, quod in eo vel momus ipse ad summam ar-  
tificum industriam, operisque concinnitatem desiderare possit.  
Vnum requirebatur nimirum quod humani operis magni-  
tudini aliquid diuinæ venustatis adijceret, sacrum Aloy-  
siae corpus. Id structura pulcherrima fastigium erat  
destinatum. Fecere imperata famuli fideliter, funusq; In cœnobio Porte cœli obdormit  
iunctis nesicientibus illatum spisso pariete vt iussi erant pariete sepelitur.  
in templo obstruxerunt. Neque meminerat Marchio



virtutem, sanctique nominis gloriam Saut perinde caligine, muris que  
 posse obduci, quae fulgore suo obstantium saxorum moles perumpit,  
 neque in tenebris unquam potest obsolescere. Et quidem cum cuncta  
 ingenti celanda rei cupiditate moliretur, omnique ope, ac laudis  
 corpus a seruare contenderet, Regi intentiorem indagandi sollici-  
 tudinem iniecit, pariterque occasionem praebuit eum, tam et si ob  
 eximiam virtutem, ac dignitatem multis regni honoribus specta-  
 tam, summa in omnibus dictis, ac consilijs gratia, fideque polle-  
 ret, grauius verbis monendi, ut defunctae cadaver ad se deferri  
 curaret, atque auctoritatis Regia, quam priuata pietatis ratio-  
 nem haberet potiore. Ille Saut leui nuntio perculsus,  
 simulque coniugis suae cum Aloytia affinitate, et vero innata  
 Religione impulsus vehementius, ea adhibuit omnia, quibus Re-  
 gis animum, <sup>h. sententia dimpneri</sup> posse sperabat. Sed nihil erat tam potens, tamq;  
 efficax, quod illius desiderium posset mitigare, quo iam pri-  
 dem in Aloytia manes incredibili auuiditate ferebatur.  
 Nimirum sic illa semper vixerat, ut vnius virtutem, prae-  
 tiamque obique omnes ambirent; sic deuixerat, ut cum  
 eam patria terra caelum inuidisse videretur, maximi quiq;  
 de reliquis mortalitatis spolijs inter se dimicarent. Sed  
 iniquum Marchionis cum Rege certamen erat, cui ut po-  
 testate, ac dignitate plurimum, ita pietate quoque cedere  
 debuit. Itaque quoniam ille Callipidem agebat, moramq;  
 ex mora necessebat, mandauit Rex seuerè inprimis, uti  
 funus quamprimum Vallisoleto Madritum deueheretur.  
 Per id forte tempus Regulus Ouzeda omnibus Phannur-  
 sia insignibus egregie cumulatus, natura, ac gloriae do-  
 tibus iuxta felix canobium Madriti exexerat sacris  
 Virginibus, quae interpolatum D. Bernardi institutum  
 sectantur. Ad illud incolendum quaerenda erat An-  
 tistita, et moniales e' canobio Vallisoleto, quod laxa-  
 tam temporum iniuria melliflui diuini disciplinam primo  
 seuerioribus legibus abstrinxerat, et in antiquum vigorem  
 vindicarat. Huic rei prestanda non alius occurre-  
 bat opportunior Franciscus Sorilla, qui ab eximia animi

Rex Vallisoleto Madritum  
 deferri curat. c.



virtute, et eruditionis laude nuper Montoniensis Episcopus <sup>erat designatus</sup> ~~electus~~ erat.

Hi porro adiuncta est regia auctoritate Mygdalena a Sancto Hieronymo multis rebus gestis Hispania tota, Belgioque nobilis. Quippe et plurima varijs locis monasteria erexit, et diuorum cineres, qui inter Hæreticos in Germania neglecti iacebant, in Hispanias magno labore inuexit, multaque templa egregijs thesauris locupletauit. His datum est nomine Regis negotium, litteræque pariter, quibus depositum ibidem Aloysie corpus comitante Virginum Sacrarum choro Madritum deueheretur. Et illis quidem cura fuere, qua Rex imperauerat, datisque eius litteris a parente Marchionis, qui tunc Vallisolei degebat, facile impetrarunt, ut deiecto

Regis uoluntas <sup>Regis uim, pondusque pro summa eius, non modo potestate, uerumetiam pietate obtinebat.</sup>

pariete optatus thesaurus e tenebris suis erueretur, quando. Ergo cunctis e Regis voto peractis opportune Madritum appulere eo tempore, quo ultima Monasterio Regina manus imposita erat. Nam illi hæc membra iam pridem a Rege fuerant destinata. Itaque festiuis sacrorum apparatu indicto, sanctimoniales, quæ in remota palatij parte habitauerant tantisper, in nouum domicilium seductæ sunt uriuersa nobilitate, atque oppido ad spectaculum effuso. Porro Cardinalium, et Episcoporum singulas e palatio magna celebritate deductum agmen, Ducemque Lermeum Cardinalium ueligia legentem Rex postremo sequebatur. Is erat popæ illius splendor, eaque modestia, nihil ut præstantius uisum esse ab ultima memoria cuncti existimarent. Itaque et Aloysie quoque corpus postea inuentum est, et in noui monasterij delubro a Virginitibus collocatum, quæ id modo singulari studio contendunt, uti conspiciamus monumento consecratum in luce populi, Virginitumque statuatur. Ibi arca, quoniam ab undis, et tempestate male Sabita fuerat, aperta cognitum est aquam lenta uigine tabulas exedisse, vestesque circumpositas,

Virgines sacra in cenobium Regina deducuntur.

Aloysia corpus in cenobium Regina deferunt.

atque



atque adeo corpus ipsum peruasisse. Ceterum duobus iam annis,  
et semelhi toto post mortem circumacto illase erant velles, munit  
deque, et ab omni corruptionis contumelia immunes. Corpus  
quoque ne prorsus integrum esset, fecerant crebra plausu per  
abrupta montium difficili itinere labentis agitationes. Illisa quip-  
pe tabulis facies incommodum aliquod acceperat, carnis inter-  
rim vigore recenti, et de tanti temporis spacijs conseruenciam <sup>intuentibus</sup>  
faciente. Insignis sanè medicus à morte recens uideri  
sanctè assererat, neque dubitabat dicere clarum eiusmodi  
miraculo futurum in Anglia fuisse, si inibi mansisset,  
neque tam infelici viarum casibus obiectum fuisset. Huius  
itaque aspectus gratulationem omnium, plaususque conuita-  
uit reputancium animo tum reliquas eius virtutes, tum  
Virginitatem præcipuè, cui hoc integritatis deus, corpo-  
risque vigorem tanto tempore à tabe illibatum singulari  
munere Deus concessisset. Ceterum thesaurus ille  
claudi intactus haud potuit, auida Albantrum pietate più  
predandi ius sibi faciente. Ergo de sectis veli fructus  
duo ad extremum digiti abscissi sunt, qui modo à priua-  
tis magna ueneratione Sabentur. Jeuncula quoque Dei-  
para è Sepulchro sublata, à tenebris, et putredinis peri-  
culo exempta est. ~ ~ ~ ~ ~

Aperio amulo reliquia  
à quibusdam sumuntur.

## Caput. 5<sup>m</sup>.

### De studio perfectionis. ~

Nimirum omne tempus Erobrator feret, Ctesiphontas uero, qui  
pulcherrimum illud non diua Epbesie, sed Sancti Spi-  
ritus templum uirtute, et assiduo sancta perfectionis studio  
moliatur, et ad uulmen, fastigium perducant, Saud pau-  
ls uariore videmus; ut quibusdam perfectus homo, et ad  
mortificationis, legisque diuine normam explicitus de  
phoenicum genere esse uideatur, quem beata quidem  
sint atates singula si unum ferre possint. Atque

utinam



vitam non aliquando increbescens in felici cui malis cum Re-  
 gio Vate illud phoenicum genus <sup>impietatis</sup> ~~causa~~, scelerumque flammis ad  
 interuentionem extinctum nobis sit legendum; quippe cum ille  
 dicat olim magno illi Perfectionis cenpro Deo in terris lustru  
 de caelo condenti neminem occurrisse, qui faceret bonum.  
 Et plerisque quidem laborum in primo sese spiritualis  
 vite limine offerentium terret copia, fractis mollitie  
 animis impie sibi persuadentes plano adiri posse beati-  
 tudinem, quam in excelso mundi vertice Deus collocavit.  
 Sine illa hominum turba longe maxima, qui se nefarijs  
 imperfectionibus dant constringendos, indolemque <sup>illam</sup> a Spiri-  
 tu Sancto, celestibus gratijs venustissime inchoatam dis-  
 iiciunt. Quos ut omni ope, atque adhortationibus as-  
 siduis ad recte, ac perfecte viuendum excitare semper  
 contendit Aloysia, ita salutis principium a propria  
 perfectione ducendum rata, mentem suam tum vita  
 seuerioris disciplina, tum votis insignibus, omnique  
 integritatis genere ita dedolauit, nihil ut <sup>ad</sup> absoluti offi-  
 cij partes in omni vita quisquam requirere potuerit.  
 Satis constat ad virtutem consequendam nihil esse potius,  
 quam studium ingens, atque amoris ardorem, qui tor-  
 pore omnem, atque inertiam propulset, vimque men-  
 tis mortalium rerum sinestra voragine irretite ad  
 altiorum rerum desiderium incitet, atque attollat.  
 Ceterum non erant admouenda huic Virgini faces,  
 quam inde usque a primis etatis annis, cum immodi-  
 ca subinde in rerum diuinarum studio videretur, pietatis  
 nomine carpendam matertera putabat aliquando. Ex  
 quo intelligi potest quantus fuerit illius perfectionis ardor,  
 cui vnum dumtaxat obiectum sit in pueritia vitium, quod  
 senibus in praedara virtute numerari solet. Huic porro  
 vel minimi sceleris consuetudinem ita impedimento esse,  
 nihil ut prope modum eo esse possit perbentius, probe in-  
 telligebat. *Pecati magnus doctor.*  
 Illud effugere si difficile foret ijs, qui am-  
 bitione, et vanitatis studijs implicati tenerentur; neque



ab uno quoque mortalium venialia delicta omnia pariter  
vitari possint, sit ille licet maximis natura, ac gratia praesidijs ad recte, beateque agendum instructissimus; esse tamen in re positum, ac potestate hominis singula declinare nouerat. Neque vero paruum videbatur illud Oratoris Ecclesiastici asserentis, eum, qui in uno peccauerit, multa bona perdere; cum sanguinis, vitaeque quam unius gratia iacturam leuiorem longe, ac tolerabiliorem esse duceret, tantumque bonum maiore culpa, quam causa culpa, que leuissima semper, ac vanissima est, deformari, impendio doleret. Ergo ne se ullo unquam veniali flagitio, quantum quidem vires, et natura ferrent, macularet, voto eiusmodi perfectionis obstringi placuit; quod eo maius videri debet, quo difficilius, quippe cum leuioribus vitae labeculis aspergitam consuetum sit, vel optimo cuique, quam in via publica luto inquinari. Neque vero eius in suscipiendo, quam explendo voto virtus fuit illustrior; idque a familiaribus notatum, raro unquam vel in minimis, que oculorum aciem effugere solent visam delinquere. Ipsa quidem si aliquam eiusmodi delicti culpam admissam cerneret, versis ad Deum oculis; quare, inquit, auertis aures, neque illud mihi concedis, quod tantis a te precibus, lacrymisque flagitauit. Neque enim in hac vita diutius cum numinis tui offensione teneri volo, et iam pridem eam detestor, si ad flagitium mihi seruire debeat. Illud etiam stans horis precabatur in dies, ut aut fulgure de caelo tangeretur, aut acerbiori etiam mortis genere e medio ante tolleretur, quam ut scientis volentis animum vlla culpa venialis labes contaminaret. Omnino nihil erat, quod sola peccati memoria esse posset acerbius. Quoties prima vitae sua auspicia, diesque duodecim, quibus hanc lucem primo hauserat, in animum reuocabat, cum Themistocle oblivionis potius, quam memoriae artem optabat, nihilque illorum recordatione

Votum peccati venialis  
nunquam admittendi.

Peccati Sorrow.



sibi accidere tristes dicebat. Nam quod senior aeli,  
 ut Januario mense fere a solet, temperies esset, multumque  
 de illius valetudine angerentur Parentes, salutaris aqua  
 Sacramentum tantisper differri placuit, ne in discrimen,  
 morbi que periculum tenera aetas vocaretur. Hoc tempus,  
 licet id nulla sua culpa contigisset, hereditario flagitio  
 fuisse obnoxium dolebat magnopere. Neque facile  
 quisquam credere posset, obiecta oculis illius memoria  
 quantum omni vita tempore fuderit lacrymarum.

Dicere aliquando solebat, se cum miseriam suam, atque  
 inopiam ferre non posset, ab omnibus rebus creatis, <sup>virtutes</sup> emendicare,  
 solitam, eaque vocis contentione, quam ab omnibus audiri op-  
 taret sciscitari non ab animalibus tantum, verum etiam sensu  
 carentibus, quanto amore parentem suum, atque effectorem  
 Deum prosequerentur. Qua cum reliquis obsequijs, tum in-  
 defesso ad explendam eius voluntatem Labore perpetuum ob-  
 servantiae sua, cultusque studium clamarent, non surdas  
 nata aures, nimirum maximam ad permouendum eius men-  
 tem momentum, pondusque afferebant. Itaque modo in  
 altum contemplationis aestu abrepta cum saepe, orbibusque cae-  
 lestibus agebat, modo terris reddita cum plantis, brutisque  
 ratione carentibus orationem instituens animum deprime-  
 bat, ac confundebat, ac diuersis velut vijs ad perfectionis  
 culmen nitebatur. Neque suam ipsa mentem dum-  
 taxat illustrium exemplorum conformatione ad excellens  
 virtutis studium erigebat, verum alios quoque, idem ut  
 omni ope contenderent nullo unquam sermone horari,  
 stimulisque urgere desistit. Extat eius rei epistola,  
 quam ex Anglia ad lectissimam foeminam amicitia  
 olim, ac consuetudine crebra coniunctam in Hispaniam  
 destinavit, cuius haec est summa: Ex cuius litteris ex-  
 plicare non possum, quantam perceperim iucunditatem,  
 quippe cum id genus rumusculis referta fuerint, quot per  
 quam avidè scitebam. Quae vero de Domina tua illu-  
 strissima foemina scribis, ea sunt huiusmodi, ut meo

Ab omnibus rebus creatis Dei  
 amorem mendicat.

Omnes ad vitae perfectionem  
 hortatur.

dicoria



201  
dioria mihi oppido esse videantur; quoniam ab excellenti eius  
natura, et insita charitatum presentia tanta spero, optoque  
quanta esse possunt maxima. Neque vero tu in minori-  
bus, aut humilioribus cogitationem tuam, curamque tibi exer-  
cendam existimes, velim. Non enim decet magnificentissi-  
mum Dominum nostrum minori charitate prosequi, quam  
quantam anima nostra contentio, viresque possunt consequi;  
scriptis officijs in eius cultu contentas esse mortales fas est.  
Neque doleo ego quidem, quod benignissimus misericordi-  
rum, ac consolationum Pater subtrahere tibi voluptates  
suas incipiat, eaque etiam solatia adimat, qua vel carnis  
minimam redolent, vel spiritus plurimum, quale illud P.  
Laurentij fuit. Quod si idem alium tibi animae ducem  
praebet, qui neque in via morantem inutilibus leuissima-  
rum rerum lenocinijs defixam teneat, neque mentis tepo-  
rem foueat, aut fouendo augeat, neque mixtas mortalibus  
immortalibus celi delicias praebet, Sunt tu tamquam sin-  
gulari numinis beneficio tibi destinatum existima.  
Quod ab eo excultum fuerit, caue, committas ne in herba  
tua, otioque desertum, ac neglectum grauibus imperfectio-  
rum spineis, lolioque siluescat; sed assidua opera subipe,  
ut cum cultore destituta fueris; virtus tamen tua in opta-  
tum fructum adulescat. Illud vero magno semper stu-  
dio, atque opera enitere, ne ad sirenios rerum creatu-  
rum scopulos adhaerescas; et si equum sit eas Dei gra-  
tia amare, magnique facere, que eis in nobis amo-  
rem, cultumque amplificat amplificant. Aliud enim  
est omnino mentem immodico rei alicuius affectu im-  
plicare, nimiaeque cupiditatis impetu transversum rapi;  
aliud amare tantum, quantum diuini Spiritus dicitur  
ratio. Ceterum longe plurimum refert, quo quisque  
animo virtutis Stadium ingrediatur. Ego vero natam  
me fuisse nolim, nisi aeterno numini placere contingat,  
ea quidem perfectionis magnitudine, ac praestantia, qua  
feri poterit, utunque per obiectas molestias, et laborum  
aeribitatem licebit, siue ex ipsi aliorum ope, aut consilio  
expediat



expediat, siue inter mala, ac difficultates sine vlla auxilij fiducia  
 desinat. Nam ea si adfuerint, praecclare nimirum mecum agebur,  
 sin vero defuerint, cogitationes tamen meae, speique fundamenta non  
 in terris, sed caelo iacta sunt, illique petra innituntur, de qua dic-  
 tum est; petra autem erat Christus. Audio inuitantem a caelo vo-  
 cem: Accedite ad eum, et illuminamini, et facies vestrae non con-  
 fundentur; et hoc quidem diuini splendoris lumen iucundissi-  
 mum cunctis in rerum humanarum caligine, nubibusque solet  
 contingere. Cuiusmodi libros lege sedulo, quae ad exactae  
 perfectionis normam conforment, atque accomodent, doceantque  
 quibus modis animi cupiditates coerceas, tibi que, et rebus om-  
 nibus mortua in solo Dei amore respices, et conquiescas.

Ille tibi die, ille omnibus noctis vigilijs implorandus, simulque  
 audiendus, qui dicit: die clamaui, ac nocte coram te, ut me-  
 mineris interrumpendum esse somni tempus, Sorasque sem-  
 per aliquas <sup>inertissimas</sup> intermissae rerum parti detrahendas. Animi  
 taedium, ac maeritudinem <sup>licet grauissimis tibi molestijs infesta</sup> laetitia, ac tranquillitatis sensum  
<sup>sit omnemque ex inuis sensibus</sup> intercipient, caue, reformides, sed ingenti studio, curaque  
 in assiduam orationem ore pariter, animoque incumbere.

Nam his praesidijs facile intermissam conscientiae voluptatem  
 reuocabis, pestemque tristitia visceribus infixam excuties.  
 Hoc interim omni ope contende, uti Illustrissima Heronæ  
 animum crebris rerum diuinarum colloquijs accendas in

omnibus vitae ministerijs, quae obsequij fortuna obtulerit, neque  
 Neque <sup>sanctam</sup> <sup>aut diffidentia quodam, aut veterumque</sup> minus dolendum est tam excellens ingenium, <sup>occupatorum concursu a cura praestantissimarum rerum</sup> relanguescere. ita enim a natu-  
 ra facta est, ita charitum domis  
 tamque praecclaras ~~in~~ <sup>ornata, uti summa spectare usque-</sup> dotes in rebus mortalibus consu-  
 mi, quam vestem aliquam auro, gemmisque intertextam <sup>quaque debeat, neque illius pietatis</sup>  
 et lectissimorum colorum lenocinijs variegatam in sletu pro- <sup>significales a <sup>deo</sup> incitis, aut</sup>  
 teri, sordibusque inquinari. Satis ne exploratum esse <sup>inertis uitae, aut imbecillitate</sup>  
 credis nullum finem rebus terrenis aut viliozem esse, aut <sup>mentis extingui patiatur.</sup>  
 grauescentiorem? In ijs porro licet nobili animo, tan-  
 taque generis amplitudine digno veretur; res tamen  
 est eiusmodi, ut veteri sapientis oraculo fides sit adhi-  
 benda, pice tangentem inquinari. Cum scriberes sin-  
 gulis eam hebdomadis, festis que insuper solemnioribus



sacra Synaxi refici solitam; illud verò tam iucundum mihi fuit,  
 atque acceptum, uti ex omnibus eius smaragdis, et unioibus  
 nihil mittere, aut pretiosius potueris, aut amabilius. Perge  
 porro pietatem eius idoneis sermonibus urgere, ne unquam  
 intermittat orationem, nimisue facilem ad se inuisentibus,  
 ac diuina colloquia interurbantibus aditum præbeat. <sup>quod si tempora</sup>  
 et illis fortasse à cælo benignius cælestis gratiæ sidus afful- <sup>impedimento sint, rerumque suarum rationes ita seam familiarium consortio implicat</sup>  
 gebit, ut ne ferant acerbus illud sibi tempus negari, quod  
 Deo tribuitur. Quin imo ipsa pietatis sonitus eorum ani-  
 mos perstringet, sui que aut debitam venerationem, aut  
 pudorem omnibus inuictet. Quòd si ne illud quidem fiat,  
 Soc tamen exploratum maneat, fixumque, nihil esse, quam  
 obrem leuissimis quisquilijs tanta animi excellentia, di-  
 gnitasque moueatur. Nam Suiusmodi sumbris non deerit  
 sua dies, quæ præclaro sidere caliginem omnem dissipet,  
 ipsaque his curis libera, atque expedita molliores, sibi ad  
 Deum accessus patere indies experietur. <sup>Tu uero quando eos curas</sup>  
~~in cælo spem figere, Deumque~~  
~~immensa potentia, ac charitatis rationibus, non pectoris~~  
 sui angustijs metiri, quod hortare sollicitè, ne ultra coar-  
 tet, cum dilatare in eo plurimum si velit, possit. Quare  
 iube bono sit animo, speretque tantum se à Deo consecur-  
 turam ex ijs, quæ ad vitam beatè duendam pertinent,  
 quantum poposcerit. Interim dum idoneam auram ope-  
 ritur, qua se è secularis vitæ tempestatibus in Religio-  
 nis portum recipiat, se ueriori se disciplina, studiisque  
 asperitatis tradat, mutuisque in communem exemplis pie-  
 tatem fouete. Redde me de D. Alfonso certiore, ut  
 ius consuetudine <sup>ea spe qua sustentat animum meum</sup>  
 ius consuetudine <sup>ea spe qua sustentat animum meum</sup>  
 ius consuetudine <sup>ea spe qua sustentat animum meum</sup>  
 Nam dolendum esset, si tam Illustri gemma alio loco,  
 quam inter alba, quibus eximio in doli fulgore par est,  
 olim figeretur. Quoties mihi comes, eiusque conuix in  
 animo quem assidua beneficij, quo ab illis affectam in lite  
 transigenda recordor, memoria exagitat. <sup>ut perpetuo in oculis consilio, ac perpetuis atibus omnibus perfruamur</sup>  
 Valentudinem  
 certè, qua modo benignissima perfruuntur, ut perpetuam

tam retinent, ut tuendi officij,  
 et dignitatis causa quietem eius  
 a multis obturbari sit necesse  
 hoc etiam pro nobilitati pluri-  
 mis rebus pietatem infestanti  
 ultio reponatur, uti orationis  
 tempore omnibus conuenienti  
 potestas recusetur. nam et illis  
 fortasse et

expedit instituti, qui te ad  
 summam uirtutis perfectionem  
 possunt perducere, perge porro,  
 atque contende uti illius in dno  
 fiducia indies fiat erectior  
 magna que nomis tuis ad eius  
 uirtutem fiat accessio



eis esse velit, Deum rogo, atque obtestor. Atque vanam eos in illo diuorum domicilio aliquando cernam in amplissimis immortalitatis solijs collocatos, magnique numinis maiestati quam proximis. Pro eo certe vota fundere nulla orationis intermissione derisisti. Tu vero <sup>emittere</sup> ~~emittere~~, uti praecepta de domandis cupiditatum motibus animo infixa teneas, teq; ad diuinae voluntatis nutum egregie accomodes, usque dum ad beatissimam illam Deiformitatem, sanctaeque perfectionis fastigium peringas. Si sedulos in hoc studio progressus feceris, breui cumulata donis caelestibus felicitatem tuam miraberis. Perpetuum sine induijs bellum rebus omnibus indiffinito, quae ad aucupandas honorum umbras impellunt, illudque persuasum habe, nihil esse hac peste Christianae integritati infestius. Et haec quidem hactenus. Caeterum fluens e' calamo pietas, torrensque perfectionis inter scribendum vbererrimus, facile declarant, quantus illius amor in imis ~~in~~ sensibus, animoque esset inclusus. In eo autem omne illius studium, atque industria versabatur, ut ad Religiosa vitae institutum, quod est perfectionis proprium, cunctas inflammaret, in diesque in melius prouideret morum sonestatem *Ad Religionem notas omnes impellit.* viuendi libertate collapsam non nihil, aut labefactatam.

Familiarissimum quemque docebat, quam dulce esset rerum mortalium venenum, quo velut circa poculo hominum mentes Lyphata, falsisque illecebris delinitae raro reficerentur, nisi pariter inficerentur. Quantis item compedibus elaberentur, si ad veram filiorum Dei Libertatem quaerendam animum adijcerent, grauiter monebat. Et illa quidem, cuius excellens gloria, generisque laudes omnibus essent notissima, cum ad illud, quod a natura nata fuerat deus, gratiae etiam, ac perfectionis insignia pariter accumulasset, maiores quosdam virtutis radios emittere videbatur, ut hoc additamento magnam omnibus rerum diuinarum venerationem inijceret, eosque perfectionis assensione permotus ad altius integritatis culmen prouocaret. Itaque multi cum monitis eius, tum vita, licet



Perfectionis votum ab ea  
emissum quale fuerit.

in alio genere videretur, Sicut disparibus exemplis ex imperfec-  
tionum ceno extracti, animum ad monastica disciplina spe-  
ritatem retulerunt. Porro in plurimis eius virtutibus nihil  
perinde mirari consuevit P. Ludovicus Pontanus vir eximie  
religiosus, ac eruditus, quam quod summa animi celsitudine,  
pariterque pietate votum exactissima perfectionis edidisset,  
quo se ad ea, que ex maiori numinis honore essent, inde-  
fesso semper studio molienda obstrinxerat. Itaque cum eo  
liberandam censeret ob innumeras difficultates cum perma-  
gna conscientie sollicitudine coniunctas, enixe illa resistit  
semper, quod diceret nulla se molestia anxietate in hoc  
genere unquam fuisse agitatum. ~ ~ ~ ~ ~

## Caput 6<sup>m</sup>

### De animi submissione

Sed in tanta humana nature fragilitate, et cupiditatum  
anima semper insultantium ferocia, Sane unam perfectio-  
nis spem reliquam sibi esse egerè perspiciebat, si imperfectum  
suum viderent oculi; <sup>quando</sup> ~~illud~~ perfectissimum esse <sup>eum constat</sup> ~~sciebat~~,  
qui imperfectissimum se esse cognoscit, licet omnes prestan-  
tissimarum virtutum numeros ad excellens pie vite insti-  
tutum afferat. Neque hæc assidue secum reputanti, re-  
cipia ad exacte meditationis libellam expendenti negari po-  
terat singularis illa gratia, quam humilibus potissimum da-  
turum promisit Deus. Oculos in præclarum propositæ vir-  
tutis deus perpetuo referebat, quod cum in summo collocasset,  
sibi summopere semper displicebat, <sup>quod</sup> ~~quod~~ planè videret, quan-  
tum ab esset ab illa perfectæ honestatis imagine. Familia-  
ris ei erat apprimè de mentis demissione, iisque, que ad  
inanem gloria cupiditatem frangendam spectant, commen-  
tatio. Itaque rerum omnium, que à Deo condite sunt,  
præstantia, et dignitate oculis subiecta, suam postremo in-  
dignitatem expendebat, et cum iis conferebat. Quibus  
illa

Meditatio de humilitate  
ei familiaris erat.



illa cogitationibus accensa dolebat non inum sibi, minimumque in  
 terris locum esse datum, in quem humilitatem suam contraberet, hoc  
 factis longe illo maior, cui hoc uniuersum exigua gloriae sedes vi-  
 debatur; <sup>peiusque, et ampliores sibi mundos deesse</sup> lachrymabatur. Et si non nunquam cum Seraphico Diuo cogitaret re-  
 liquos mortales exstantis Dei beneficijs, qua in se cumulata ple-  
 na manu agnoscebat, vberiore pietatis fructum capere, mi-  
 nusque incommodi ex infestis tentationum aspidibus repor-  
 tare potuisse; non pari tamen facilitate humilitatis acris eli-  
 ciebat, atque eo tempore consueuerat, quo simplici tantum in-  
 tuitu in propriam indignitatem ferebatur. Ceterum illa  
 in hoc genere praestantissima erant affectiones, quibus inten-  
 ta semper in Deum, cuncta ad unam illius gloriam <sup>usquequaque</sup> ~~semper~~  
 referebat, sui que oblita penitus, a numinis arbitrio, ac honore  
 in omnibus pendere magnopere satagebat. Quo autem  
 studio actiones omnes, curasque ad hoc unum semper retulerit,  
 intelligi potest e quibusdam documentis catamo exaratis, que  
 ad humilitatem acquirendam impendio idonea iudicabat.  
 In his sic statuit plurimum ad absolutissimam animi de-  
 missionem habere momenti insignem Dei amorem, quippe qui  
 omnia laudis non immortalis dum taxat, sed mortalis quoque  
 ornamenta, ei, cui soli debentur, numini ascribit, nihilque  
 ex omnibus hominum plausibus, atque honorum presidijs sibi  
 vendicat, illo dum taxat gloria fructu contentus, qui prestanti  
 conscientia recte factorum memoria, gratieque presidijs exul-  
 tanti est insitus, nec in proprijs, sed diuinis preconijs ma-  
 gnifice efflorescit. Sed loquentem de his ipsam audiamus:  
 Inter eximia, inquit, diuini amoris insignia illud praecipue  
 est numerandum, quod illius impulsu concitatus mortalis ita  
 totus in eum, quem amplectitur, Deum feratur, ut omnem  
 sui memoriam deponat, rogoque sibi phoenix in morem con-  
 structo <sup>cat</sup> in cineres, nouamque vite rationem ineat, non qui-  
 dem ut sibi uiuat, sed in dilecto solo acquiescat. Is enim  
 deinceps in intamis medullis sedens dominatur, omniumque  
 actionum dat principiam, ut si quando a moris cliens occu-  
 los <sup>ad se</sup> referat, nihil in se suum occupante cuncta dilecto,  
 inueniat

Ad humilitatem comparandam  
 quid facere solitas.



inueniat. Itaque quò altius in Sanc se abyssum demittit, eò  
longius à sui ipsius cura, et cogitatione recedit. Atque eo  
forte modo illud à nobis est intelligendum, quo anima nonnun-  
quam amore perdidit, cum certissimum sit, sui neglecti ita  
eam immutari, nullum ut pristini spiritus vestigium retineat.  
Nam et Christus, ea <sup>sub</sup> ~~per~~fectionem suam redacta omnem men-  
ti capacitatem beatitudine sua, gloriaque implet; neque ipsa  
iam dici potest vivere, nisi quod illius amore, ac presentia  
Deificatur. Quam ob rem non est mirandum si implente  
cuncta, suoque iure sibi vendicante Deo, illa respuat prae-  
mia, qua non in unum Deum congerantur integerrime.  
Neque aliud ei tormentum acerbius esse potest, quam si ali-  
quid gloriae, laudumque vana mortalium temeritas ascri-  
bat. Haec verò animi demissio, cum in omnibus semper  
mirabiliter elucet, tum in ijs praecipue, quorum supra vul-  
gus aut scientia, aut generis dignitas, atque amplitudo e-  
minet. Hactenus ipsa: e quibus cognosci potest, quantum  
ab humanis plaunibus semper in excelsa fortuna, totque  
assentantium praconijs abhorruerit. Neque verebor scilicet  
huic ipsi tam praestanti gloriae iniuriam facere, cuius Aloy-  
siam semper maxime <sup>pignit</sup> ~~perdidit~~, eamque iam mortua ex-  
citari non cupit, quam perpetua obliuione sepultam viua  
esse voluit. Non enim ea erat Aloysia, cui herbae pari-  
etaria nomen imponeret Constantinus, quod Traiano  
olim fecisse meminisse; quippe quae damnatis omnibus, quos  
ei antiqua maiorum nobilitas plurimis Hispaniae locis ve-  
lut perpetua honoris monumenta fixerat, titulis unam  
sibi reliquum fecerat, crucem Domini, in qua gloriare-  
tur. Quapropter Domina nomen vulgo etiam suauis,  
atque oppido familiare, velut graue, et inuisum depo-  
suit, eoque in omni vita abstinendum statuit. Identi-  
dem etiam in familiari colloquio sollicitè semper <sup>ea</sup> quae  
sabant speciem gloriae, cōtecta ex inanisimis splendoris in-  
signibus vitabat, cauebatque inuicem, nequid existeret,  
quod vel generis praestantiam, <sup>ad splendorem</sup> vel educationem augustiorem

Dominae nomen in perpetuum  
deponit.



redolere posset. Itaque quoties parentum mentis incidere, suo quoque titulo orator solo nomine appellabat; quod in alijs fortasse leve videri possit, in Nervis certe est gravissimum. Ceterum illa gens secundo gloria sidere ad honorem, ac dignitatem nata debis suo privari in maximis censet acerbitatibus, laudumq; insignibus praetermissis in expiabili rutilicatis concumelia affectam se se arbitrareur. Sed Aloysia ex corporis sui umbra magnitudinem suam assiduae meditationis ope, ac studio dimensa, quantum, quamque pusillum, ac vile esset, exploratum Sabebat, <sup>speculisque ambitionis studiis</sup> inane existimationis cupidinem superarat. Itaq; nemo Reges, aut Feudarchas loquentem unquam audiit, et in maioribus suis aut silendis, aut <sup>proletario sermone</sup> abiectius, quam pro vulgo consuetudine memorandis urbanitatis, quam Sumilitatis oblita videri malebat. Sic profecto viri sanctimonice fama pollentes existimant in pijs Sominiis in esse debere sui cognitionem, quae ad omnem virtutem aditum sternat. Et licet haec scientia ex omnibus vel profundissimis difficillima, vel difficillimis profundissima semper sit visa; in ea tamen brevi tempore profecit *Cognitione sui ipsius excellit.* Aloysia, ut nulli, quam sibi esset notior. Cuius rei argumento vel illud esse potest, quod Antistes monendam crebris esse duxerit, ut ab assidua huiusmodi rerum meditatione animum auccaret, seque ad diuini amoris, et praestantium beneficiorum considerationem erigeret; sciretque saluberrimum illud dogma: nosse te ipsum; non tantum ad arrogantiam miruendam esse commendatum, verum etiam ut bona sua mortales diuini numinis beneficentia in se congesta ne ignorent. Sed <sup>inimum</sup> ~~inimum~~ te amabat, sancta Humilitas, tantoque tui desiderio incensa rapiebatur, ut licet parere in omnibus summa cum religione semper Saberet antiquissimum; in hoc tamen obedientia iura violauerit, egregue versa in naturam pietate obtemperare potuerit. Itaque nullius vitij incursionem minus, quam superbia metuebat, a qua tam longe aberat, ut verendum potius esset, ne pusillanimitatis, quam vanitatis pondere oppressa virtus aliquid pateretur. Quod quidem ~~Abbas~~ <sup>Almasamm Regulum</sup> ~~Abbas~~

etiam



~~sublime~~ summa sapientia, atque integritate virum nequaquam  
 scilicet, qui inter reliquas eius virtutes sane in primis efferre  
 solebat, addebatque illi ab inanis gloria furo, laudumque blan-  
 dimentis minimè esse metuendum. Cuius iudicio suum quoque  
 calculum adiecere omnes, quosquos eius interiori consuetudine,  
 aut familiaritate unquam visi fuerunt. Hi studijs in-  
 flammata famulas suas non modo contubernaliū nomi-  
 ne semper appellavit, verum etiam auctoritatem illis suā,  
 corpusque sepe numero calcandum praeiit. Cumque  
 esset in maxima dignitate, rerumque vertice constituta,  
 sedere maluit inter pauperes, <sup>ima,</sup> quam in Principum ordi-  
 nibus inter summas fulgere. In quo quidem <sup>praestanti</sup> ~~summa~~ cum  
 laude supra omnes se dignitatis gradus extulit, pulchro  
 ambitionis exemplo omnibus relicto, ut si quis summis an-  
 tecellere gloria cupiat, idem infra imos vera sese vir-  
 tute, atque animi demissione abiciat. ~ ~ ~

## Caput 7.<sup>m</sup>

# De vita asperitate, et Penitentij

Quanto crucis desiderio teneretur, vel ex hoc intelli-  
 gi potest, quod non contenta ijs omnibus, quae per v-  
 niuersum vitae tempus plurima semper perferenda  
 suscepit, illius effigiem ex aere fabrefactam crebris ac-  
 culeis humero infixam gestavit. Sic enim statuebat  
 circumferendam sibi esse in corpore suo IESU Chri-  
 sti mortificationem, ut et in illo quoque vita IESU ma-  
 nifestaretur, quam in luce Angliae, atque Hae-  
 reticorum frequentia palam profiteri cupiebat.

Neque segnius interim alijs acerbitatibus, crebrisque  
 Penitentiae studium singulare, verberationibus corpus afflictauit. Carne ipsa qui-  
 dem aegritudine, nisi spiritualis moderatrix imperio



adacta intermisit, nec ullam importuna valetudinis excusa-  
 tionem capiebat, quin Soraria flagellationis indies, reli-  
 quave a speritatis munia incredibili tolerancia exequere-  
 tur. Itaque assiduo severitatis studio, quod per adver-  
 sam aegritudinem, quo minus constantissime sese verbe-  
 ribus cruentaret, nullis salutis incommodis, malisque ter-  
 rebatur, intemperantiore penitentiarum subinde usu usq;  
 adeo iacentes, ac tenexas corporis vires afflixit, ut iam fraci-  
 ta, atque attrita nulla medicamentorum ope levari po-  
 tuerint. Neque fuit in illo tot penitentijs lacero  
 corpore cucurbita locus, quam medici idam presentis  
 morbi malis arcendis idoneam, tunc forte applicandam  
 praescripserant. Omnino ea erat ipsius in Deum  
 charitas, ut absoluta videri debeat, vnumque in ea dum-  
 taxat desiderare quisquam cum Cretensi Sapiente  
 forte possit, modum in mortificationibus. Sed non  
 ponebat Leges amoris Aloyia, censebatque illi haud  
 illicitum esse modum excedere, ac nisi excederet, mul-  
 tum de excellenti affectionis praestantia amittere.  
 Itaque <sup>consue, his</sup> ~~consue, his~~ in uniuersu vite cursu pedum integu-  
 menti interdixerat. Plantis enim ad insignem  
 tolerancia, ac paupertatis integritatem omni <sup>eter calceos</sup> praesidio  
 orbatis iter faciebat, <sup>et easque ad iniecta ad speciem dumtaxat</sup> ~~ut quod superiorem eorum pat-~~  
~~tem~~, ne virtus ostentui esset, aluta obducebat. Haec  
 leuiter circumiecta non tam pedes, quam patientiaru  
 tegebat. Itaque nudos illos, iniurioaque opportunos  
 saepe numero scrupulis, saxisque induebat, ut quot pas-  
 sus figeret, tot quoque tolerancia vestigia solo impressa  
 relinqueret. Tanta porro in his erat diuinae conso-  
 lationis gratia, ut patientia dulcedine acerbitates omnes  
 obruerentur. Solebat ipsa armillas ex argento, ferroue  
 coercendis lacertis idoneas, et flagella identidem e  
 bysso manibus suis texere, quibus amicusimum quemq;  
 officij gratia interuisentem pro sua pietate donabat,  
 et ad penitentiae amorem excitabat. Per Gallias

Nudis pedibus incedebat.

Ad penitentiam omnes ido-  
neis astis prolecebat.

iter



iter facientem cum in urbem venisset, cui Divus Joannes à luce  
 nomen dedit, haryrie quaedam inuasere; utque Lusitanam esse  
 intellexere de spolijs Indicis, quibus oneratum esse Saut dubita-  
 bant, Legendis lati inter se egere, rati idoneum adesse tempus,  
 quo inexplebilem cupiditatem damnato metallo satiarent. Illa  
 sarcinulis suis imminentes benevolentia, donisque inhiberi posse  
 credens, sollicitis, quanta presentis itineris necessitatem grava-  
 re poterant, oneravit, <sup>rerumque suarum excussionem deprecatur est,</sup> nihil se præter paucula via subsidia fer-  
 re asserens. Illi vero quod Orientis gazas iam spe deuora-  
 verant, statuto regi cupiditati suæ obtensis cuncta excutere  
 decreverunt. Ergo cum coerceri Saut possent impedimenta  
<sup>explicuere</sup> ~~invenire~~, nihilque ex ijs intactum reliquere impudentia  
 etiam, non auaritia tantum in arcana omnia seivente.  
 Pro omnibus Indorum, quos inhiabant, divitijs flagellorum  
 fasciculos hamatis uncis horrentium, vestesque aliquot cili-  
 cinas inuagere, præterea nihil. Hæretat rapacitas omni  
 præda consilio interclusa, animosque <sup>gravissima</sup> ~~gravis~~ elude turpiter  
 spei verecundia agitabat. Neque tamen <sup>is, uti inexpectam</sup> ~~bonam~~ <sup>illam</sup>  
<sup>fac præruptam cupiditatis</sup> ~~volaginem~~ <sup>melius satiare possent,</sup>  
 veltuni quoque eximia Aloyne liberalitas cum pari mix-  
 ta verborum comitate defuit, opes omnes suas, mercesque  
 prolixè offerentis. Hortabatur ergo, sumerent ex ijs,  
 que cuique maxime libuissent; huius diuitias suas uniuersas  
 spectari. Nam ex Indicis illis nihil se possidere dice-  
 bat, quod celo semper, quam mari tutiorem, et vero questuo-  
 siorum esse negotiationem credidisset. At illi quod ab his  
 studijs semper exhorruissent maxime, abire solo pudore  
 onerati, opesque spirituales, ac diuinas, quarum sola auari-  
 tia non laborabant, intactas reliquerunt. Neque in victu  
 corporis moderando minor eius fuit sollicitudo, aut seueri-  
 ritas. Nullum in cibarijs condimentum admittebat præter  
 illud quidem, quod abstinentia, ac pœnitudo fecerat. Si  
 quod forte aliud oprodædalorum industria, luxusque miscuis-  
 set, nihil omnino gustabat, pro veneno habens quidquid co-  
 medentem delectaret. Suspecta enim illi erant omnia, qui-  
 bus natura dulcedinis aliquid indidisset, blanda vique siren,  
 rebusque

Condimentum in cibis nullum  
 admittit.



rebusque omnibus pro muscipula ad capiendos Somninos utens.  
 Neque embammata tantum remouebat, sed ad haec edulia quae  
 omnia, nequid in ijs omnino esset illecebrarum, insulsa esse cu-  
 piebat. Illorum certe Somninum infelicitatem saepe deflebat,  
 quorum omnis voluptas e' macello petitur, ignorantium quanto  
 illa diuturna paenitudinis pretio emeretur; <sup>quantoque diuenda esset</sup> <sup>galiquando,</sup> cum tamen nullu  
 cuiquam in vita defecatum prestare diem valeant. Sibi vero  
 prouiderat, nequis illo tempore dies ater esse, aut nubis <sup>lus</sup>  
 possit, virtutis dumtaxat, et recte factorum conscientia exult-  
 tanti. Neque id alia arte, quam senentis olim diua, quae  
 corporis afflictationibus assiduis, crucisque amore hoc obtinuit,  
 nullam ut praeter dolores in omni vita voluptatem sentiret, aut  
 expeteret. Et beatitudinis quidem dilationem in quodidia-  
 nis illis acerbitatibus optabat, non ignava multum ei digni-  
 tatis a' dolorum perpessione accedere. Id non alias magis  
 intellectum est, quam eotempore, quo confessorio, sine cuius  
 nobis nihil moliebatur, <sup>corrupta</sup> <sup>quae ad uitae sua rationes mag-</sup>  
<sup>nope</sup> <sup>permeabant</sup> stratio renunciandi potestatem po-  
 stulauit. Et diu quidem ille restit, cum diceret, et pro au-  
 thoritate sua suadere conaretur, uti agrum, et exangue,  
 multisque perpetua inualecudinis cerumnis confectum cor-  
 pusculum maioribus meritis reseruaret, potiusque salutem  
 cum pietatis moderatione, quam immodicae paenitentiae  
 sanctimoniam cum dispendio valetudinis completeretur.  
 Quando enim ad morbos accederent grauisima illa disci-  
 plina superioris recenti semper ardore sigentis incommo-  
 da, de ijs minuendis magis, quam augendis esse cogitandum,  
 quod tantum in dies de aetate, viribusque decedere esset cer-  
 tissimum, quantum ad vitae asperitatem adderetur. Cumque  
 contra instaret illa vehementius, persuasumque haberet vi-  
 tam in virtutis actionibus potius, quam animali spiritu esse  
 repositam, corporique indulgere, et hostis sui curam gerere  
 saudquaquam debitam pietatem esse diceret; cedente tan-  
 dem illius precibus confessorio compos voti facta storea, aut <sup>Seco non vitur.</sup>  
 stramini incubuit, strati blanditij reliquo vitae tempore abdi-  
 catis. Non faulle alias maiori gaudis exultasse visa est,  
 cum



Corpus mancipium suum appellat.

cum quereretur sero sibi has delicias esse concessas, crebroque singulis inter dormiendum noctibus exclamantis vox audiretur, gratiasque diuino numini agentis, quod eiusmodi munere haud merentem dignaretur. Itaque subiectis animo corporibus, animisque Deo, totam hominis perfectionem impleri censens, pulcherrimo operi colophonem imponere mitebatur. Iudensperdulo, ne corpus pietatis officia, aut animi imperium decreta-  
ret; cuius ut mancipium se esse meminisset, crebris verberationibus, flagrisque confectum adigebat. Solebat hoc identidem seruum pecus appellare non alio nomine dignandam rata, quod ad brutas tantum functiones, et voluptates vili seruitutis genere se curuaret, neque diuinarum perinde capax esset. Quod licet insita natura debilitate, et alijs incommo-  
dis esset attritum; vivebat tamen, et vigebat hospes eius animus, quo saluo nihil magnopere de reguribus suo sollicita erat, quicumque ei casus obagisset, singulari diuini amoris, et providentia fiducia praecclare, fortiterque sustentans. Illud ex omnibus malis acerbissimum ei esse poterat, si mors aliud agentem non aliquo paenitudinis studio occupatam inueniret.

## Caput 8<sup>m</sup>

### De pietate, et orationis ~ assiduitate ~

Maximam arcioris disciplina seueritatem, et temperantiam maiori pietate superauit, somni modica, orationis immodica, non ignara beatissimos esse, qui ad diuinae sapientiae fontes vigilarent, quippe e cuius fontibus meditationum praesidio <sup>uita auxiliis</sup> ~~uita~~ <sup>de certissimam</sup> ~~uita~~ salutem haurirent. In ipsa vero quiete animum a corporis societate abductum, et perfectissima contemplationis alis in altum euectum diuina luce

Vigilantia eius eximia.



luce, mirisque consolationibus repleti sentiebant, qua discusso leni-  
 nitex sapore gaudiorum interim dulcedinem aequabili tenore con-  
 tinuabant, usque dum fatigatum vigilia laboribus corpus somnus  
 denique invaderet; prorsus ut præcipuam noctis partem ea comen-  
 tatio occuparet. Facile apparebat, animum eius tenebris,  
 illoque noctis silentio <sup>ali, et a distractis ignis molestis liberum iacente</sup> ~~et a somno~~ Nam magnam sui noti-  
 ab omni sollicitudinem impedimento corpore in somnis <sup>ab oculorum</sup> ~~in somnis~~ vivere plurimum.  
 tiam hoc tempore imprimis esse adeptam, qua sequentis diei luce  
 afflata progressibus suis intentam, diuinaque illuminationis <sup>est</sup> ~~est~~  
 gloria ingenti sollicitudine indagantem maiorem in modum iuu-  
 bat. Neque proclive erat diuerrere, facilius hoc noctu, an  
 interdum obuenirent. Hoc quidem certum est nullam esse at-  
 tiorum, aut acriorem cogitationem, quam nocturnam, nullamq;  
 partem temporis illo quidem excelsa meditantibus esse aptiorem.  
 Itaque gratissima, minimeque interrupta Dei presentia inter  
 dubias sepe vigilas perfruens iure iam illud sapienti olim spon-  
 sæ cantatum reuocare poterat: ego dormio, et cor meum vigi-  
 lat. Quotiescunque fore in oratione versabatur <sup>ab oculorum</sup> ~~in oratione~~  
 consuetudine mente mentis, aciem abducebat, atque ineflexo  
 Dei, cælique intuitu pascebat animum, eamque mortalitatis  
 compedibus tantisper eximebat. Quippe cum in corpore esse  
 putaretur, optima tamen sui parte aberat, dulciq; velut so-  
 pore obruta Dei interim colloquijs, cæcibusque beatorum frue-  
 batur. Itaque ad solita ab oratione obsequia rediens nouo  
 rerum aspectu defixa velut in altam sedem migrasset, hærebat  
 aliquantulum. Ad hæc vastas per sepe in animo intercape-  
 dines habebat, quibus multa, magnaque agitari, ut admira-  
 bili dissimulatione obrixè tegere niterecur; dolores tamen  
 ingentes subinde predebant. Neque enim illa anima a cor-  
 pore <sup>diuulsio</sup> ~~diuulsio~~ cruciatibus carebat, quos in indagando Dei plauis, maio-  
 riq; virtutum præstantia sedulo inquirenda tantos crebro  
 patiebatur, ut haud multum ab exitum differre videretur.  
 A prima ætate præcipuo semper orandi studio tenebatur,  
 partim ut Dei laudes, quibus mirifice afficiebatur, ore enun-  
 ciaret, partim ut cælestium rerum cognitione pectus imbue-  
 ret. Itaque cum in Palatio Regis adhuc ageret, suisq;  
 temporibus solemne demore spectaculum Regibus præberetur,

Attentio in oratione profunda,  
 et singulari.

Orationis studium.

ad quod



ad quod magna celebritate, et frequentia legati solent concurrere, ipsa eorum, quae ceteri tanta alacritate spectare auebant, tædio animum subeunte de atrio deflectebat, et à pompa ludorum, cæteraque hominum tanquam in certissima, ac beatissima voluptatis portum se in <sup>oratorium</sup> orationem recipiebat. Neque auelli inde poterat Principum importuna humanitate ad hauriendas oculorum, auriumque voluptates inuitantium. Ceterum ferre tantam eius pietatem haud poterat demon, multisque sepe impedimentis ab intractu auocare nitentibus. Aliquando horribili figura oranti adstitit; alias magna tempestate coorta in oculos fulmen illisit; quibus illa tamen minimè cedens interrito in iisdem animo persistebat. In hoc genere haud maiori contemplationis ardore agebat, quam patiebatur, et præstanti subinde illustrationum lumine fruebatur. Id adeo intellectum est cum aliis sepe, cum natalibus Christi ferijs, cum in communi Christianorum lætitiâ, et gratulatione certo partæ salutis pignore exultantium singulari pietate præsepium instruxisset. Illud enim omni studio præstare nauiter contendebat, ne Deipara natæ iterum nasci cupienti hospitium quærens excluderetur denuo, tecumque impiè prohiberetur. Acceptam sibi pietatem fuisse declarauit Infantulus, oblatæque præsepio locus triduo se hospiti spectandum præbuit, Beatissima circum Matre, ac Iosepho iacentis maiestatem, gloriamque adorantibus. Et erat illa quidem maior, <sup>ac præstantior</sup> quam ut humani obtutus acies ferre eam posset diutius. Quippe dum attentior in eam cura oculos defigeret, pensbringi eos à splendoris magnitudine sensit, cuius quasi velo interposito obtecta facies tenebatur. Id tamen quoniam pellucidum erat, atque oppido tenue non multum oblabat, quo minus desideratis aspectibus frueretur. Alias cum oranti forte mysterium Presentationis in templo Hierosolymitano factæ contemplandum obigisset, inflammato acrius inter orandum animo Deipara filium in vultu non videntium illi tantum, sed amplectendum quoque præbuit. Cum enim

Præsepium in præsepium Christum spectat.







egrediens illud Moysis solebat dicere: si non tu ipse praece-  
das, non educas nos de loco isto. Tanta enim caelestium  
deliciarum dulcedine fruebatur, ut auelli à meditatione  
non posset, crederesque illi accidere, quod illi è monte  
Poliuciano diuè, cui oranti manna semper è caelo deplue-  
bat veteris Dei ad Jordanem liberalitate illustribus monu-  
mentis renouata. Quae quidem cum agnina immaculata  
mentis innocentia, tum assidua cum Agno caelesti contue-  
tudine, et obsequij Agnetis nomen non casu, sed diuina  
volutate inuenit. Ceterum licet iucundus Aloysia, dul-  
cisque inter precandum esset eiusmodi pietatis fructus, eum  
tamen vera virtutis studiosa semper contempsit. Etenim  
si hoc ei à Deo constitutum fuisset, ut omni rerum diuinarum  
voluptate adempta omnes in precibus acerbitates, et perpe-  
tuum teporem perferret, tulisset non fortiter modo, sed  
lubenter, dum solida perfectionis studijs se exerceret.  
Neque tamen nullo salutarium gaudiorum sensu moueba-  
tur, neque illius mentem non ingenti saepe caelestis gratiae  
lumine illustrauit Deus. Satiabatur quinimo non in-  
frequentè ab ubertate domus Dei non sine singulari  
animi iucunditate. Ita tamen sis affluebat,  
ut carere posset, et verò mallet quam praestantium  
virtutum, in quibus sanctimonia, vitaeque perfecta  
cardinem verti aiebat, iacturam pateretur. Hinc  
inuitatos quorundam raptus subinde legens, quosdam  
neglecti praeteribat ad egregium verum omnium de-  
spectum, et effrenatos cupiditatum motus domandos men-  
tem adiiciens. Historia sacra partem eam, quam  
nouo instrumenti nomine indigetant pro reliquijs pra-  
cipua semper Religione seuum ferebat, et doctri-  
na Euangelica perfectionem, ac fastidium, quod  
magna pietate colebat, pari quoque studio excoleret,  
et assidua vitae conformatione  
imitaretur.



147

Caput 9<sup>m</sup>  
Pudicitia, mentisque  
○ integritas ○

Neque eiusmodi orationis delicijs, atque illud trationibus diu-  
nis affectam fuisse tantopere mirabitur, qui pudicitiam eius cogi-  
tabit, cuius amor insignis, idemque a teneris unguiculis perpe-  
tuis oculos in caelestium rerum intuitu defixos ab omni illece-  
brarum mortalium cogitatione emaculabat, ~~partem~~que ad viden-  
dendum Dei numen reddebat. Is adeo in curis ipsis magnitu-  
dinem suam multis precoci Infantis virtute, ac castimonia atto-  
nitis prodebat. Nullum quippe in hac aetate fascijs iuxta, et  
crebrioribus blanditijs obnoxia, parentum osculum, aut ample-  
xus patiebatur. Quod si forte ad id faciendum communis, *Parentum oscula in Infantia*  
ut fert, natura necessitudo, et benevolentia in liberos sensus detestatur.  
e duobus quemuis perpulisset, vociferabatur accerrime, damnum  
clamoribus, lacrymisque miscebat, et luctans cum innoxio pa-  
rentum amore, maiora, quam pro aetate doloris pariter, ac pu-  
dicitiae argumenta edebat. Crederes eam in illis paren-  
tum lenocinijs latentem philetarum fraudem agnoscere,  
tunc etiam cum per aetatem nullius rei notitiam adhuc con-  
sequi potuerat. *Ad hanc porro castimonia cum primis e uicinis, illiusque infantia tenebris emissa certiori*  
*quod quoque perspicuum est, quod cum hac gratiae lumine, ac subsidijs nitore-*  
integritas non virginitatis tantum cancellis se contineret, *Se-*  
ad omnes virtutes perfecti officij amore longe, lateque, *decus suum* exten-  
deret, nihil <sup>egit</sup> ~~agere~~, nihil <sup>molita est</sup> ~~concedere~~ unquam, quod perpetuum  
illam constantiae munditiam infurcasset. *Et nihil fuerit ma-*  
gnopere in omni vita, cuius se scelere alligatam sentiret, ani-  
mum tamen in dies religiosa lustratione, in medijs etiam per-  
secutionis tumultibus, et concursu asperriorum casuum, ma-  
ximaque eiusmodi rerum penuria, ac difficultate in dies expia-  
bat. Ut vel ex hoc intelligi possit, quantam in omnibus cor-  
poris puritatem semper adhibuerit, quae tantam cordis munditiam  
*obtinelat* *animi beatitudinem, ac summa*  
*omnia reposita esse praedare in-*



telligeret, minimè mirandum si summa quoque omnia <sup>in illius omnium</sup> amplissimos affluerint. Neque verò comuni studio, aut mediocribus in hoc genere obsequijs acquieuit, sed eam, que sine labore omnia à deo im-  
mortali consequitur, corporis, mentisq; munditiem <sup>in illius omnium</sup> omnibus numeris absolutam, et præcellentem summo labore, querendam sibi  
esse statuit. ~~Illud~~ obtinebat. Itaque cum alia virtutum exempla illustriora forte

Angelum castitati parentem  
Sabet. c.

fuerint, nullius ei quidem studium fuit sanctius, aut antiqui-  
us. Singularem enim sibi à Deo <sup>Angelorum</sup> datum aciebat castimonia  
non custodem modo, sed vindicem, cuius præsidio, ac tutela  
Sunt thesaurum, quem in vase fictili reconditum in pretiosi-  
simo Sabetat, ab omni discrimine, flammisque cupiditatem,  
quibus nihil esse potest periculosius, tueretur. Nam ab ea qui-  
dem à prima elemento tribus aliquando ephelis mutata nature  
ratione flantem voris ventum præstiterit; Laurentis verò e-  
tiam <sup>se prætere</sup> ~~vosas~~, ut interdum ledere dediscant; hæc verò  
nullum unquam, quem tetigere, illæsum reliquerunt. Patroni  
porro cum auxilium singulare, opemque presentem semper,  
tum vultum quoque aliquando habuit, lateri absantem ma-  
gna cum animi iucunditate conspiciens. Semel omnino  
seruum quendam infestum sibi pariter, ac incestum <sup>habuit</sup> ~~videt~~  
æthiopicis illis inscriptis, et ad vilia ministeria damnatis Saut  
multam absimilem squalore vultus, et fuligine suspensionem  
augentes. Hic cum teter esset aspectu, totoque corpore ad  
horrorem, ac deformitatem compositus insidians orantis pu-  
dicitie cupiens truces in oppositum oculos pertinaciter de-  
fixos tenebat. Is erat Angelus virtutis vindex, ac tute-  
laris, cuius assidua sollicitudine ab iniuria inferenda pro-  
hiberi se indigebatur, totoque octiduo idem ne quidquam  
conatus, postquam vires suas labefactari; frangi que sensit,  
victus turpi clade accepta compressis in perpetuum tenta-  
tionis insidijs, fraudibusque discessit. Aloysia porro cum  
animum collegisset, suasque cogitationes ad pietatis studijs  
attentiore cura rebusisset, obscurum genium impudicitie  
incentorem fuisse intellexit, simulque ab illius insulibus  
asseritam esse gausa est plurimum. <sup>magisque indices castimonie deside-</sup> Erat in ea vultus  
cum ab educatione regia ingenius imprimis, plenusque mo-  
desia, ac gravitate, tum ab ipsa natura ad pudorem præcla-  
re conformatus, ut omnes pudicitie obnoxios faceret, nihilq;  
esset in omni gestu, atque aspectu, quod non suavissima  
caelestis gratiæ, atque integritatis myrothecia redoleret.

no. celans, tanto perfectionis  
amore inflamata rapiebatur,  
nihil ve eo non dici modo, sed  
cogitari posset ardentius. Cumq;  
eam in singularibus dei donis  
numerari intelligeret ad obli-  
vendum quod præ omnibus rebus  
unum expecebat in preces, qui-  
bus cuncta impetrari probe  
dedicerat, toto pectore incubuit.

Inter has suavissimis Angelorum conspectibus, caelogs fuerat <sup>atque</sup> ~~et~~ diuina castitatis delicijs circumflabat, <sup>quas inclusa ad huc</sup>  
molesto corporis ergastulo, animo tamen foras emergente, suasq; subinde compedes frangente contemplabatur. Erat in ea etq;



Huius maiestatem augebat vircus longo studio corroborata, cuius ex ore, vultuque emittentis ea erat vis, qua ad cernentes quoque redundaret, bonosque iuxta, ac malos veneratione, cultuque conseruans haberet. Ceterum, quanta omnium esset de eius pudicitia opinio, ac fama, haud alias clarius documentum extitit, quam eo tempore, quo carcere damnata est, cuius etiam inuicinis haud multo post consumpta fuit. Quippe haereticorum de eius interitu non dolentium modo susurri tota urbe personabant; verum etiam Archiepiscopi improbitatem, notamenque intemperantis malitia feruore prouecti maledictis, magnisque criminationibus palam insectabantur, quod ea potissimum ex frequentissima ciuitate domum inuasisset, quae pudicitiae laude esset clarissima, eoque nomine praecipue grauibus contumelijs, probriisque importunissimis hominis famam liberissime lacerabant. Et licet boni nihil laudare illi quidem soleant, omnesque virtutes ex aequo repudient, is tamen erat eximiae, ac singulari inter has spinas candore emittentis virginitatis splendor, ut in omnium animis desiderium etiam, haud admirationem tantum excitaret, constanti sanctorum opinione non odium modo catholicae Virginis, sed impietatem omnem obruentem. Porro ut hoc semel dicam, diuina erat eius castimonia, eamque Angelis omnes, quam hominibus propriorem esse vulgo praedicabant. Siquidem in ijs ubi laes nulla erat, tabecula tamen suspicionem, auramque leuem declinabat, et vulgarem mortaliu munditiam in sordibus prope numerabat. Constat eam ubi ad manus lauandas rite ventum esset, ne illas quidem in propatulo consueti obsequij gratia detegere potuisse, easque illotas, quam ut aequoq; conspicerentur, esse maluisse. Tantum ei inerat virtutis studium, ut cum inter homines versaretur; nihil tamen sibi cum ijs commune esse voluerit, praestanti pietatis religione ad Angelicum decus contendente. Ferunt eam sagaci mentis odoratu gratiae suauitatem, aut illius, quod in hominum pectoribus latebat, flagitij grauedolentiam, atque horrorem percepisse. Siquis aliquem a seita, et elegantia forma commendasset, aut in praestanti vultus eximiam speciem

Haereticorum de eius pudicitia quanta eximatio.

Manus ad lauandum in hominum conspectu detegere refugit.

oculos



oculos deflexisset, exardescere animo, iraque solebat. Neque enim intelligere poterat, quid laudandum haberet. ista nec vera, nec in homine, sed superficie tantum nitens mendaciter pulchritudo, ut miserias fucato rancida cutis lenocinio tegens, quam habuisse nulli, contempsisse plurimis speciosum fuisset. Illud addebat formosos eiusmodi diu non posse, cum constaret eam solam esse Christiani hominis formam, quae cum virtutibus, gratiaeque donis informet, quae qui habeat mortalitatis, aut senectutis aetatis vitio nunquam possit amittere. <sup>Itaque</sup> praestantia ingenia haudquaquam alia, quam virtutis venustate delectari debere aiebat, uti per haec breuia, quorum aspectu oculi capiuntur, incitatus animus ad egregium perpetua pulchritudinis, aqua decor omnis purissimus velut fonte ad mortales promanat, desiderium rapiatur; neque voluptas fucus inanibus adumbrata sensus ab altiore furam amena peremnitatis contemplatione dimoueat.

## Caput 10<sup>m</sup> Paupertatis deside- rium

Et quoniam non solum nominis, sed malorum quoque omnium diuitijs propinquam cum vitijs affinitatem esse nouerat, magnaeque difficultate, et plurimis periculis obstructum esse locupletibus, ad vita perfectionem aditum certis experimentis didicerat, copias cum inopia permutauit, rerumque mortalium, aequae pauperum tedia pariter, ac praedia abdicauit; neque pauper esse timuit, quando eas esse solas, verasque diuitias sciret, quae nos recte factis, et virtutibus diuites faciant. Damnae illos in familiari sermone solebat semper, qui venenatis pecuniae conspectu, ac pestilenti cupiditate gaudebant, eosque mirari magnopere, quod patrimonij amplitudine oper suas metirentur, quas qui haberet, aliquando esset



esset non habiturus; quæque adeo diuitem facere neminem possunt, ut pauperes multos faciant, cum sola bonorum operum, ac virtutum vena verè locupletet hominem. Quando illud esset certissimè magnam opulentiam non stare paruo temporis spatio, animisq; ingentibus nihil, quod breue foret, aut leue, optabile esse duceret. Et nimirum regnum credit optimus ille pessimi Imperatoris magister inter latrones, casusque fortuna, sic munitas, septasque sapere diuitias, nemo ut is nocere possit, aut quidquam detrahere. Quod alij quidem paupertatem vocant, alij calamitatem, aliud alij pulcherrimis diuitijs nomen imponunt. Sed viderint illi sanè, quo modo pauper dici possit, cui nihil deest, eaque etiam opes affluunt, quæ affluere in illa torrentis fortuna rapiditate nequaquam possunt. Et Aloysia enim Regum opibus iure gloriari poterat, quæ à Regibus oriunda ad Aemiliam quoque clarissimi nominis Regiam originem sui referebat, nisi Christi opprobrium, titulumque paupertatis, omnibus Picorum thesauris amplioem esse credidisset. Nihil enim potuit illa inuenire locupletius, cui regnum cælorum in censu numeratur, ad quod utrumcum possessionibus auitis onusta peruenire ægrè posset, id obtinuit, ut contemptu assequeretur. Itaque in tanta commodorum affluentia, familiaque dignitate nullum capere fructum potuit vberiore diuitiarum omnium despicentia, cum illud <sup>haberet persuasissimum</sup> ~~habet~~ <sup>longè maius esse, opes fastidire, quàm possidere.</sup> Sæpenumero dicere solebat ipsa nullum sibi iucundius, magisque magnificentum videri spectaculum, quàm pauperum coronam, quos in unum necessitas ad stipem poscendam coegisset. Ades purpuratorum speciem Pauperum cæterum in magnis auro, gemmisque fulgentium, quàm sæpe oculis subiecerat <sup>ficentissimo spectaculo numerabat.</sup> illas mendicabulorum sordes, et illuies gloria, ac dignitate arcebat. Quid ni? cum illius maiestatem in ijs conspiceret, cuius neque magnitudinis, neque opulentia illis est finis. Quod verò inter illorum greges sederet, purpuraque cum panniuculis commutata mendicatu vitaret, supra cunctos eminebat Sæpe paulo maior, ditiorque, cum vanitatem, et



bracteata fortuna bona, deliciasque cum tanta sui, rerumque mor-  
taliū despiciatione calcaret, quā beator, cum amplissimis fa-  
milia honoribus fruereur. Itaque paupertati gratiam habere  
solebat, quod illorum turba immista analectis, eoque dumtaxat,  
quod diuiciū edacitati luxus reliquum faceret, famem de-  
pellens, experiretur, quam multis natura non egeret. Neque  
Cum pauperibus comedens quanta voluptate fruereur. aliis maioribus, quā eo tempore delicijs frui videbatur, ut clarē  
quibus possit intelligere suū quoque paupertati esse Apollinē,  
in quo Lucullus suos religiosae egestatis voto ditissimos persae-  
pe excipiat, quando voluptates non minuit, sed auget, et  
egregias, prorsus <sup>que</sup> egregias omnibus delicias facit vel nihil appe-  
tendo, vel cunctis abstinendo. Ergo accepta inter mendican-  
dum promulsidae, frustisque aridae cereris Aloyria ad tem-  
plum se conferre solebat, flexisque ante aram genibus lon-  
ga horarum aliquot oratione peracta ad extremum cibo se  
reficiebat, quem eo nomine in praecipuis delicijs numerabat,  
quod ab Angelis, et quidem pro numinis amore datum esse  
dicebatur. Porro affluentiam tuam natura, ususque nec-  
essitate metiebatur superuacua omnia scidiotē remouens;  
vel si carere aliquibus omnino nō poterat, vilius quidpiam in  
eorum locum substituēbat, plurimum se habere rata, cum  
minimum desideraret, siquidem vnum est inopie argumen-  
tum multis indigere. Neque vlla re magnopere indigere  
vquam poterat, quae superfluis contemptis necessaria  
tantum appetebat, eaque, quae pijs facilia parati abstinē-  
tia, et frugalitas facit. Omnia enim, quae cupiunt, beatissi-  
ma opulentia habent illi, qui ex inferioribus hisce fortuna  
muneribus capiunt nihil. Imperata à medicis, sine qui-  
bus valetudo haud posse sustentari videbatur, violenter repu-  
diabat, verita ne ea cum viribus cupiditates quoque alerent.  
Neque quidquam erat magis necessarium, quā persuade-  
re illi, quid esset necessarium, ut imperio confessorij haud  
raro opus fuerit, cuius suspectam quoque in eo prope fidem  
habebat, ~~et~~ <sup>ugluti</sup> plus carnis suae fragilitati, quā diuinae par-  
ticipulae, mentisque pietati tribuentis. Adeo superflua



omnia horrebant, quorum dulcedine irretiti mortales voluptati magis, quam necessitati parent, plurimaeque appetunt sola fame, quam peccatim, luxuriaeque fuit laborantes. Quippe non modo cibum in medicamentum, sed ne medicamentum quidem in cibum dari ad reparandum corporis vigorem, viresque patiebatur. In vestibulis nihil, quod splendebat, praeter paupertatem habere voluit, neque aliud magis fugiebat, quam vilissima res corporis servitium. Praecipue eius divitiarum erat fiducia in Deum. Nihil fiducia in Deum praestans intimentis, omniaque ingenti animo speranti nihil unquam de omnibus necessitatibus erat. Cuius enim rei timere inopiam posset, cui donatum erat in omnium rerum Domino. uniuersa possidere? Siste victu, cultuque corporis, ac necessitatibus subinde ingruentibus, quod in Anglia saepe raro accidit in subitis rerum consternationibus, cura aliqua, aut importuna sollicitudinis tentatio animam sollicitaret, ad aures Evangelicas eam ablegabat; quibus licet nihil serant, aut metant; nihil tamen deest communi illo rerum parente, atque effectore omnia largissime suppeditante: neque ~~causa~~ <sup>uero</sup> formicas amabat, rimis prouidum, ac futuri solers animal, quod anxij messium uertationibus magnam diuina in se sollicitudinis partem excluderet. Itaque cum una hac virtute ditissimam se semper esse iudicaret, graui iniuria affectam querebatur, quod subsidio ad Anglicanum iter peragendum dato aliquid de illius dignitate detractum existimaret, praesertim cum Sancti Communitatis sibi ad iter conueniens opulens semper viaticum fuisset spontanea epestas, in faciendum datum queritur. eaque satis adiumenti ad arcendas necessitates habuissent. Curram, quo via semper in tanto vitae principalis vitae splendore, ac lautitia fuerat, in difficili, longoque itinere omnino respuerat, nullum esse credens vehiculum mollius, quam spem intentam in Deum, etiam si per praerupta sit eundum, diuinae prouidentiae permisis quaecumque secus acciderent. Inerat eius pectori innata vis ardens ad res gerendas, animiq; altitudo quaedam. Deo potius, quam humanis inimica praesidijs; ita ut cuncta, quae necessariorum mentibus occurrebant, discrimina contemneret, ac si non hominum tantum opem sibi.



sibi ad futuram, sed et tempestates, undasque benignè captis omni-  
bus fauces arbitrareretur. Sed licet gravis ei, atque iniucunda  
fuerit affinium in necessarijs suppeditandis sollicitudo, et de-  
erepta asperitatis exercende occasione, maiorem in modum  
questa sit; religiosa tamen paupertas non vidulo, sed animo  
censetur, neque pauper esse desinit, qui liberali Eleemosyna  
donatus est. Ceterò hoc ipsum diuina prouidentia haud leue  
est argumentum, inquam iniurius esset, qui centuplum pro ve-  
licis facultatibus promittenti, nihil ad munificentiam suam,  
curamque declarandam relinqueret. Porremo vt contemp-  
tam familiae dignitatem, spesque maximas, Regumque ami-  
citas, et mortalia cuncta abdicata, præteream; non ne abunde  
pauperem dixerò, si post bona, fornasque omnes, se ipsam,  
ac sanguinem suum, vitamque Deo consecrasse dixerò? .c.

## Caput 11<sup>m</sup>

### De affectuum moderatione.

Est enim necessaria ad tutelam, patrociniumque virtutum  
egregia quaedam, præstantisque animi ~~malitudo~~ altitudo omnibus difficult-  
tatibus, molestijsque obuijs constanter obluantis, illasque affectio-  
nes, quæ cæco Marte perfectioni signa inferunt, accerrimè edoman-  
tis. Earum vim, atque impetus sic retruderat Aloysia, vt non  
desseut e Religiosis eruditissimi, pariterque ex eruditis Religio-  
sissimi, qui negarent eam communibus mortalium motibus tur-  
bari posse, aut affici, nihilque reliquum videri assererent, quod  
quidem tranquillum mentis statum posset labefactare. Cuius  
rei cum in omnibus penitus sensibus, membrisque, tum in lingua  
primò egregium dedit argumentum, cuius vitio non sexus ille  
tantum, sed vniuersum hominum genus miseris modis solet  
laborare, quando illud est certissimum a nullo mortalium  
perfectè fuisse domitum; neque enim sin vennis tantum locum  
habet, quod ait præclarus Sagararum Vates  
Lingua mali pars pessima serui.



Sed in ingenius, optimis que etiam, quibus loquacitatis virus, quam vir-  
 bus subinde est familiaris; nihilque Sabent lingua peius, aut ir-  
 regiosius, quippe e qua bona iuxta, ac mala nullo discrimine ad  
 non dubium perfectionis, ac religionis exitium emanent. Neque  
 oeso leuius parricidij genus est venenum in lingua ad suggillan-  
 dos homines, quam ad trucidandos in pice gestare; quamuis  
 ab hoc pernicies existeret sabet manifestior. Itaque cum in-  
 telligeret Aloysia nullam partem corporis esse ad nocendum aut fixauerit semper. ce.  
 aptiorem, aut promptiorem, audiretque Principis Propheta  
 votum ponentis custodiam ori suo, et osium circumstantia  
 labijs, praeipuo conflictationis ardore in hanc rem incum-  
 bendum esse censuit, ne vana reliquarum virtutum esset re-  
 ligio. Ad hoc lupatum Sabuit, quo in os inserto loquendi  
 proteruitatem reprobabat, grauemque in omnium luce, ac  
 conspectu paenitentiam vltro suscipiebat. Et licet eloquen-  
 tiae ipsius, quam loquentia inesset, verbaque non in ore,  
 sed pectore nascerentur, eaque ab excellenti taciturnita-  
 tis studio ante semper longe meditationis libra expende-  
 ret; si tamen aliquid humana fragilitatis virus elaboretur,  
 quod mirius sanctum, aut religiosum ad cuiusquam aures  
 posset accidere, os contubernalibus proterendum prebebat.  
 Quo feruentiora interim ad omnium medullas, animosque  
 illius dicta penetrabant, vt facile appareret nihil esse per-  
 fecto silentio eloquentius. Multum se illi sententiae debe-  
 re dicebat, qua lectissimus Apostolorum ingenti Dei amore  
 inflammatus, cunctaque vltro ad patiendum prouocans iden-  
 tidem rogat, quid tandem esse possit, quod a charitate  
 Christi possit separare. Qua effectum esset vt si quid  
 acerbius in spiritualis vite cursu, aut affectionum mortifi-  
 catione obueneret, magno animo susciperet, constanterque  
 toleraret. Nam et illius meditatione leuia cuncta redde-  
 bantur, et obiectis difficultatibus a prosequenda perfectionis,  
 et cupiditatis subigendae studio deterreri censebat turpissi-  
 mum. Erat illi propositum singula Ies membra peculi-  
 ri, mortificationis genere maetata deuouere. Itaque



Oculos quam sollicitè  
custodiret.

Morificationes corpori  
domando admotæ.

Ab amore consanguineorū  
quanto perire abhorruerit.

oculis perpetua prope modestia clausis caeca semper ad res obiectas  
fuit, easque per quas intrare mors solet, fenestras omnibus  
distractionum lenocinijs, ac cupiditatibus intenta animi medi-  
tatione, curaque obsruere vndeque contendit. Ad  
Lumbos porro constringendos ferreo puritatis cingulo se nece-  
bat, ad Lacertos, manusque catenulis nihilo mollioribus, ad  
guttur fune, quem ex pilis Sorridioribus, cilicioque concinna-  
tum arte fauibus colligabat. His in omni vita perpetuò  
utebatur. Cauebat imprimis sedulo, ne cuiusquam preci-  
bus in antiquos mortalium sollicitudinum æbus transversam  
se rari paterebatur, quando iam omnem penitus ex animo  
consanguineorum necessitudinem exisset, quos quidem ut  
recte amare nullum est nefas, ita scisse maxima est gloria.  
Ad Soc iuuabant ingentia locorum interualla, marisque spa-  
tia, per que cum iam comparatum esset, ut corpore ab omni-  
bus disjungeretur, animo certè multo longissimè aberat, tot  
se leuiss. Deo propiorem rata, quot ab ijs esset remotior.  
Quam ob rem cum seris à multis ageretur de prouincia An-  
glicana legationis fratri decernenda, neque ipse sanè ab ea  
abhorreret multum, ob eximium in Aloysiam amorem, quo  
mouebatur plurimum, Principes viri, atque affines plerique  
ab insigni in familiam studio, ac voluntate opem, atque com-  
mendationem Aloysia implorarunt, cuius vel ob vitæ sanc-  
tissimam, vel ob nominis, virtutisque spectatissima claritatem  
maximum apud Regem pondus, atque auctoritatem futu-  
ram pro comperto habebant. Quibus si respondit Aloysia  
vix facile intelligere possent, nihil sibi eiusmodi litteris  
accidere posse molestius, quæ sepultam pridem humane  
cognationis, ac necessitudinis memoriam tetram vtiq; ac  
grauidentem velut è tumulo non sine acerbo legentis sen-  
su excitarent. In litteris sanè ad fratrem datis sic  
Sabet: qua humani cordis recordia fieri credendum est, ut  
que bona à diuina voluntatis arbitrio perennibus velut  
beneficentiæ riuus ad nos promanant, ea præter eius pla-  
citum cupiamus potius, quam in eiusdem potestate, nutrique

relinquamus.



relinquamus? Quod unum nimirum praestandum mihi erat, si curarum  
 tuarum, quae a meo instituto sunt alienissima, aliquam in me partem  
 derivare vellem. Nam cum se rerum mearum patronum Deus, unice  
 cumque in causis omnibus suffugium praebuerit, et infelices consanguis-  
 neorum occupationibus expedierit, uti rebus dum taxat caelestibus  
 libens, ac soluto animo vacem, per quam mihi molestum est, vel tam-  
 uerum unquam a praestitis perfecti officij finibus discedere.  
 Et vero non a gloria tua id foret alienius, si haec opera mea  
 potissimum, ac labore perficeres, quam a rationibus meis, si ab  
 arrepto viuendi instituto, cursuque pietatis deficerem. Itaque  
 haec cura, a quibus diuorum omnium virtus semper abhorruit, A-  
 loysiam tantum non exanimabant maiore, actaedis. Neque  
 tamen erat illa saxea, rupibusue Pyrenaeis excisa, qua om-  
 nem penitus amoris sentum ab animis excluderet, nesciretque  
 pietatis etiam vinculo coniungi posse, quos arctissima sangui-  
 nis affinitate natura illigauerat. Scripserat <sup>fratris</sup> ~~matris~~ ex  
 Anglia aliquando tanto verborum, ac charitatis pondere ad  
 maiorem vitae perfectionem semper exhortans, et ille quidem  
 Suid immerito salutem suam secundum numen illi acceptam  
 retulerit. Id ades ex ipsis litteris intelligi clare poterit:  
 magna me voluptate e litteris tuis aspersam esse de secunda  
 familia tua, tuoque valetudine, deque hac propensa nus-  
 minis in vos voluntate tibi multo esse puto perspectissimum.  
 Nam ad reliquam amorem, qui te mihi fraterna necessitudinis  
 iure facit charissimum, grauem quidem illum, neque contem-  
 nendum, is diuinae charitatis, qua te complector, accessit  
 ardor, qui neque locorum intercapedine, neque tempo-  
 rum contumelia, neque mentis languore facile possit in-  
 tepescere. Sed de eiusmodi rebus fortuna obnoxiiis, quae  
 a salute mea, gloriaque diuina minus facere videntur,  
 omnino est reiciendum. Et vero haec quoque pari cura ne-  
 gligenda tibi sunt, eas potissime expendenti, quae ad diuini  
 amoris praestantiam, studiumque amplificandum faciunt.  
 Est enim attente imprimis unicuique disquirendum, quibus  
 momentis ad amandum numen feratur, <sup>ne</sup> ~~ut~~ forte se ipsum



121

sibi pro fine constituat, et ad cupiditatum suarum normam omnia  
vite consilia, atque actiones dirigat, hoc unum agens dumtaxat,  
viam eternam beatitudinem consequatur, penasque apud  
inferos improbis decretas effugiat. Nam perse ipsa virtus pre-  
stabilis est, atque insita honestatis lenocinijs oppido amabilis.  
Porro id sedulo exendas velim duos horce <sup>affectus</sup> ~~haud~~ parum esse  
infidos, ~~et~~ diuinae probitatis proditores, ac magnopere imbecilles  
ad conseruationis nostrae, <sup>atque</sup> salutis pondus sustinendum.  
Ama Deum ob immeritam meriti ipsius magnitudinem; quo-  
niam opus iustitiae, omnium quae sunt, vel erunt, maximum  
operatus est. Ama eum, quia est, qui est: denique post  
haec ama Deum, quoniam ipse te prius dilexit, ut nisi gra-  
tum te pro beneficio creationis, quo tibi haec vita, quam  
ducis, vsura data est, proque vindicata salute praebes,  
atque eundem ad agendas gratias, <sup>e ueris</sup> liquorem exprimas, ni-  
hil egisse videaris. Neque enim minoris pro te pretij  
lytrum pendit, quam esse debuit illius, qui Deus erat, et  
homo; ideoque cum Deus esset, voluit esse et homo, ut vitam  
haberet, quam pro te perderet, proque suis omnibus, quos  
hoc beneficio emanipatos ad pileum vocauit, atque ad eum  
ad dignitatem filiorum adsciuit: Ama Deum, ut ipsi te  
gratitudinis vinculis asseras, quibus tute Deo validissime  
abstrictus teneris illius beneficij memoria, quo mentem tibi  
numinis capacem, et rationem dedit ad hoc tantum, ut amo-  
ris illi vectigal penderes, solique penderes, neque res crea-  
tas amplectereris, nisi propter eum, atque in eo, cauesque  
apprimere, ne earum amori habenas effitius laxares. Infeli-  
citer sane blandis philautiae laqueis constrictus tenetur,  
peccatque haud leuiter ~~et~~ qui ob id tantum non peccat le-  
thaliter, quod primo a me loco supra est memoratum, aut  
cruciatuum metum, qui malos manent; aut cumulatissima  
illa premia, quae beatis ad fruendum proponuntur.  
Nam eiusmodi homo, qui praclaro nimirum numinis ar-  
dore teneri se putat, ut commodis suis papiatur, non Deum  
quidem, sed se ipsum in ordine ad infauita fortunae blan-



dimenta, resque inferiores deamabit. Cuius flagitij turpitude, si oculis cerni posset, quis omnino eam <sup>sustinere</sup> ~~perpetuam~~ valeret, qui modo ratione, mentemque omnem sub sacra non dum posuisset, qua discrimen inter finitam, nullis <sup>que</sup> virtutis cancellis circumscriptam bonitatem posset intelligere. Obstipescite celi super hoc, et portae eius desolamini vehementer, dicit Dominus: dereliquerunt enim me fontem aqua viva, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas. Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, ut bibas aquam turbidam? Omnino talis est voluntas, qualis amor, qui si purus est, ac defecatus, habere debet voluntatem diuinae conformem. Et qui fieri potest, mi frater, ut non tanta amplectamur bona, quanta nobis a proluxa amoris benevolentia vobis defert Deus, si illum in se solum amemus? Ad hoc curas tuas, ac cogitationes omnes accurato studio referas, rogo, atque obtestor. Itaque Aloysia et si erat ingenio excelso, ac eleganti; curas tamen profanas, et suorum obtestationes adeo molestis auribus admittebat, ut illa praecleara animorum expugnatrix ambitio quietis studium, et firmatam assiduae mortificationis <sup>praeiudicium</sup> pietatem concutere nequaquam potuerit, quod ~~is~~ <sup>quod</sup> ~~is~~ <sup>quod</sup> ad frangendas illas mentis appetitiones, quae caeca temeritate in desideria noxia praecipites feruntur, <sup>toto pectore incumbere.</sup> ~~is~~ <sup>m</sup>

Capitulum 12.  
 Constantia eiusdem, animique  
 ~ magnitudo ~

**C**onstantia constantiae, ac virtutis adminiculis semper utebatur, ut contra omnem casum, ac dolorum temeritatem celsa usque quaque, et erecta staret, variosque malorum ingruentium incursus eodem in singulis, ac praesenti animo praedare sustineret; cuius virtutis inter perpetuos accenditionis fornice turbines, renemque obstantium nubes, ac procellas admirabilis semper tranquillitas enituit. In prima adhuc etate



Obiecti specti cuiusdam  
terrores superat.

cum apud Marchionem degeret, in solario sedenti, taciturnaque de factis diu-  
nis iudicium ante somnum exercens, crepera iam nocte insolita quaedam  
species se illi obiecerat, quae licet insigni candore in tenebris micaret, mul-  
ti que esset distincta luminibus, ob inusitatum tamen molis magnitudi-  
nem, quae proceram amygdalum iuxta florentem superare videbatur,  
inopinata re trepidam, mecumque percussam graviter consternauit.  
Exo citata grata incubiculum se proripuit, manumque Marchio-  
nis osculata faustas de more appreciationes implorauit. Illi ubi  
aequam animi, et timore penè confectam sensit, causa formidinis  
intellecta, in eundem locum remeare iussit, uti inanes Daemonis ter-  
rores, ab his que content<sup>mpu</sup> eluderet. Non dum enim exploratas cru-  
entae belluae artes tenella Virgo Sabebat, quibus tyronum pietatem  
solet oppugnare, tantaque mole territa unam, atque eandem esse  
in camelo, et vulpeula esse nesciebat. Itaque Sorrente obsequium  
natura fecit tamen imperata, et in medijs timoribus de obedi-  
entia magis, quam incolumitate sua sollicita, immansi se rursus  
ostento obiecit. Hic verò cum natura eam ante, quam constan-  
tia desereret, viribus defecta ad orationem se recepit, numinisque  
ope, ac praesidio per tres admodum horas implorato, ut perpetuum se-  
mel de eiusmodi terribulamentis triumphum gloriose referret, om-  
nemque ab animo rerum mortalium metum propulsaret, in so-  
larium redijt, seque eo in loco acriter diuerberauit. Itaque  
cessere egregiae Virginis constantiae fracti timores, cuius in sexu  
pluribus aerumnis obnoxio iam tum non de esse virilem animum  
insigni fortitudinis facinore edito Summae salutis hostis sentiebat.  
Inerat illi ingenium ad res arduas semper inliendas prealtum,  
et erectum, cui neque virtus, ardorque ad auspican dum, neque  
vero ad gloriosum colophonem imponendum perseverantia unquã  
deerat. Illi plurimum fiducia ad pericula capebenda adie-  
corat, neque prudentiae inter ipsas malorum sequentium pro-  
cellas minus, ut difficultatibus et corpus, et animus ali vide-  
rebit. Itaque angustis infirmitibus pietatem ab ijs includi  
censebat semper, qui eam tantum in rebus diuinis tentan-  
da iudicarent, quae humano arbitrio cuncta trutinantibus  
sine incommodo, et discrimine fieri posse videbantur.

Animi ad praesalta semper  
nitenti magnitudo.

Quam =



Quam obrem adhibito in consilia numine in grauioribus exerceri vs-  
 quequaque gaudebat diuini Honoris apprimè auida, in periculis pro  
 eo subeundis impauida, malis omnibus inuicta; eaque agētabat, que  
 Sumane cogitationis modum, vūlgiq̄ue contentiones, ac studia exce-  
 derent. Atque hæc etiam ē causis præcipua fuit vna, cur multa  
 a multis in omni vita pateretur. Imprudens, temeraria, stollida,  
 amens; hi erant tituli, quibus eam aliqui in rebus diuinis Thamyra  
 ornabant. Neque illa cuiusmodi calumnia tropæa statui sibi  
 vnquam est indignata, cum sciret salubis nosstræ assertorem Chri-  
 stum, diuosque Santimonia, ac virtute plentes nulli <sup>factis suis</sup> obiectan-  
 tum hanc de se laudem inuidisse. Neque inceptis quoque desistit,  
 quantumcumque premeretur, neque dubitauit vnquam, quominus  
 nefarios infelicis excetra impetus fortiter, pieque sustineret.  
 Erat imbecillo corpore, morbisque pessundato, atque obnoxio, sed  
 animo vegeto semper, ac valenti, et aduersus omnem malorum  
 tolerantiam indomito; <sup>cuius vigore admirabili corpus sustentabat.</sup> et quidem fatale ei erat calumniam im-  
 probe semper studijs suis illudentem ab insita animi magni-  
 tudine, atque excelsa patientia eludere, exercereque se pe-  
 rennis vigilia ijs cogitationibus, quibus Dei gloriam, finesque  
 religionis proferret. Ergo omnia sibi iucunda, et leuia red-  
 debat assiduis orationibus, animique altitudine, qui nunquam  
 lætior visus est, quam vbi curas mortales, vanamque malorum  
 sollicitudinem despexit, et in doloribus medijs voluptates sibi  
 fecit ipsas calcando. Ad adeo non alias manifestus erri po-  
 tuit, quam cum deuoto pro fidei gloria capite per tot viarum pe-  
 ricula, et molestias inusitata virtutis facinore Virgo ad petendam  
 martyrij coronam mare traiecit, terrasque exteras adiuit.  
 Itaque cum vna Dei fiducia in his omnibus suscipiendis vtere-  
 tur, presentem illius gratiam, opemque sensit semper, omnesq̄  
 ærumnas, ac molestiarum indignitatem constanter deuora-  
 uit. Per Gallias iter facientem, dum garumnam trans-  
 mitteret, infesta tempestas cum vectoribus, nautis que in  
 extremum salutis discrimen adduxerat, retroque a cursu suo  
 nauem dissipatis, fractisque armamentis omnibus transuer-  
 sam auerterat. Imago naufragij oculis obiecta omnium

Gregoria cum tempestate  
 luctantis constantia.



animos Scaud vana consternatione afflixerat, ventisque, et undis v-  
trinque iactantibus æbus incumbens nauis non clauum tantum  
de manibus, sed spem quoque, constantiamque ex animo ex-  
cuserat. Eodem tempore egregia Aloyria pietos cum pari  
industria coniuncta erituit, nauemque a presenti periculo vin-  
dicauit. Quippe cum fluctus ventis increbescente magis, magisq;  
insurgerent, salusque cum gubernaculo amissa iam esse videretur,  
cunctis sortis sue acerbis illacrymantibus, ipsa implorata  
fidenter diuino auxilio, quod vnum relictum esse videbatur,  
ad humanam se opem potremo conuertit, ne Deo suam <sup>re</sup>offenti  
desse crederetur. Itaque arrepto remo sedulo adlaborans  
nauarchum idoneis verbis, factisque ad animum, remumque  
resumendum identidem excitauit. Cum ingenti difficultate  
ad litus appulsi vnus magnanimitatem laudibus efferrebant,  
eique eraptam e fluctibus salutem, quin magna ex parte ac-  
ceptam referrent, haudquaquam dubitabant. In Angliam  
vero venienti haud paulo maiores in ipso statim portu tem-  
pestates fuere subeunda. Quippe quocumque pedem intur-  
lisset armata omnibus locis errantem persecutio ad manife-  
stum exitium sequebatur. Mutanda erat in ægritudine  
quoque sedes, magnoque cum labore iter per sepe ignotis re-  
gionibus per infesta loca faciendum, eaque subeunda, quibus  
cum aliorum virtus, roburque frangi interdum soleat, ipsa ne  
angi quidem vnquam <sup>uisa est</sup> ~~poterat~~; nimirum non erat martyr pro  
Christi gloria laborem timere, aut sudorem, quem in omni  
discrimine, incommodisque obnixè precabatur, vt Deus in pur-  
pureum aliquando conuerteret. Itaque forti animo, ac  
prostanti discrimina omnia, fugaque labores exorbuit, eosq;  
pro martyrij non inuicunda promulside habuit. Cuius vir-  
tuti ne hoc quidem oblitit, quod in puluerarie machina-  
tionis tempus incidit, cuius acerbis, qua afflicti om-  
nes, et probati iacebant eo moderatè animo tulit, quod  
eo se voto obstrinxerat, vt non modo alcedonia nulla in vita  
sperare deberet, sed etiam si summa esset persecutionis pro-  
cella, atq; atque atrocitas inshibiti sui ratione, et diuino



consiliorum conscientia, quaecumque inciderent, magna animi tranquillitate perferret. Itaque cum in suis motibus regni funestissimis, et perpetua rerum difficillimarum, atque anticipati semper agitatione undique premeretur veementius, maxima constantia, et Christiane moderationis laudem tulisse videri potuit, cum ab improbis pariter, probis que lacepsita. ~~Cumque confusus visibus sui mortem,~~ eisdem semper inuicta pietatis spiritus gesserit. Cumque confusus visibus, hi mortem, illi exitum minarentur, de vita quam sententia decedere tolerabilius ducens, non fortius Catholicis in Hispaniam reuocantibus, quam Haereticis ~~in~~ Angliam miscantibus, nomenque Catholicum excindere conantibus resistit. Neque frustra scilicet antiqua Deuteronomij lege a numine cautum fuit olim, uti ex Israelitis nemo formidolosus, mollisque, et eneruatus egrederetur ad bellum, ne pauere faceret corda fratrum suorum. E quo clare intelligi potest, quanta mentis celsitudine opus ei sit, qui pro fidei defensione cupiat dimicare. Sed in Aloysia ea vis animi virilis, inuictaeque fortitudinis inerat acerbissimarum rerum usu, longaque pietate confirmata, ut tum maxime inualesceret, cum plurimis undique difficultatibus obiectis omnium animos desperatio atrocius inuaderet. In summis enim pij Sominis, Jesq; perfecte obsequentis dotibus reponebat non lingu animo in aduersis, sed ex alta <sup>diuina</sup> ~~diuina~~ fiducia arce procellas mortales salutis imminentes erecto vultu, atque alari despiciere. Neque in tanta rerum perturbacione, ac varietate calamitatum constantiam suam cuiquam seruire passa est, morisque iucundius Sabuit, seruum hoc, et naturae, mortisque desolatum in tormentis relictura. Sane in Martyrij occasionem usque adeo vehementer intenta semper exsistit, ut incredibili cupiditate, ac tolerancia, dum ea interdum, noctuque meditaretur cibi, Somnique desideria Sana sine exiguo valetudinis incommodo

extingueret.

Caput



Caput. 13.<sup>mo</sup>  
Benignitas in Pauperes.

Neque vero silenda est eius in omnes benevolentia, quaeque ab infantia in miseros cum aetate semper crevit miseratio; ne antiquam illam Periclis querelam audiamus, cuius cum tropaea, victoriasque inclutas sub mortem amici lectulum circumstantes celebrarent, cubito innixum, cunctis rite auditis succensuisse ~~ibi~~ ferunt, quod communia sibi cum multis, fortunaeque potius, quam virtutis opera celebrarent, id, quod multo maxime in se fuisset commemorandum praeterissent, quod nempe sua causa nemo unquam Athenis vestem pullam induisset. At quanto maius elogium Aloysia Beneficentia vendicat, quae tot hominibus laetitia, ac candida verbis causam praebuerit? Siquidem tunc praecipuo voluptatis sensu perfundebatur, semper cum aliquid pro numinis amore dare obtingeret, nihilque eo beatius, aut iucundius esse disperere erat solita, cuius voto concepta omnis anima sua voluptas, ac quies contineretur. Itaque cum apprimè difficile esse sciret diuitibus intrare in regnum caelorum, omnibus fortuna muneribus repudiatis rationem inijt, qua camelus per foramen acus posset transire, Christoque, et pauperibus locupletatis opes suas in omnium rerum inopia sitas esse voluit. Beata plane, qua nemo unquam aut madido vultu, aut vacua manu pauper recessit, quandoquidem beati se putarunt, qui accipiebant, cum dare longè se beatissimum. Misit semper inter loquendum benevolentia, in succurrendo facilitas, ad opem, solatiumque miseris afferendum virtutis propensio; quae non aliunde promanabat, quam quod pietas quaedam caelitus in mentem illius illapsa, ita omnes cogitationes occuparat, ut rem praestantissimam non pauperum, quos cernebat, intuitu, sed Christi sub centonibus, pannisque laetantis maiestate metiretur.



Cum enim invalida adhuc esset aetas, maiorque quam pro viribus animus in inopes cuncta effundere niteretur, neque raro maiora dare cuperet, quam vires portare valeret, fratris, aut domesticorum operum implorabat, sibi ut auxilium esset. Ergo pulvinaria, aliaque summius splendida, aut pretiosa eorum opera ad usque fores, aut fenestram perlata in sinus pauperum deturbabat. Neque vero arcam, aut abacum, aliudve quidpiam, in quo res a servari erat suspicis, parentes aperiebant, quin illa aduolaret illico. Neque plangitum tantum audiebatur, sed eiulantes quoque lacryma manabant, pauperum in tanta rei familiaris affluentia penuriam, duasque vias maerentis. Et vero inhiberi ille fletus haud poterat, nisi potestate a parentibus facta manum iniceret, eamque auro plenam ad recreandam egentium multitudinem reportaret. Neque Sane pietatem cum pretexta posuit, sed corroboratis Deo obsequendi, ritique servandi desideriis pari cum adolescentia incremento adolevit. Consuetudo eius cum pauperibus iucunda semper fuit, et benignitatis plenissima, neque quisquam erat opis egens, ac subsidii, cui non paratum esset in illius virtute, ac liberalitate perfugium. Quocirca cum infirmum aliquem, membrisque mancum in publico iacentem offendisset, aut egentibus in via occurreret, prehensos manu leniter domum ducebat, mensaque, et hospitio exceptos rebus idoneis iuvabat. Neque sordes eam, corporisve illuvies offendebat, cum iudicatum haberet nullum esse odorem, quam pauperum squalentium, meliorem. Cum in foemur incidisset aliquando arumnis, longaque egestate deformatam, cuius corpus obscenae vermibus exesum, ac prope confectum prodente se perspicuis argumentis egritudine, obuiantium animos horrore perstrinxerat, ~~Prostrabat~~ <sup>prostravit</sup> enimvero ~~eam~~ <sup>eam</sup>, quod aliorum non oculos modo, sed misericordiam quoque avertentat. Introducta in domum obsequia cuncta praestitit vulgi ad inusitatum laetitia alacritatem composito, ut facile constaret eam in praecipuis honoribus Christi squalore, atque miseriis numerare. Itaque plagas sanie, sordibusque torrentes suis ipsa manibus curabat, velibus

Infantis in pauperes benignitas.

Pauperes, mancorum in publico iacentes tuto excipit.

Sordibus pauperum detestatur.

opportune



opportune mutatis quotidie ornabat, neque ante benefacere des-  
stitit, quam omnem ab ea illuuiem abstersisset, et in pristinam  
mundiciem, ac sanitatem restituisset. In Anglia quoque  
cum miserorum *Stirps* numerosa ubique sabbote liberaliter mul-  
tiplicaretur, egentium, et desertorum praecipue commodis, et  
scilicet salutis operam nauabat. Quo in genere insignis eius  
in mulierem fascino, diuisque Alastorum infestationibus  
miserè diuexatam pietas exhibit; quae cum undique malo suo  
opem ne quidquam quaereret, nec inueniret, apertum sem-  
per apud Aloysiam misericordiae asylum reperit. <sup>igitur</sup> Cam <sup>op-</sup>  
portunis fortuna praesentis admiraculis adiutam, cum potentius  
esset omnibus remedijs malum, nihilque solemnes Ecclesiae  
expiationes prodesse, magnis beneuolentiae officijs, donisque  
cumulatam ad suos dimisit. Fortuna muneribus benefi-  
ca manu utebatur, omniumque necessitati obuiam ibat, nihilque  
vehementius contendebat, quam ut nemo calamitatem, et ad-  
uersae sortis incommoda pateretur. Itaque cum se rebus  
necessarijs ad leuandam aliorum calamitatem fraudaret, opesque  
ac eleemosynas omnes ad liberalitatem, ac beneficentiam sem-  
per conferret, ipsa domi faciebat quod *Vrsi*, et primorum di-  
gitorum sultu vitam incredibili abstinentia tolerabat; rata  
se omnia felici abundantia inuenturam, si omnia dimisisset.  
Et eo quoque nomine pauperes amabat vehementius, quod  
eorum commercium hoc, quam reliqua mortalium necessi-  
tudines haberet amplius, ut sui studiosos caelestibus donis, ac  
consolationibus diuites faceret, cum certissimum sit illud Spi-  
ritus Sancti oraculum, eum faenerari Domino, qui miseretur  
pauperis. Neque verò illum esse usura genus presta-  
bilis potest, quam id dare, quod diu sapere queat nemo, ut  
recipiat, quod nulla fortuna necessitudine, rerumque iniuria  
unquam possit amittere. Itaque si quem ad fores considen-  
tem in Anglia videret eiusmodi, ad eum descendebat, tecto  
excipiebat, cibo, reliquisque necessarijs consolabatur; ut se-  
pe omnibus liberaliter effusus suas, suorumque vestes ad  
tegendam eorum miseriam discerperet. Denique erat in



Hac domo certis aerumnosis, atque egentibus receptus benignitate  
 Aloysia cuncta ad eorum subsidium, operumque munifice praesentis.  
 Et si densior esset convenarum numerus, quam ut unius tecti an-  
 gulis capi posset, per famulum, cuius hae praecipua erat provin-  
 cia de idoneo illis hospitio peramanter providebat. Neque alius  
 erat ager, quam ille pauperum facundior, qui alijs quidem be-  
 neficentiae litantibus cum centenariis fenore fructum solet <sup>A. Loxia</sup> reddere, <sup>Pauperes haereticos eleemo-</sup> <sup>synadonabo, domoque ex-</sup> <sup>ceptis conuertit.</sup> <sup>verò</sup> etiam duplicatum reddebat. Etenim dum  
 egestatem eorum leuaret, salutem, cuius maximè incolumita-  
 tem anhelabat, procuravit captis tanta humanitate, ac delin-  
 tis omnibus, mentemque ei haud egré permittentibus, cu-  
 ius sollicitudine omnes corporis aerumnas absterfas esse in-  
 telligebant. Praecipua eius fuit in delictis mulierculis  
 benignitas, quae infelici partu, atque inuita lutina fetus  
 in propatulo, locisue despicabilibus effundebant. Quippe  
 earum miseriam cum plurimis nominibus miserebatur ma-  
 gnopere, tum aduersam prolium conditionem, totamque na-  
 scendi durissimam grauiter deplorabat. Quocirca matres com-  
 modorum omnium auxilijs benignè praebitis creabat, liberos  
 salutari aqua aspergine Catholico ritu lustrari curabat, ad  
 extremum utrosque tam in ijs, quae ad corporis, quam anima  
 salutem pertinent, egregie locupletabat. Quibus in rebus  
 aliqua subinde accidere, quae magnum ei voluptatis fructum  
 attulerunt. Multi enim cum primum sacro fonte tincti fu-  
 sent, infelici vitæ pelago per compendium traiecto beatitudi-  
 nis portum extemplo tetigere. Quae res nihil est mirum, si  
 maximo eam gaudis aspererit, immortalis gloriae praestan-  
 tiam, decusque amplissimum animo complectentem.  
 Nullis igitur officijs, aut beneficentia in omnes genere <sup>ibus,</sup> fab-  
 gari potuit, neque alium donandi finem fecit, quam <sup>em,</sup> quem  
 possessionibus suis fortuna praescripserat, dicens illum habere omnia,  
 qui largitur omnia, et eoquidem certius, quam eos, qui cuncta pos-  
 sident, quod hae in authoris manibus sunt deposita, qui et ad tuenda  
 ea est potentissimus, et ad restituendum cum fide liberalissimus,  
 et cum liberalitate fidelissimus.



Caput. 14<sup>m.</sup>  
Abnegatio voluntatis, et  
obedientia  
Amor ~

Sed enim aliquanto facilius est fortunis re omnibus, quam voluntatis prolubio abdicare, cuius possessio non iucundior hominibus, quam tenacior esse solet. Illis quippe abiectis, ac contemptis indulget sibi aliquando animus, <sup>subique</sup> illis <sup>libertatis impendit, amans</sup> ~~quae~~ desiderijs habenas laxat <sup>effusius</sup> ~~liberius~~, ad quae suus quemque animus, ac libido immodico feruore concitatum rapit. Quod si ad pietatis magnitudinem praeclearum obedientia, ac resignationis decus accesserit, tum demum consummatum quid, atque perfectum est, ea quidem, quae in rebus humanis esse potest, perfectione maxima. Itaque arbitrij sui abnegationem, et cum diuino conformationem antiquissimam semper Sabuit Aloysia, quando in ea potissimam perfectionis praestantiam, laudemque obedientiae repositam esse <sup>proclare intelligebat</sup> ~~vidit~~. Ad hanc rem praecipuo studio colebat Climachi librum de eiusmodi virtutis dignitate disserentis, et illustria veterum exempla saepe inferiori calamo persequentis, ut eorum crebra lectione animum ad optimorum charismatum imitationem conformaret. Sui enim statuebat proposita sibi obsequentis ad extremum usque spiritum Christi imagine, non aliam ob causam eum pro salute communi mortem obiisse, quam uti omnes illi dumtaxat viuerent, qui pro omnibus vnus caput suum morti obtulerat, cuius si sanguine redempti <sup>se esse</sup> recordarentur, nihil aliud velle, nihil moliri deberent, <sup>nihil licere cuperent, nisi</sup> quod illi libere intelligerent. Id adeo cum litteris, tum familiaribus colloquijs crebro praedicabat, omnesque ad illius officij integritatem haud segniter hortabatur. De hoc multa saepe numero percepit uelut, diuina bonitatis radijs precantis

Climachi de obedientia  
librum studiosè leuitat.

perent, nisi

animum



animum, sensusque egregio fulgore ferentibus. Cum enim in His-  
 panijs adhuc versaretur, oborta ei in medijs pietatis ardoribus tanta  
 lux est, tamque mirifica, ut præstantem huius virtutis gloriam cla-  
 rissimè cerneret, et velut oculis obiectam miraretur. Nam in  
 præaltam sibi urbem rapi videbatur, quæ viuis lapidibus diuina  
 voluntate quadratis fundata supra mortalia omnia, mundumque  
 surgebat, e cuius fastigio iucundissimus idemdem in subiectas val-  
 les, colliumque <sup>ac</sup> cacumina prospectus patebat. Huius incolæ  
 celestis amoris telis traieci nullam nisi in Deo vitam habebant,  
 à quo spiritum perpetua charitate ardentem hauriebant. Ceterum  
 præstantissimis cæli benigne influentis donis perfruentes libe-  
 rioris auræ, lucisque diuina beneficio, ut olim filij Israel in  
 terra Jessen, exultabant, cum reliqui interim mortales Egyp-  
 tiorum instar spissis obuduti tenebris vagi <sup>ac palabundi</sup> quæ cæcus voluntatis  
 impetus rapiebat, <sup>infelici libidine abducti sequerentur.</sup> ~~errantibus perambularent.~~ Cuius visionis spe-  
 cies in vultu hærens tantam repente voluptatem, sui que  
 amorem in ea excitauit, ut ab una illius, assiduaque con-  
 templatione animum suum possit abducere. Quo circa dolores,  
 ærumnas, angustias, reliquamque mortalitatis pensionem,  
 quæ naturæ debetur, nihil admodum formidabat: ac quoties  
 acerbioris alicuius casus imminentis mensio incidebat, hac vo-  
 luntatis diuina cogitatione omnem illius grauitatem exem-  
 plo obruebat. Hoc enim in omnibus corporis, animique affli-  
 tionibus exclamare semper solebat: O Rex æternæ quid ~~est~~ <sup>est</sup> Voluntas propria cum  
 ex - omnibus magis mihi est expetendum, quam ut suauissimum <sup>Diuina confirmatio.</sup>  
 voluntatis tuæ placitum expleatur? Quæ mentis ad diuinum  
 nutum accommodatio tam iucunda ei semper fuit, ut quam  
 eius lætitia careret, æternos se inferiorum cruciatus per-  
 ferre malle diceret. Itaque cum solum diuinum amorem  
 in consilium adhibebat, parum illi semper visum est, sangui-  
 nis quidquid in <sup>uenis</sup> vtris latebat, effundere. At verò cum per-  
 fectam voluntatis abdicationem illi adiungebat, nimirum maius  
 esse iudicabat studijs cum diuino nutu consentientibus eas tan-  
 tum afflictiones adsciscere, quas ille ab æterno definiisset.  
 Huius adeo affectus præstantiam è litteris quibusdam in



Hispaniam datis licet intelligere, in quibus cum ingentis persecutio-  
 nis occasione ad aliquem e familiaribus scriberet, sic ait: Quoties  
 diuina benignitatis fulgor animo meo oboritur, sui que amoris <sup>præstantes</sup> ~~præstantes~~ <sup>præstantes</sup> radios diffundit, nihil eiusmodi æriumnis maius esse  
 puto, aut eminentius. Sic enim optavi semper, ut hanc lu-  
 cis usuram, cælique conspectum mihi potius natura eriperet,  
 quam ut diuina gloria desim, eaque in me non compleatur,  
 cuius uno nomine beatissimum me esse arbitror. Quo circa  
 opportunum iam tempus votis meis faciendis obtrigisse gaudeo,  
 quando innumeros undequaque popas circumfundi video, qui  
 victimam ad destinatum iam pridem animo sacrificium ra-  
 piant. Ut felicium laborum, ac vigiliarum in meta iam pro-  
 pe stantium una superesse laurea videatur, quam à patibus,  
 ferro, saxisque ardentibus expecto. Apollonio quidem nuper  
 Saude multum ab hui, cum Sanctæ Crucis monumentum palam  
 in frequentissimo hæreticorum odio, iraque flagrantium cœtu ad-  
 rarem. Ceterum inter omnes immortalis gloria coronas  
 hæc una est præcipua, quæ diuina voluntatis nutu perfecto  
 comparatur. Hæc requies mea in seculum seculi, hui habi-  
 tabo, quoniam elegi eam. Atque hui quidem sufficeret  
 ostiolum aliquod apertum inuenire, in quouis sacerrimorum  
 vulnerum, quæ velut certum salutis perfrugium in rupe my-  
 stica Crux præcipua patent, in quod se ab hisce præsentium malo-  
 rum, vitæque mortalis tempestatibus subducant. Et horum  
 sanè affectuum excellens vis mirabiles in eius animo ad in-  
 uictam ærumnarum omnium tolerantiam motus concitauit.

Nam ad Crucis conspectum accerrimos semper Amoris sti-  
 mulos sentiebat ad imitandam Christi virtutem, eaque sub-  
 eunda, quæ in Martyrum tormentis, et Tyrannorum ma-  
 chinationibus esse possent maxima. Quæ cum à singulari  
 animi ardore maiora essent, quàm ut humana fragilitas pos-  
 set sustinere, sæpeque immodico pietatis impetu, ac cuncta  
 patiendi desiderio prouecta longius ea optaret, quæ nemo  
 unquam Christianorum pugilum pertulisset, una se Dei  
 voluntate consolabatur, <sup>dimissumque sustentabat.</sup> Itaque ex his cruciatibus, <sup>quibus</sup> agitari



solent, qui votorum suorum nullum possunt fructum consequi, quique  
 Sana vllum videbantur in Aloysie animo nisi optati consecutione  
 finem habituri, et ex illa identidem letitia, que ex conformitate  
 cum voluntate Dei proueniebat, tamquam e duobus extremis, que  
 omnimodam mixtionem refugere putantur, vnum saluiferum  
 alexipharmacum coalescebat, quo ea, que intellectus pie concepe-  
 rat, voluntas ad exactissimam virtutis normam dirigeret. Quam  
 ob rem desideria sua, omnesque functiones, ac vite munia ita An-  
 tistitum moderationi subijciebat, uti ab eorum nutu vel minimum  
 recedere maximè semper horuerit, vitæque perfectionem ce-  
 ce obedientie ratione metiretur. Et sane P. <sup>17</sup> Quedam pre-  
 stanti Religione virum, qui diu illi a confessionibus fuit, dicere  
 solitum accepimus, crescere cum difficultatibus illius obedientia,  
 neque metuendum esse, ne ob asperitatem rerum vnquam re-  
 languescat, sed ob aduersum diuina voluntatis nutum, cui om-  
 nia semper posthabebat.

Caput. 15<sup>m</sup>.  
 Zelus Honoris diuini, et Ani-  
 marum.

Id illi in omni semper actione fuit propositum, quo vitæ suæ, ac studiorum  
 omnium cursum dirigeret, quod est præstantissimum, maximèq;  
 pijs omnibus optabile, immortalis Dei Honor, et gloria, quam qui sec-  
 tantur, perfectæ virtutis officium explent, qui veri propagant, diuis  
 ipsis sunt comparandi. <sup>Id</sup> Hæc molienti, et improborum furoribus se-  
 pe, et obtreccionum tempestates fuere subeunda, quas illa con-  
 tempsit semper in eiusmodi operibus, cum eorum tanta sit am-  
 plitudo, ut ea agentem contumelijs, et maledictis onerari, non aliud  
 sit, quam perpetuis præconijs, laudibusque honorari. Ex hoc  
 genere quanta illi perferenda fuerint in omnibus vitæ parti-  
 bus, cum pari virtutis dignitate, et constantia mirabiliter  
 elucescunt



elucescunt, cum illud omnino persuasum haberet semper, non mi-  
 nus esse regium male audire, quam bene agere. Etenim in-  
 genti diuini Sonoris cesu percita ad martyrij palmam petendam  
 a patrio solo profecta, nihil est eorum, <sup>que</sup> ad egregiam illius propaga-  
 tionem uiuandam pertinent, quod non excelsis semper, ac con-  
 stanti iudicio ~~contempserit~~ <sup>perseuerit</sup>. Nec vero interim tanta dignitatis com-  
 paranda ardor ita occupatam habuit, ut non assidue homines a ma-  
 iorum, <sup>instituti</sup> ac religione abhorrentes, seuoque deprauatarum opinio-  
 num cesu fluctuantes sacrosanctis fidei mysterijs imbueret, pa-  
 riterque ad maiorem vite perfectionem prestantibus exemplis,  
 ac sermonibus inflammaret. Nimirum tantam animarum pre-  
 stantiam oculis intuebatur, quantam eam esse oportet, pro qua Dei  
 filius gloriam suam crucis opprobrijs exinanire, mortemque op-  
 petere equum putauit. Itaque intentis semper, et erecta ad  
 tuendum diuine gloria decus cum sepe persecutionis aleam su-  
 biret, bis carcere mactata, nullo discrimine, minisque terreni  
 potuit, quo minus in animarum salutem toto pectore incumbere-  
 ret. Quoties in puerorum greges ludo, ut fit, in plateis uasantiu,  
 uagorque passim cœlis incidere, lacrymas eorum calamitati so-  
 lebat effundere, querique quod <sup>tam infesta conditione nati, peius educati,</sup> ~~nati propter, ac demeritis~~  
 Deique odium immortale pro lacte sugentes impietate, ac flagitijs  
 ad manifestam perpetua calamitatis perniciem sapinarentur.  
 Ab his ueritatem, fideique, et numinis gloriam calcari, prius etiam  
 quam per ætatem calcare possent, nec illi se iniuria obuiamire,  
 tantamque ab omnibus cladem posse auertere <sup>intymis sensibus angebatur</sup> ~~reuerentem~~  
~~debat~~. Ergo in parentum amicitias opportunè insinuabat  
 sese, eosque obsequijs, et sermonis gratia demerebatur; pueros  
 munusculis permulcebat, et ad Christi amorem alliciebat, nihilq;  
 quo obseruantia, ardorque in religionem conflare poterat, pro-  
 lixa humanitate, ac liberali comitate prætermittebat. Vbi  
 uero in eorum sensus penitus irrepserat, cum demum sancti-  
 tate, morumque elegantia irretitos ad fidei cultum amplecten-  
 dum pertraheret, omnesque, si vite institutæ ratio patieba-  
 tur, e regno deportandos, et bonis artibus, ac præceptis in exte-  
 no solo erudiendos curabat. His officijs, simulque excellenti

Quos in plateis spectans  
 quid agere sceleret.



virtutis exemplo plurimos à patrijs erroribus reuocatos non ad Catho-  
 licum tantum dogma, sed religioſe quoque vitæ inſtitutum, rerumq;  
 mortalium deſpicientiam perduxit. Neque minor interim, cum  
 redeuntium à cathedra peſſentiae, templisq; ſuis viroſum, ~~non~~  
 ac mulierum agmen conſpiciebat, iſtius dolor exſtat, manantibus  
 identidem per ora lacrymis, nobilique ſuſpirio optantis anathema  
 eſſe pro omnibus, ac ſanguinem ſuum, caputq; pro eorum ſalu-  
 te deuocentis. Tanto animarum zelo, ac propagandæ reli-  
 gionis ardore deſtegrabat, uti hoc vno mortalia omnia, vitamq;  
 ipſam poſteriore duceret. Hoc omnibus votis expetebat, eodem  
 conato vniuerſos dirigebat, ut Dei Eccleſia pareret quampluri-  
 mos. Itaque cum aſperimarum rerum moribus plena eſſent om-  
 nia, et deſperatum quibusdam Martyrij decus, fruſtraque in An-  
 glia tempus extrahi videretur, nihilque non machinarentur, quo  
 eam inde euocarent, grauitè ſemper reſtitit, neque ſe à Dei  
 cultu auelli paſſa eſt, cui <sup>uni</sup> vno <sup>re</sup> dicauerat hoc arctiore fidei, et  
 deuotionis vinculo quam cæteri, quod clariffimè cognoſceret  
 ſuam illi pietatem, ſtudiumq; curæ eſſe. Itaque conſtitutum  
 ei erat, firmumq; ac certum, quod tempus vitæ reliquum na-  
 tura feciſet ad animarum conuerſionem, Deique immortalis ob-  
 ſequia conſtanter referre. Extat grauis illius ſuper hac re epi-  
 ſtola in ſunt modum: ſignificas mihi per litteras demirari te in  
 ſac hominum collauie vitam <sup>proteſtate</sup> ~~proteſtate~~ me abſque ſalubris poſſe;  
 cæterum hoc ipſo loco exturbandam breui iſtorum importunita-  
 te, et ſine ſolatio inter ærumnas, ac dolores deſtituendam.  
 Hæc mihi grauib; verbis oggeris, atque inculcas, prout ut per-  
 ſpectum mihi ſit, ac clariffimum nullam te illorum debitorum  
 partem animo complecti, quibus ego, tam eſſi prima in peccat-  
 torum tabulis cenſenda ſim, numini obſtructa teneor. Nimi-  
 rum id omne flagitijs meis, atque imperfectionibus eſt tribuen-  
 dum, qua hanc tantam, tamque immenſam in me diuinorum  
 munerum magnitudinem obſcurant, penitusque obliterant.  
 An exiſtimas me cum omnes mortalium rerum illecebras, glo-  
 riæque inſignia voluntatis mee ſponte repudiari, in diuina  
 perficienda, ignominia, dedecore, notis que <sup>in famia</sup> ~~in famia~~ poſſe terri?

Redeuntis à templo hereticos  
 cernens quid dixerit.

praesertim

+



Prosertim cum eiusmodi sit hoc institutum, ut in eo vberrimos salutis  
fructus sitos esse intelligam. Pericula, aerumnas, cruces, reliquosque  
terrores enumeras. Adde, si lubet, et teterimas difficultates,  
qua se plurima mihi certatim ex infestis amicorum complexibus  
eluctari cupienti obiecere, quos ego quantum diligam, vel me tacente  
potes intelligere. His perruptis tam segri, aut eneruato animo  
esse possim, ut illa multo leuissima pertimescam? Porro delibata  
magis, aut solitaria in vllis Candauia desertis esse potero, quam  
ego huc fui hactenus. Sed proprijs forte viribus nixam Hispaniam  
excessisse censes, neque molestias animo, aut labores tam longi,  
tamque periculosi itineris prouidisse, aut certe qua prouideram  
alto silentio inuitam sagaciter obruisse? Denique nullas fuisse  
exilimes cacodemonis insidias, eumque more suo, et qua vera esset  
pericula, et maiora veris ad creandas formidines, inceptumque di-  
sturbandum minimè obiecisse? At enim cecam sine vllò diuina  
lucis praesidio praeter numinis voluntatem solo effrenate pietatis ca-  
lore, atque impetu, incertaque animi cupiditate abreptam huius  
vite genus suscepisse arbitraris? Sic habeto, animum meum,  
si tam leuibus, fluxisque opibus fuisset innixus, iam pridem tot  
malis euictum terga difficultatibus, velaque pariter retro in Hi-  
spanias daturum fuisse. Equidem si eo calamitatis mihi est ve-  
niendum, ut occaecata mente non perspiciam, qua, quantaque  
par sit Dei causa perpeti, quem ego Sabeo authorem tran-  
quillitatis, ac consiliorum meorum ad spem verae immor-  
talitatis, nihil profecto fecero, licet omnia perferam, que ab  
irata tyrannide, furiisque excogitari possunt. Neque me  
quisquam ab hac animi Deo in omnibus constantem, fortiterque  
obsequi gerentis sententia diuellet unquam. Nola femi-  
nam valetudine, vel affectu, vel confecta, et nullà, <sup>loypore imbecillo</sup> ~~admodum~~  
et qd incommoda, iniquiusque necessitatis exorbendas parum confirmato; ad hac  
delicatam, et formidini, ceterisque malis ipsa sexus teme-  
ritate obnoxiam, denique tam obdiosam propria existimaz-  
tionis tuenda, quam reliqua mulieres esse consueuerunt.  
In hac tamen vrbe, uti in solitudine basilicis, ferisque imma-  
nibus circumsesta in humili domuncula inter incommoda, ve-  
rumque ad vitam tolerandam necessariorum inopiam



161

deserta alienam implorans opem, et ex incerta benevolentia pendens de-  
go, tantaque perfructu voluptate, quantam nemo facile aut excogitare  
possit, aut credere. Ita interim animo sum comparata in his locis,  
ac terris, ut peraeque res secundas, ~~atque~~ <sup>et</sup> aduersas perferre in pro-  
cliu mihi sit, atque extremae calamitatis aleam subire non recu-  
sem. Neque verò difficile mihi foret, siquidem eo necessitas ad-  
geret, luce crastina ~~stipem~~ <sup>ostiatim</sup> mendicare in ea vrbe, ubi pau-  
ca conspiciuntur aedes, quae non iprarum videantur furiarum, ac  
cacodemonum diuersoria. Neque dubitare unquam in animum  
induxi, vtrum ne in his consilijs sit digitus Dei, virtusque presen-  
tis numinis. Quia quidem ego freta nunquam curuabo con-  
stantiam, animique magnitudinem indignis terroribus, et si ad  
omnium subsidio, ac beneficentia delituar. Rapior enim in-  
credibili studio ad immortalis Lemnisi gloriam, quam in ma-  
nibus mihi iam certam habere videor, praestantibus numinis  
beneficijs, meoque voto inflammata. Etiamne prepotenti illi  
rerum omnium effectori, et rectori Deo difficile erit, quod de  
me statueret perficere? Porro si qualicumque ratione suam  
officijs meis voluntatem expleuerit, quid est omnino, quod  
animi mei laetitiam, ac quietem possit conuellerere? Agnosco  
anxiam amoris tui sollicitudinem, gratesque pro eo, ac par  
est Sabeo, quod me tantis benevolentiae pignoribus vltro de-  
uinciens asseris te, nisi Deus opem ex alto, suppetiusque  
ferret, comittere Soudquaquam posse, uti in hoc rerum statu  
vexares diutius. Et ea quidem, quae mihi accidunt incom-  
modè nimis sollicito, ac beneuolo oculo intueris; ceterum non  
perinde caelestium mecum gaudiorum voluptatem sensisti, qui-  
bus periculorum omnium, ac laborum sensum Deus obruit, quo-  
rum diuino illo iucunditatis fructu, ac laetitia, qui semel de-  
libuti sunt, minimè mirandum est, si ijs sordent ista omnia,  
quae vulgo habentur beatissima. Verum in communi illo bea-  
torum domicilio spero fore, ut uterque iuxta pari laetitia fruc-  
tu ex illo voluptatis torrence satiemur. Sed opus est per-  
magna diligentia, accerrimaque pietatis contentione, mihi  
crede, uti haec gaudia, ac honores prolixè nobis à Deo delatos,  
eaque quae immortalibus meritis proposita sunt praemia consequamur.



Neque enim sufficit moribus compositis, atque à vulgi con-  
suetudine abhorrentibus vivere, nisi vitam omnem in <sup>instabili</sup> verisq;  
numinis amore fundemus, cunctaque ritè ad honorem diuinum refe-  
ramus. Contubernales meæ gratias agunt pro ea beneficentia, quam  
aduersus eas declarasti, eisq; edixi, uti excellentis beneficij memo-  
res te, resque tuas serijs orationibus impendio superis commendent,  
id, quod et ego assidue agam, Deumque precabor, uti valetudinem  
tuam, ac salutem tueatur, quo diutius eximia illius virtute, ac  
Sumanitate frui omnes possint. Numerum earum ad Dei glo-  
riam augeri quam maxime peropto; nam id ad earum vberiore  
perfectionem pariter, ac pietatem redundare omnino persuasum  
habeo, uiperemque, si voto locus esset, uti hæc familia per omnes  
se Angliæ oras late propagaret. Hæc hætenus. Neque vero  
hæc illius in Angliâ mora morosa unquam, aut segnis fuit, atque  
à labore vacua. Nam occupata multorum obsequijs, atque  
amicitiâ inuenda Sumanitas plurimis familiaritatis illecebris  
mentis arcem suauiter expugnauit; et eos, quorum animi <sup>425</sup>  
nullis beneuolentiæ studijs infecti poterat, varijs artibus, ma-  
<sup>chimisque</sup> ~~minis~~ ad motus euiuit tamen. Itaque institores quidem  
mercium gratia adiens, aliud interim agens de Religione,  
deiq; Christiani hominis officijs admonebat, sensimque  
eos ad optatum finem perducens commercium Deo, ac cæli-  
tibus gratissimum fauebat. ~. ~. ~. ~. ~.

## Caput. 16<sup>m</sup>. Eucharistia veneratio, et desiderium

Immensa numinis charitas hæc minus in eius animo Eucha-  
ristiæ desiderium, atque amorem excitauit, quippe que perpe-  
ra illius præstantia diuorum absentium, cælique desiderium  
mitigaret, eoq; vno voluptates suas, ac beatitudinem metire-  
tur. Ergo in eiusmodi discipline seueritate cultioris vite



commodis abdicatis, suo tamen gaudio nunquam caruit. Si quando mentem suam oblectare cupiebat, eamque a tristoribus curis ad aliquam spiritualis letitiae iucunditatem reuocare, sciebat non ex omni fonte voluptates sauriri, ad illam accedebat, cuius aqua perpetui immortalis vitae blanditijs <sup>ac gratia muneribus</sup> ~~scaturiunt~~. Cuius quidem adeo ingenti ardore incensa rapietur, ut in illo unico conquiesceret, eoque carere non magis, quam communi spiritu, lucisq; uisura posse videretur. Itaque percontanti cuidam e contubernaliibus lectissima, qua Palenciae modo sacrarum Virginum caeterum summa cum prudentia, ac virtutis laude moderatur, quid esset, quod adeo immodicis, infinita cupiditatis, igniculis incenderetur, atque eiusmodi mysterijs tantopere afficeretur, ut ne ad diem quidem eorum <sup>tanta</sup> tamque exoptata voluptate privari posset, respondit in hunc modum: si situm ante oculos diuinae Eucharistiae pignus <sup>contendenti</sup> ~~in~~ aditusque ad eam <sup>in</sup> innumeris mueronibus, telisque esset obreptus, nullum tamen intercedere more spatium <sup>comis: utam</sup> ~~patere~~, quo minus eo <sup>sese</sup> ~~more~~, aditum reciperet, corpusq; dardentissimo illius amore in omnes telorum aculeos, cuspidisque indueretur. Constat eam omnibus omnino diebus sacra Synaxi fuisse recreatam, si vnus, aut alter excipiat. Dum iter per Galliam faceret carendum ea semel fuit illo in loco, qui minore populi frequentia, caeteraque colebatur. Itaque tantum ex ea re maiorem saurire, ut ad <sup>eum</sup> ~~ab~~stergendum non ad Sequana tantum, sed <sup>nisi</sup> ~~quasi~~ fontes Eucharistiam querere, si quidem inueniri potuisset, sibi in animo fuisse diceret, eoque ire, quo ne Cambyses potuit peruenire, neque missitare quemquam orbis vniuersi perambulator pariter, ac domitor Macedo precipiti mortalis gloria ambitione conitatus. Ita enim percussa erat animo, itaque illi hic locus Eucharistiae ornamento spoliatus sordere videbatur, uti vastissima solitudinis speciem animo conciperet. Quam ob rem quod Gymnosophista veteres a prima luce ad usque noctis tenebrae solem defixis oculis intuebantur, neque illius conspectu satuari unquam poterant, <sup>siquidem</sup> ~~quod~~ in eo nouum semper aliquid cernendum occurrere dicerent, quod miranter mirarentur; nihil mirum est, si ad conspicandum solem Iustitiae in Sacra ~~est~~ <sup>est</sup> summa Eucharistia

Eucharistia praebans desiderium.

ristia



50  
vires micantem tanto studio ferretur Aloysia, quae novos semper  
gratiarum radios inde effulgentes non videbat modo, sed in pectus  
quoque suum transfundi perpetua numinis benignitate sentiebat.  
Eos <sup>vero</sup> ~~parvo~~ ut exciperet, binis semper a sacra refectioe horis  
mentem seuocabat, pijsque inter precandum desiderijs certa-  
tim erumpentibus cordis angustias laxabat. Porro Eucharis-  
ticae sapor omnium deliciarum capax mortalis cibi desiderium,  
carnisque praesertim a palato multum depulerat, nihilque in  
cibo delectationis inesse patiebatur, prorsus ut salutaris Do-  
mini calix Chycorij fontis vicem implere videretur, cuius  
laxer haustus meri falbidum a veteribus inducere memo-  
ratur. Carne imprimis abstinere illis diebus solebat, quod  
apud Marchionem degenti in magna dapum affluentia citra  
notam facere erat perdifficile. Neque vero dicendum est  
quandam virtutum omnium, ac tolerantiae imprimis, cuiusque  
perferenda ardore libati synaxeos mysterijs inflammata  
fuerit, nisi faunis forte, qui vim ignis nesciant, illudque  
ignorent, quanta rapiditate, ac impetu obuia quaque ad  
flagrandum idonea consumat calor. Cum enim pectus  
inexplebili eius cupiditate, studijque religionis esset sut-  
censum, simulque superueniret ignis ille consumens,  
quid omnino reliquum erat, nisi ut arderet? Certè  
exultare sibi cor illo tempore solitum de se ipsa scribebat,  
maximisque desiderijs, quae corpore, ac medullis includi  
Saudquaquam poterant, luctantibus emicare, ut vis etiã  
coercendae laetitiae, animique feruoribus moderandis esset  
adhibenda? Neque aliter se tunc oblati per imaginem,  
quae plurimae occurrebant, patiendi occasionibus moueri  
dicebat, quam Elephantos obiecto oculis panno purpureo.  
Cumque fragilitatis humanae memoria subiret idemdem,  
atque animo reputaret, quantum inter affectum, et effec-  
tum interesset, tantum ille crescebat impetus, ut nisi ar-  
bitrij in diuinae bonitatis manibus resignatio inhibuisset,  
Saud dubio ardore in media arma, et saeuitia procellos  
volentem rapturus videretur. Una inter haec cogitatione  
afflictaur

Animi post synaxim  
recollitur.

Diebus communionis carne  
abstinet. ~

Affectus Eucharisticae  
libatione orientes.



afficiatur imprimis, cuius luce aborta delicia in Deum amoris, atque  
 observantia praestantiam cernebat, cum in ea fulgentem maiestate  
 illum conciperet, qua se Moysi olim aperuit dicens: Ego sum, qui sum;  
 quae secum tacita sub hoc tempore meditatione percolentem tanta  
 semper admiratio, ac veneratio inuasit, ut cum de Sacrificiis, praes-  
 tando cogitaret, dignum nihil praeter vitam unicam esse cense-  
 ret. Per vigiliae cena Dominica, quod ab insigni Eucharistia  
 instituta gaudio, ac voluptate solemnibus monumentis magna,  
 ac praestanti prorum omnium Religione celebratur, ante aram  
 sua noctem in precibus insomnem ducebat; id quae ob diuersam  
 temporum rationem, legat novam, Anglis veterem sequenti-  
 bus, nova semper pietate bis in anno facitabat, omnibus orna-  
 mentis cumulatis, quibus singularem aduersus praecipuam fidei,  
 atque amoris diuini monumentum religionem in medio na-  
 tionis prauae luculentè declararet. Neque gaudis modera-  
 ri his temporibus poterat, quibus fontes Saluatoris solenni  
 benignitate cunctis aperti uberrimis donis redundarent.

Tria censebat summa in Anglia, quibus sibi commune mor-  
 tali felicitatis fatigium excessisse videbatur, eoque nomine *Gratias Deo de tribus*  
 perpetuis se gratiarum vinculis constrictam fatebatur. Ac *potissimum agebat.*  
 primum quidem erat diuina voluntatis, qua nihil unquam  
 sanctius, aut religiosius Sabuit, nulus exactè observatus.

Alterum quod nunquam in tantis regni tempestatibus mo-  
 deratore caruisset, cuius ductu in illa caligine, fluctibusq;  
 regeretur. Postremum, idque imprimis iucundum, atque  
 acceptum, quod in eiusmodi locis nunquam sanctifica  
 Sophia beneficio caruisset, nisi eo die, quo in terram ex-  
 scenderat. Quo quidem Dei tam singulari, magnoque  
 munere perfrui non minus erat delectabile, quam priuari  
 acerbum. Ad adeo clavis ipsa verbis expressit, cum in hoc  
 eam articulo semel infelix fortuna deprehendisset: Quo  
 inquit, flagitio fieri credam, ut eo me bono delatuet Deus,  
 sine quo viuere omnino non possum? unum sanè e' duo-  
 bus subeundum mihi necessarius esse sentio; vel enim cum  
 maerore intolerabili vita inuita duenda est, quod quo  
 fieri



feri modo possit Saepe satis dispicio; vel abigenda est illa ab  
animo tristitia, quod quidem pro insigni poena mihi erit, quan-  
do graue mihi est sine illo omne solatium; neque aliam spem  
vllam Saepe reliquam acerbissimi huius, quo in vita detineor,  
temporis cum aliquo maestitia lenimine traducendi, nisi hoc  
aut cupiditati meae, aut benignitati suae tribuat Deus, vt me  
veteri beneficio confirmandum stabuat. Itaque Saepe sola  
mihi consolatio superest, speranti fore, vt vel Saepe seum  
mihi lucis usuram eripiat, vel certe vt gratiam suam, ac  
volutatem presentem de more indulgeat. Caterum ei tan-  
ti desiderijs aestuanti, cum et vitam, et iucunditatem omnem  
Eucharistiae posthaberet, Deus non defuit, quo minus eam  
quotidie caelestibus epulis splendidissime pascendo veteres  
pietatis thesauros, opesque gratiae ad solitam animi tran-  
quillitatem, ac laetitiam reuocaret. ~. ~. ~. ~.

## Caput 17<sup>m</sup>

# De Prudentia, et circum- spectione animi

Quod in cano rerum diuinarum ardore, ac Religionis  
aetho praecellam excellentis prudentiae laudem, famamque  
sagacis ingenij tulit, quo sapienter circumlatis in omnem  
partem oculis res difficillimas sine vlla offensione, <sup>secundo semper</sup> euentu  
moliebatur. Quotiescumque enim animarum inclinita-  
tem, Deique immortalis gloriam haereticorum contumelijs im-  
petitam laborare cernebat, sedulo vndique subsidia com-  
parabat, quibus communem salutem aduersus imminentes  
tempestates tueretur. Itaque cum Legationis Anglicanae  
munus patri a quibusdam destinatum intelligeret, grauiter  
de huiusmodi prouinciae magnitudine in Hispaniam scrip-  
sit; quippe cum Saepequaquam ignoraret exitiosam esse imprimi



secundae Religionis propagationi rerum gerendarum imperitiam, neque  
 accidere, ut leue aliqui iniuria delictum graue multis incommodum,  
 clademque Ecclesiae irreparabilem afferat. Aduersus haec pericula  
 legatos per litteras singularibus documentis instruebat, eaque illis  
 suggererat, quae cum eximia animi circumspectione, tum oratione pra-  
 cipue, crebrique cum Deo sermonibus acceperat. Ea cum ab illis, ad  
 quem scripta erant, ob incredibilem rerum praestantiam Principibus  
 praecipua dignitate pollentibus ostensa essent, Regique ab illis idem  
 tadem communicata magna omnes admiratione perfuderunt. *Prudencia illius eximia*  
 Quapropter euntibus in Angliam legato ea tradi placuit pro filo Ariad-  
 nes, quo se ille in arduo Praefectura munere, vastoque afferen-  
 tium se undique molestiarum, ac malorum labyrintho dirigeret,  
 resque Catholicas felicibus auspicijs explicaret. D. Hernandus  
 Spinosa spectata fide, ac virtute vir, summaque Religionis lau-  
 de praestantissimus mirari solebat mirificam eius in spirituali-  
 bus rebus meritis conquirendis prudentiam, paremque se vi-  
 disse, atque etiam legisse assererat neminem, quae cum illa  
 ardore pietatis, animique attentione ad omnes bene agendi  
 occasionem venandas incredibili posset comparari. Otrium enim,  
 si quod studiose vigilanti, et ad immortalis gloriae, summaeque  
 perfectionis decus usquequaque excubanti, ab assiduis animi  
 commentationibus supererat, spiritualibus colloquijs ita arden-  
 ter traducebat, ut nihil nisi virtutem, numenque quoddam Spi-  
 rare videretur. Neque nihil omnino vidit ~~Mirandus~~ <sup>Regius Alma</sup>  
 canus, perspicaci ingenio, parique pietate praeditus, qui non nobilita-  
 tis tantum egregia, sed sanctitatis nomen, laudemque pra-  
 cellenti virtute obtinuit. Is ergo eulogia ipsius in Princi-  
 pum caetu, grauisimorumque virorum corona depraedicare  
 solitus hoc in praecipuis exultat, eamque Virginem dictis, factis,  
 sapientem esse, et vna de numero prudentum non specioso  
 magis, quam vero praecorio asseruit. <sup>quippe quae autem peritus a studijs rerum humanarum</sup> Neque eam perom-  
 nes aetatis gradus regie institutionis praecipis summa cura <sup>ca contemneret sapientissima,</sup>  
 excoltam, ac perpolitam, quin in egregia sapientia, ac <sup>quae ceteri admirantur, mer-</sup>  
 sagacitatis studium incumberet, praecelara pietas destituit. <sup>temque totam, ac cogitationes</sup>  
 Ab adulescentia enim in omni actionum tenore tam <sup>omnes assidue in unius virtutis</sup>  
 praestantiss

canus

+

praestantiss



prestantis semper animi specimen dedit, ut eius solertiam à natura  
Saultam multis sanctimonia presidij, diuorumque exemplis con-  
firmaret. In omnibus porro consilij ea erat mentis celsitudine, ut  
mortalia cuncta despiceret, solis que Dei nutibus intentata tantopere  
illius sapientia nitebatur, ut in ea dumtaxat Sumana prudentie  
ope submota cuncta reponeret. Quod quia capere quidam non sa-  
tis poterant, Somines minimè mali, ceterum ex consilij Sumanis  
anxiè pendentes, imprudentia eam nomine damnarunt aliquan-  
do. At illa nihilo segnius incepta urgebat, et sapienter insipi-  
ens, qua stulta hominibus videbantur, cum prestanti virtutis lau-  
de, prudentiaque perficiebat. Itaque ab excelso mentis vigore,  
gratiaque celestis præconijs celebrata, sagacis consilij fama,  
studijque ad salutem omnium iuuandam, Deique honorem  
propagandum incredibili mortalium animos breui impleuit.

Consilia eius ab omnibus  
studiosè expecta.

Nulla prope res erat grauior, quam non cum ea communicatam  
vellent rebus <sup>incertis</sup> intentis, ac inuolutis moderationem, presidiumque  
petentes. Quod ipsi quidem perquam incommodè cecidit qui-  
ritanti quietem suam, sacrumque mentis otium interpellari,  
ijsque rebus potissimum infestari, quas maximè in omnibus  
vitæ partibus fugiendas censuisset. Sed nimirum priuatae  
pietatis dispendium luculentè oberrimis consiliorum suorum  
fructibus pensabat. Etenim reconditum ei erat in penitiori-  
bus mentis ad <sup>ipsi</sup> sacra prudentia decretum in quaouis re que-  
sitis occasionibus virtutis aliquid allinere, omnesque ad Dei  
amorem, vitæque exactam perfectionem ardentè inflama-  
re. Quo in genere fuit illud Turanij cuiusdam oppidi  
negotium, cui ipsa quidem Madriti in magna vitæ sollicitudine  
inter infestas occupationes perpetuis litium tempestatibus flui-  
tanti, post reliqua omnia id consilij dedit, nullum ut templum  
præteriret unquam, ad quod non è via deflecteret, sacrumque  
Eucharistia pignus impensè adoraret, à qua certum rebus  
suis præsidium, opemque ad futuram speraret. Si vero ut  
ingens est ea in vrbe templorum omnibus passim plateis  
fulgentium multitudo, cura id graues fieri Saud pateren-  
tur aliquando, ceteraque negotiorum præcepti, ac necessariis

abriperetur.



abripere, septies sanè id interdum facere ne pratermitteret.  
 Quique erat ardor animi, ubi de his mysterijs agebatur, ex ore,  
 oculisque amicans præclarus, pondusque verborum, nunquam  
 desuit tam sanctis hortationibus suadela, quam in labris eius  
 sesitare. dicitabant omnes, eiusque mirificam in colloquijs  
 vim, roburque diuinam sustinere. Gaudiquaquam poterant.  
 Denique ex Hispanijs consilia ab ea semper de grauissimis re-  
 bus pecebantur, quæ cum in Anglia versaretur, per litteras  
 quoque reddebantur omnino litteris dignissima, nisi deuota  
 silentio, ac de arcanis curarum penitiorum mysterijs essent.

Caput 18<sup>m</sup>

Domestica illius in Anglia  
 ~ vita institutum. ~

Neque suos dumtaxat mores è virtute fingere, et ad re-  
 ligionis normam dirigere, sed alienos quoque corrigere om-  
 ni opere studioque nitabatur. Itaque ubi iam aliquas soli-  
 uagæ vite candidatas ad contubernium suum, familiamq;  
 adiunxerat, viuendi communia hæc illis ferè præcepta sum-  
 ma plena pietatis tradidit, peculiari instituto ad honestissimam,  
 ac integerrimam vite rationem conscripta, admodum salubri, ac  
 præstanti temperamento, ut cum in deuotione, ac præcel-  
 lentia actionum omnium vnum sacratæ religionis no-  
 men egregiè tueri vellet, in iudicijs tamen virginibus,  
 atque eiusmodi officijs exiguis, aut nullo adhuc usu a pue-  
 ris excelso mentis ardore rem arduam auspiciantibus sup-  
 pullantis primum, teneræque pietatis nequaquam obliuiscere-  
 tur. Præceptum hæc ferè erat summa: Mane ubi primum  
 status temporibus è somno euigila sent, horam precationi  
 tri buerent, eamque rebus diuinis, ac immortalibus pro ratione

vite præcepta, qua lenti-  
 ternalibus præscripserit.



officium diuinum statis  
temporibus legunt. ~

Silentium perpetuum.

temporum variatis, sedula attentione consecrarent. Exinde  
ad solemne Ecclesie officium, horasque canonicas percurreren-  
das non interruptis mentis studiis pietatem transferrent.

Ab his ad praescriptos labores, opusque consuetum conuersae  
procul esse ceteriam iuberent, silentiumque studiosè cole-  
rent, usque dum signo dato diuinis sermonibus, colloquijsq;  
spiritualibus freno laxare permitterentur. Denique lucem  
totam inter opera tacitam traducerent, reique apud  
Somines leuissima grauissimam apud Deum penam propo-  
sitam scirent, atque actiones interim omnes orationi-  
bus pijs assidue aspergerent, Deoque acceptas redderent.

Crescente porro die, qui in consentanea tempora diuisus erat  
precibusque destinatus, <sup>Liturgye sacrosanctis mysterijs fruebantur.</sup> ~~pari officij diuini debito celebrabatur.~~

Quarta Sora pari, quae undecimam antecedit, diuisiua  
sedulo menti dabatur, ut si usquam ex praeteritarum actio-  
num pubere aliquam delicti labem collegissent, diligenti stu-  
dio excuterent, curamque subinde ad praecleara virtutum  
studia renouarent. Undecima pascento corpori tribueba-  
tur ea moderatione, qua cum Virginum sacrarum tempe-  
rantia, ac religione posset contendere. Neque alter inte-  
rim hospes diuinius, quem praecipua semper libertate  
liberalitate, atque omnis lauitia munificencia pasce-  
re satagebat, de mensa suo priuabatur. Toto quippe  
mensa tempore rei sacra legebantur, quibus mens ad  
perpetuum virtutis incrementum pie, ac iucunde sagina-  
batur. Fame cum dapibus sublata post altas ritè nu-  
mini grates, memor quantum quiete vigeret animus,  
quantumque virium Somnibus ad novas contentiones  
remissio ab assiduis operibus suggeret, exiguum tempo-  
ris spatium laxando mutuis colloquijs genio ad aliquid  
exantlati laboris diuerticulum permiserat. Cam tamen  
ad amoeniores de rebus diuinis sermones referri erat  
neceffe, nequid e conceptu, dici totius ardore deperde-  
retur. Religiosè septis semper suis inclusa tenebantur,  
ysque pedem absque potestate moderatricis accepta offerre

erat



erat nefas, nequid sordium, ceniue ex vulgi consuetudine, rerumq;  
 mortalium usu animo aspergerent. Neque vero statæ acer-  
 bitates, pœnaque deerant, quæ omnium mentes salubri re-  
 ueritate exactæ semper sui custodia intentas intra officij fi-  
 nes continerent. Sextis hebdomadæ ferijs vnaquaque imper-  
 fectiones suas, animique in obsequijs diuinis remissionem,  
 si qua extitisset, in frequenti altaniam corona euulgabat.  
 Ac altera subinde, cui id erat commissum, facta sibi à  
 superiore potestate si quid ab ea Obrepente animo obli-  
 uione prætermisissim, aut etiam caligante ad propria ob-  
 tutu neglectum, aliunde fuisset obseruatum, identidem me-  
 morabat, acribusque verbis, atque auuleau sermone per-  
 stringebat. Itaque ubi è densa iam veteris vitæ caligi-  
 ne, cœaque nocte emersa ad arctioris disciplinae lumen  
 aperuere oculos, aciemque per obscuros anima recessus  
 circumtulère, quidquid in progressu spiritali obstabat in-  
 genti mentis candore, panique frontis rubore detegentes  
 ad egregium perfectioris vitæ, virtutumque fastigium gras-  
 sabantur. Post hæc vespertinum officium, ac solemnes  
 de Christi nece, ac cruciatibus preces sequebantur,  
 quas interim sequentibus continuo tenore obsequijs cœle-  
 stium rerum tacita contemplatio excipiebat. Illud  
 postremo exacto imprimis studio cauebatur, ne quid per  
 incuriam, aut iniuriam temporis elaberetur, quod non  
 omne pietas, animique collectio, ac tranquillitas ven-  
 dicaret. Sub noctem insequentis diei preces horaria  
 recitabantur, ac reliquum subinde tempus factis diei  
 euentilandis impigre semper impendebatur. Tres  
 hebdomadæ dies prænitentiæ dicata erant, quibus  
 immitti, asperoque flagello in corpus suum acriter om-  
 nes, præque sauebant. Fiebat id ferijs singulis alter-  
 no sibi ordine succedentibus, exceptis interim dominicis  
 diebus, ac festis solemnioribus, quorum non minima in  
 hoc genere sita erat celebritas. Reliqua erant ea,  
 quæ præstantem religiosæ vitæ disciplinam, atque

Oratorum publica reprehensio

Officia



officia cumulare, nihilque ad omnem laudem exsaurien-  
 dam relinquerent aliud, quam uti voto obstringerentur.  
 Ceterum horum integram, atque absolutam observantiam A-  
 loysia non exigebat magis, quam præstabat. Nimirum sci-  
 ebat imperantem in summo rerum falagio parentis, ac ministrantis vi-  
 ces esse subeundas, omnesque præcunctis exemplo ad res gerendas  
 maiorem in modum permoueri. Itaque ad humilitatis ministe-  
 ria incenso studio rapiebatur, et ut erat diuina gratia apprimè  
 nobilis, excelsæque virtutis, induxit animum quammaxima  
 se alacritate, ac studio diuina gloriæ in abiectissimis omnibus  
 mancipare. Eundem ardorem ad altissima quoque, ~~et~~ <sup>et</sup> ~~in~~ <sup>in</sup>  
 nique acceptissima nitendi expetebat in huiusmodi institu-  
 ti clientibus excellere, quas admonebat gnauiter, ut in  
 Dei charitate, solidaeque virtutis ardore ad egregios, solici-  
 dosque processus in omni perfectionis genere consequendos  
 plurimum reponerent. Cumque eiusmodi disciplinam  
 ad salutem, atque utilitatem populi, et ad splendorem Ec-  
 clesie, Religionisque dignitatem pertinere censeret, vr-  
 gebat diligenter, multasque ad eam sectandam permo-  
 uebat, quæ perpetue postmodum perfectioni, ac castimo-  
 niæ sese consecrarent, vel idoneam vitam è prescripte  
 ~ norma ratione traducerent. ~

## Caput 19<sup>m</sup>

### De Forma corporis, & Statura

Optimè olim dixit mortalium omnium pessimus Iulianus  
 turpe esse sapienti cum animū habeat, aucupari laudes à cor-  
 pore. <sup>hoc, quod et hoc quidem</sup> Et illud quidem, <sup>despicatissimum semper, ac neglectissimū</sup>  
 fuit Aloysia, <sup>quod haud aliter aspiciat, semper</sup> inquit illud <sup>abiecit</sup> <sup>sequebatur</sup> <sup>abiecit</sup> <sup>sequebatur</sup> <sup>abiecit</sup> <sup>sequebatur</sup> <sup>abiecit</sup> <sup>sequebatur</sup>  
 quam mancipium omnibus contumelijs,



iniurijsque propositum. Sed tamen licet ex animo solo veras Sanctimoniam laudes captandas sibi semper esse censuit, in cuius unius cultu omne studium, operamque, ac sollicitudinem ab ineunte aetate posuerat, nobis non est fraudandus praecursorum parte debita animi comes, qui ut in omnibus laboribus, ac penititudinis ministerijs strenuus fuit, ac sedulus: ita suam quoque honorem, ac decus à Deo maximo sibi consequatur. Quam obrem cum eas virtutes descripserimus, quibus inter Somines praecellenti integritatis laude clara fuit, ac spectabilis, animique formam dederimus, sua quoque corpori ad extremum nequaquam est deneganda. Auenimus enim Somines virtute, gloriaque pollentes de vultu familiariter cognoscere, siquidem eorum facta haud paulo facilius recordantium animis solent occurrere, si ora ipsa, speciesque, ac corporis lineamenta suis coloribus ad intuendum apte expressa oculis subjiciantur. Pars igitur diversorium sibi delegit animus, corpusque, in quo tanta virtutis magnitudo, ac constantia habitaret, aliam, et excelsum; ceterum id effrenata disciplina severitas assidui mortificationis laboribus curvauerat. Facies erat oblonga, ac strigosa, venerabili ad gloriam, atque honestatem patente vultu, frons lata, et exhorreata comis decenter recedentibus, supercilia nulla arua figura flexa; ad sacri oculi glauci, ac praestantes ad venerandam modestiam os illud pusillum, ac decens nativis pigmentis leuiter labra tingentibus effingebant. Cetera candor occupabat, sed viuax, et vegetus raro interim rubore leue internitentis ostri deus genis parte inspergente. Nasus à medio clementer assurgens ad leuem venustatis iniuriam plus nimio aquilae Sabens reliquam formam sacid nihil deformare est visus, sed honeste, uti omne probrum testatissimis prudentia, ac magnitudinis animi symbolis obscuraretur. Crines habebat subflaues, qui proluxa caesarie totum sedentis corpus, non cervicem tantum inumbrabant. Ceterum illos mutatis vitae rationibus cum reliquo principali vitae splendore,

Forma eius, et effigies.

atque



atque ornamentis posuit. valetudine Sanae quaquam satis com-  
moda utebatur, quam à primis annis oppido teneram, atque  
obnoxiam ~~in teneram à personis raris~~ diuina pietas immo-  
dicis cruenta austeritatis studijs deiecit, penitusque pessum-  
dedit. Quippe his velut seminibus iactis funesta morbo-  
rum seges, ac copia pullulauit, qui per omne vitæ tempus  
gravi ægitudine exercitum Sabuerunt. In reliquis præci-  
pua fuit cordis assiduis doloribus, grauique inedia contrac-  
ti palpitatio; quæ tamen de tolerantia dignitate nihil un-  
quam detraxit. Ad moti quippe terrores, vinculaque, et  
reliqua scæuitia<sup>ac</sup> comminationes, furorque persequentium  
illius angustias explicabant, magnoque Dei amore dilatatum  
tormentorum, ac martyrij capax reddiderant. Amictus  
vilis erat, et obsoletus, qualis sanctimonialium esse consue-  
uit, exiguo admodum schematis discrimine utrinque inter-  
cedente. Nam cum in Angliam proficisceretur, obuiam  
in via non pauci ex earum numero censuere, quæ perpe-  
tuum virginittatis decus <sup>deo</sup> sacrarunt, cultus similitudine  
decepti; neque in ipsa Anglia defuere, qui eadem opinio-  
ne irretiti tenerentur, cuius <sup>inimicum</sup> haud ~~ultimum~~ argumen-  
tum attulere, quam velutis insolentiam à vulgo Somnium  
discrepantis. Atque hæc sunt hactenus, quæ de corporis  
forma, atque effigie calamo licuerunt. Cæterum ne  
penicillo amplius aliquid permitteretur, ad ipsam veritatē  
additis coloribus animo, oculisque cernentium planius  
subijciendam effecit illius demissio, studiumque Similita-  
tis perpetuum; quippe cum mallet expressam sui eximij  
virtutibus in omnium mentibus, quam tabulis imaginem  
relinquere; quando indignum videbatur corporis formam,  
quod animi sepulchrum esse constat, posteriorum ingenij,  
ac cogitationibus representari. Itaque cum omnem, et  
vel leuissimam rerum mortalium inanitatem constan-  
ter aspernaretur; cessit tamen aliquando illius auctori-  
tate, ac imperio subacta, cuius arbitrio, ac auspicijs om-  
nes vitæ suæ rationes commiserat; sed sero tamen.

Ægitudinum plurimarum in-  
comodis semper fuit afflictata.

Nam



Nam extincta breui<sup>post</sup> tempore pictorum operam, ac conatus inter-  
 ruptis laboribus elusit. Extant aliqua Madriti<sup>et alibi</sup> tabella, quae  
 illius effigiem ab obliuione asserere studuerunt, sed Saepe quam  
 felici euentu; siquidem post mortem demum efficta haud qua-  
 quam absolutam, ac genuinam uiuentis similitudinem praeferrunt.  
 Ceterum extinctam, et consepultam exterioris figura Senorem,  
 interioris monumenta posteritati<sup>relicta</sup> compensant, quae ne eadem  
 quoque, ut nobis lethi iniuria exigeret, hactenus exposita in  
 hoc libro, quasi per rimulas intuentia dedimus. Expressas in  
 ea quidam suspexere Christiana fortitudinis notas, animumque  
 excelsum, et in caelo semper habitantem. Alij eam,  
 quam Christi imaginem plerique, Macarius Christianorum,  
 omnes electorum formam putant, singularem, ac profundam  
 humilitatem. Uniuersi denique mortales pietatis stu-  
 dijs dediti claram, ac testatam uirtutem in vultu, oculisque  
 diuinae gratiae penicillo ad viuum expressam coluere.  
 Ceterum ipsa non Pictori dumtaxat, sed scriptori quoque  
 suam formam inuidit, et praecipuum ipsius uirtutis deco-  
 rem in intimis animi recessibus reconditum Sabuit, eumque  
 incredibili perpetuae abiectiois studio celauit. &c. &c. &c.

Effigiem pictorum pigmentis  
 obnoxiam auerituri.

Caput. 20<sup>m</sup>.  
 Angliae conuersionem  
 quanto ardore  
 expetierit ~

Haud facile memorari potest quantope<sup>re</sup> illa in singulo-  
 rum salutem tuendam, illosque tam late diffusos schismatis  
 errores euellendos intenta semper fuerit, quantoque studio  
 bene de republica Christiana mereri, eamque infelissimis  
 temporibus labefactatam, ac conuulsam confirmare nite-  
 retur



Zelus eius ad Angliæ con-  
uersionem admirabilis.

retur. Hac sollicitudo eam perpulit, ut cum aperto capitis peri-  
culo palantes animas ad rectam perfectionis iter contempta morte  
perduceret, Angliamque vniuersam nefarijs pestilentissimarum  
Sacerum erroribus, atque illa religionis labe liberaret. Neque  
verò curare desistit omni ratione, ut quam plurimi in agrum  
tam amplum longa iam schismatum, atque inueterata im-  
pietatis iniuriâ siluescentem communi studio excolendum,  
satisque celestis doctrina spargendos operarij mitterentur.  
Industria enim illius, ac munificentia affectum est primum,  
ut domus Tyrouinij Anglicani erigeretur, in qua Societatis  
Iesv candidati ad perpetuum regni presidium, ac salutem  
alerentur, præceptisque sanctioris instituti imbuerentur, do-  
ner egregia Religionis lorica, armisque pietatis instructi  
idonei essent, qui fracta impiorum præuitate primæuam in  
Anglia Ecclesia integritatem, et in primæua integritate  
summam sanctitatem restituerent. Intelligebat enim  
quantum ea res ad Dei gloriam momenti esset allatura,  
atque ideo cum suas ipsa vires in ea curanda consumpsis-  
set, non desistit alios quoque, quorum in eodem genere  
præclarè excurrere posset benignitas, ad eximia laudis  
studium excitare. Præterea in iuuandis miseris operam se-  
dulo collocabat omnia sustinens propter Electos, ut et ipsi  
quoque salutem cum immortalis gloriæ præmijs coniuncta  
assequerentur. Legem enim sibi perennis beneficentiæ, ac  
misericordiæ tulerat, qua quidem abstrictam teneri beatis-  
simum rata omnes pietate sua, donis que, et subsidio pro-  
tegebat. Quapropter egros, vinetosque assidue <sup>adibat</sup> vineta  
ipsa in Domino charitatis vinculis, neque vllis minimis de-  
terreretur, quominus aut eorum se circulis insereret,  
et alios ad Christianam fortitudinem, laudemque martyrij,  
alios ad auitam religionem amplectendam, alios ad beatè  
uiuendi officia, et virtutis capebenda studium non nihil  
torpentes hortaretur, aut missis occulte præidijs, rebusque  
opportunitis succurreret. Hoc enim in se habebat excellens  
eius animus, veluti cum mulatâ, glenaque inuicta virtutis  
Laude



Lassesceret

Laude inelytus, ut nunquam aut beneficiendo ~~Lassesceret~~, aut male  
paciendo frangeretur. Neque erat in reliquis diuina consolationis  
iucunditatibus vlla maior, quam quod animarum saluti operari pos-  
set, tantumque Dei munus in primis Sonoribus numerabat.

Quam obrem de Sac re ad religiosum Sominem scripsit aliquando,  
~~Deique~~ ad id impellentis voluntatem, numenque praesens explicans  
in hunc modum: Ut enim reliqua praetermittam, quibus verbis  
complexi diuini beneficij praestantiam potero, quod in hoc ipso  
negotio intentionem tam sinceram, tamque indubiam, ac per-  
petuam affectuum meorum directionem a primo inde usque die  
ad hodiernum praebuerit, tanta cum benignitate, ac perspicuitate,  
ut facile se eorum verum Saut ambigendum prodat authorem.  
Nimirum Semen suum in pectore sparsit excolto, atque ad caelestes  
satus accipiendos multo ante varijs non vulgarij mortificationum,  
et lacrymarum exercitijs preparato. Ad Sac permagnis patien-  
di occasionibus ab anno aetatis quarto supra decimum ad usque octa-  
uum, cum huius desiderij semen in germen, et florem valide  
se induit, ac deinde per multos annos ijsdem probationibus sub  
integumento peregrinae, atque quietae simulationis sui exerci-  
ta. Quo tempore vis ardens, insitumque veligia Domini  
mei per arcioris rerum despicientia, et paupertatis sermitas  
persequendi studium, et Crucis amplectenda cupiditas, Chri-  
stianique <sup>loci</sup>, ubi maximè contemnitur, honorandi, meique  
aduensus illum Amoris contestandi desiderium usque adeo  
aueta sunt, et corroborata, ut exiguum, atque sumile se-  
men in proceram arborem excreuit, cuius altissima radices  
~~erat~~ immensus quidam arbor, <sup>erat</sup> diuinam perficiendi volunta-  
tem, quae in visceribus meis, ac medullis penitus inueteraue-  
rat. Hic ordinauit in me charitatem, hic ramos huius  
arboris vigore, succoque praestanti diffudit, hic flores, et frui-  
tus eo tempore, ac modo, quo diuina voluntati visum est,  
produxit; hic omnibus indignitatis meae impedimentis iuu-  
obuiam, eaque cum ingenti mentis meae laetitia obstruit;  
Denique hic creberrime in suauis illiusmodi verborum pro-  
fundum me abriquit, penitusque demersit, quibus olim

Deigara.



Deipara orabat exclamans: magnificat anima mea Dominum; et  
exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Probi Sanctissime  
Deus! qualis, quantaque Sanctissima Virginis exultatio fuit, cum  
etiam mea in huiusmodi imperfectionibus, ac calamitatibus tanta ex-  
titerit? Quod ad animarum conversionem attinet, non diffiteor  
ingenti me desiderio arsisse cernendi propagationem, atque adeo  
honorificam sancte Romanae Ecclesiae amplificationem. Atqui  
numquam existimabam fore, ubi tam abiecto, vilique instrumen-  
to Deus ad rem multo maximè gloriosam, ac præcellentem  
uteretur, Neque <sup>meque</sup> in eorum societatem adlegeret, qui eandem  
gloriam ad non ambiguum immortalis seculi decus petebant.  
Neque verò Martyrum mihi pollicebar, aut alio vllò singulari  
studio tenebar, nisi hoc vno, uti in scopum diuinae voluntatis sedulè  
explenda semper collinearem, neque quidquam in animum in-  
ducerem, quod me ab eiusmodi cogitationibus, consilijsque de-  
uocaret. Postremo quidquid de me in euitabili numinis de-  
creto esset constitutum, omnino expetebam, ut cum glorioso patro-  
no meo dicere possem, impendam, et superimpendam. Ac  
profusus Sactenus decreuisse videtur Deus, uti Anglice reliquum  
vitae meae tempus, operamq; deuoueam. Etenim cum omnes  
machinae, mineque admoventur, cum humana sapientia  
vires suas experitur, suasque cum ijs copias natura coniu-  
git; cum amici, ac familiares, siue qui hic degunt, siue  
qui in Flandria, omnia moluntur, reditumque meum  
per vim etiam procuraturas minitantur, tum denique ipso  
momento nullis deliberationis praeuiae subsidijs exurgit  
animus, et velut gigas ad currendam viam tot terricula-  
mentis, incommodisque interclusam perenni numinis  
consilio longe ante delinatam vehementer exultat. Cum  
verò eiusmodi occasionum, ac cupiditatum impetus remisit,  
vigor ille mentis indormitus in imos se pulmones repente  
abdedit, eoque interim velut in tenebris obscure recondito  
regnum exilij acerbissimi instar mihi videbatur, et huius  
rationem vitae omnibus circum molestijs vallatam cernens  
eos mentis aestus, atque angustiores sentio, <sup>quæ</sup> hanc lucis

\* Impendi in animarum salutē,  
ac superimpendi desiderat.



iuram<sup>iniqua</sup> efficiunt amarissimam, siquidem assiduos huius, crassosque  
 variorum contra religionem execrabilium facinorum vapores,  
 adversus caelum accendentes maxime perhorresco. Leges  
 enim, ac iura divina passim per summum nefas probrata  
 intueri, quae versantur in oculis nostris, atque auribus quoti-  
 die, ea sunt huiusmodi, uti illorum memoria animus ma-  
 iorem in modum graviter percellatur. Siquid autem ob-  
 pietatis, aut solidae consolationis, quod dolorem possit mi-  
 tigare, id adeo furtivum est, ac reconditum, ut difficilis  
 eius, plurimisque obsepta sit periculis consequio. Quare  
 quidquid in solitudine molestem, aut aerumnosum excogi-  
 tari potest, id nobis prolixè, ac liberaliter cumulata pa-  
 tientiae laude suppeditatur. Adeo autem ab omnibus  
 manu solatio disiungimur, ut sola omnibus passim locis ac-  
 cerbitates, et funesta perfectionis, atque omnigenae vir-  
 tutis impedimenta occurrant cum noxiis molestiarum co-  
 mitatu, quibus animus interdum, corpusque fractum, ac  
 deiectum laebetatur. Tantis enim scelerum, atque  
 ignorantiae tenebris obducta sunt omnia, ut non incre-  
 dibile modo sit tantum rationis lumen, quo mortalium  
 sensus, mentesque benignissime illustravit Deus, tam  
 infanda caligine posse infuscari, verum etiam miserandum.  
 Expende obsecro ingentes Catholicorum calamitates, ac re-  
 ligiosorum hominum imprimis, qui soliti aliquando hoc  
 in regno dulci lacte Ierusalem in pace perfrui, pasuque  
 iam inter turbulentissimos aquarum niloticarum strepi-  
 tus, fluctusque persecutionum congemiscunt. Ego verò  
 sola Dei voluntate, nutuque conitata hoc vitae genus  
 amplecti unice; neque enim alia vis esse minor potest,  
 qua in hac vita, rerumque acerbissimarum conberna-  
 tionibus magnopere possit detinerere. Itaque subit ani-  
 mo aliquando in has voces erumpere; esse elongavi fu-  
 giens, et mansi in solitudine. Deo enim cum collidue-  
 rit, in medio discordiae, ac perturbationum amenissimam  
 vastitatem, placidosque inusitata voluptati recessus

parare



parare Sana est difficile. Quam ob causam à fiducia solita non  
 recedo, neque suavisimas illas suspirationes idemdem inter-  
 mitto; egrediamur in agros ad tantam <sup>messis</sup> mentis spem albescen-  
 tes, et commoremur in villis. Quae interim pluribus verbis,  
 et ad insignem animi affectum praestantissimis prosequitur.  
 Porro hoc intentiore cura agebat, naviterque satagebat, ut  
 diffidentes, longaque persecutionis inertia horrentes, atque  
 incultos multorum, morosque mores, perfectioris disciplinae  
 cultu, ac salubribus documentis coerceret. Quam ob rem om-  
 nes à soluto vita non modo ad integritatem, sed etiam  
 ad summum Christianae Sonestitatis fastigium oppido effica-  
 cibus dictis, suoque exemplo excitabat. Etenim cum illud  
 haberet certissimum praecipuam spem, planeque sacram  
 sacrienda religionis anchoram in hoc esse repositam, si  
 quotquot eius desideris tenerentur, experimentum ante  
 facerent, quoscumque huiusmodi consilij capaces nactus est,  
 perpulsi, ut in Anglia pietatis suae fundamenta iacerent,  
 longèque ante assiduis virtutum experimentis animos ad fe-  
 rendum Religionis iugum aptarent, <sup>utque</sup> placidam solitudi-  
 nis quietem, genusque vivendi umbrabile sectarentur, vehe-  
 menter hortabatur. Contendere enim eas omni ope iu-  
 bebatur, idemque omnes crebro precabatur, ut in illis fonsanti  
 vallibus, tantaque scelerum, ac superstitionum grauedlen-  
 tia grati privatae Sanctimonia odore auersum iam pridè  
 Deum, caelitesque placarent. Nam cum maximum sem-  
 per aerumnis ingruentibus in aequitate animi perfugium habe-  
 ret, tum vero haudquaquam dubia numinis fiducia, si modo  
 eam omnes adhiberent pietatem, quam deberent, spera-  
 bat fore, uti Deus non modo tantam saevitia acerbitatem a  
 Catholicorum cervicibus propitia bonitatis auspicijs di-  
 moueret, verum etiam omnes impietatis, ac nefarij schismatici faes  
 per uniuersum regnum teterrimam animorum egi contagione  
 gliscantes respingèret. Magnam sanè laboranti publice caute  
 opem tulit tum pietate, ac doctrina, tum ardore diuini honoris sin-  
 gulari, yeloque religionis tanto, quantum capere illud pectus potuit,  
~~visibilem~~ quod virtutum omnium laude, donisq; celestibus  
 affluensissime cumulatum in vnius numinis gloria respirare  
 videbatur. ~ ~ ~ ~ ~

Virtutis suauis sentia scelerum  
 atq; Anglicani caeli grauitatem  
 mitigare laudet. ~



Caput. 21<sup>m</sup>.  
 Illustria quorundam de  
 & Aloysia iudicia.

**A** habet  
 Soc virtus in reliquis suis insignibus eximium, præstantq;  
 imprimis, ut non simulari, quam dissimulari possit facilius.  
 Itaque tot exempla veræ gloriae ex Aloysia vita emicantis,  
 licet in obscuro sita; tantum tamen exiguis reconditi illius  
 splendoris radijs prudentissimi cuiusque, atque integerrimi  
 oculos perstrinxere, ut qui ea procul ex remotissimis vis  
 intuerentur, clarissimis <sup>quoque</sup> testimonijs, summisque laudibus  
 ab obliuionis iniuria tuerentur. Neque eas in predican-  
 dis sapientium honoribus prætermitti æquum putat ille,  
 qui vnus ab egregia rerum diuinarum, atque humanarum  
 peritia apud mortales sapientis nomen inuenit, quippe  
 quas à populis narrari, latèque ab Ecclesia nuntiari im-  
 perat. Itaque cum illius litteras ad se primùm ex  
 Angliâ missas P. Bartholomæus Perez, quem sum-  
 mus Societatis IESV præfectus moderando rerum clauo,  
 curisque Hispaniæ grauißimis <sup>adnotum</sup> admodum suorum omniũ  
 consiliorum participem, et adiutorem esse voluit, legato  
 Hispaniensi Roma ostendisset; is illas identidem, quod  
 virtutis essent plenissima, sui que in Angliam aduentus, fati-  
 que illustissimi rationem ijs redderet, vnã cum maximo  
 Ecclesie Hierarcha communicauit. Qui quidem illis lectis,  
 pariterque intellectis à legato intãtati rationibus neque  
 laudibus, neque plausibus abstinent, quos in eam honorifi-  
 cis litteris suo nomine exaratis cumulatißimè congeri,  
 simulque ad insignis incepti constantiam, decusque susti-  
 nendum animari præcepit. Id autem cum legato, hominib;  
 omnibus, tum Perexio imprimis, Peronioque accidit  
 gratissimum

Pontifex Maximus eius in-  
 stitutum sumopere approbat.



gratissimum, qui quae super eare iudicauerant, deque illius virtuti-  
 bus, varaque animi magnitudine habebant perspicissima ea sum-  
 ma intervis sententia consensu, ac sapientia approbati, negis-  
 ratum modo summo Anathema, sed gratum, quoque esse huius-  
 modi institutum gaudebant. Atqui ad hoc certe praeconium  
 nihil a quoquam desiderari potest amplius, quando eo nulli  
 in vniuersa Ecclesie Sacrosancta imperio inter tot viros sancti-  
 tate, aut eruditione praepollentes rectius, aut integrius po-  
 test reperiri. Quod si tamen aliorum etiam de illius virtute  
 iudicia aestimare quisquam voluerit, ei quidem per prestan-  
 tissima horum temporum lumina, virosque ornatissimos di-  
 ligenti circum sollicitudine ferenda erit mentis acies, quo-  
 rum immortalibus encomijs luculentè celebratam fuisse  
 Aloysiam intellegit. Mihi, licet cuncta vnius capitis an-  
 gustijs complecti haud possim, utcumque tamen res feret, an-  
 tiquissimum erit Deo obsequi, gloriaque tot honorum monu-  
 menti clientem suam exornanti. Neque necesse est hoc  
 loco, quid Rex Catholicus de morte eius, vitaeque, ac testa-  
 tissimis virtutibus senserit, quantoque in precio eam habue-  
 rit, hic iterum inculcare. Magnopere eam efferebat Pa-  
 triarcha Antiochenus, idemque Archiepiscopus Valentinus vir  
 omni virtute, ac gloria praestantissimus, cuius ipsius laudes  
 tam nobis est complecti difficile, quam alijs praedarum, et  
 magnificum Sanctissimi Praesulis vestigia imitari. In  
 illius enim animum praestanti religionis cultu inclytum coe-  
 lesti gratia congeserat quidquid usquam pium erat, ac lau-  
 dabile, Deoque acceptum. Neque vero vacua in eo Dei gra-  
 tia fuit, cuius vita clarissimis sanctimoniae monumentis  
 illustris grauissimè conscripta in omnium manibus, atq;  
 oculis versatur. Cuius et hoc quoque Scaud exiguum in  
 Hispaniam vniuersam, Deique Ecclesiam extat beneficiū,  
 quod Regi author fuit, atque adeo consilij adiutor pri-  
 marius ad omne nomen Maurorum per Hesperio regno  
 delendum, atque obliterandum. Idcirco tanti sacerdotij  
 splendore insignis multis a Deo precibus solebat optare,

Patriarcha Antiochenus  
 quanti eius virtutem fecerit.



uti Aloysia in tantis rebus pro numinis gloria gerendis <sup>ex celso</sup> ~~immortato~~ ari-  
 mi vigore ad immortale Marcyrii decus grassantis sacellanus esse  
 posset, eaque dignitate quidquid interris esset honorificum, lon-  
 ge posterius lucebat. Porro cum ad eum ex Anglia scripsisset  
 legatus de periculis, in qua illius salus indies vocabatur, sequen-  
 diom esse aliquando Athanasij consilium, et furorem improbo-  
 rum declinandum iudicauerat. Ubi autem rem omnem  
 clarius introspexit, eiusque virtutem egregiam, tantumque  
 contemptu ~~lectis~~ patiendi ardorem animo cepisset, haud a-  
 liud suadendum putauit, quam quod olim suis oculisimus  
 Christi discipulus scripserat: unctionem, quam accepistis  
 ab eo, maneat in vobis, et non necesse scieatis, ut aliquis vos  
 doceat, sed sicut unctio eius docet vos de omnibus, et verum  
 est, et non est mendacium, et sicut docuit vos, manete  
 in eo. Et ille quidem multum Aloysia virtuti magnificis  
 verbis tribuebat; sed quoties eius dotes prope diuinas con-  
 templantur, altius sibi quiddam omni facundia intueri vi-  
 debatur, simulque abunde palmarium, ac triumphale cre-  
 debat cum Virgine virtutibus omnibus incomparabili sic  
 comparari, ut inter eos ceteri posset, quorum obsequio illa  
 vteretur. Jam vero si Religionis laudum illius praecones  
 velim recensere, ex omnibus ordinibus clarissimi erunt  
 proferendi. In Britannia Didacus Fontanus e sacra  
 S. Dominici disciplina alumnus, praestanti Religione, et  
 doctrina inclutus, ne ullam omnino virtutem illaudatam  
 relinqueret, omnes scripto extulit, <sup>moribusque, et</sup> ~~namque~~ moris seriem  
 egregijs monumentis illustatam ad suos in Hispaniam misit.  
 Ximenuis, qui Scaud exiguam in sacra Diui Francis fa-  
 milia authoritatem obtinebat, epistola eius vna accepta exi-  
 stimauit nullas se gazas, aut reliquias habere praestantiores,  
 quam eas, quas ab illa acceperat litteras, easque in praeci-  
 pijs Dei beneficijs, ac potiori parte felicitatis numerauit.  
 Antonius Sobrinus praclarum eiusdem ordinis  
 lumen, ac columen prolixam super eius virtutibus epistolam  
 dedit, illudque summis laudibus <sup>extulit</sup> extollit, quod ei dandum  
 esset



Patentiam eius, vinculaque pro  
Vei gloria celerata, quantifere-  
runt quidam. ~.

esset in illis oris non solum in Christum credere, verum etiam pro  
illo pati; <sup>hinc adiciens</sup> ~~in hoc~~ ad eximiam laudem prestantissimum,  
malle se patientis catenis, quibus constricta fuerat, perfrui, quam  
in caelorum sedibus auro, gemmaque fulgentibus considerare.  
Summa quoque in eam omnia congeffit Antolinus clarissimi  
nominis vir, qui delatis Principis Cathedra honoribus Salman-  
tica in celeberrimo disciplinarum omnium domicilio summam  
eruditionis, et sacrosioris eloquentiae laudem enactus, post  
etiam ad regendam Divi Augustini familiam curas, ani-  
mumque convertit. Neque siluit de ea Gratianus, quem  
virum gratia cum natura, fingens ad eruditionem, atque  
eloquentiam, dotesque singulares in Carmelitana familia  
fecit insignem, nomenque spectabile ex merito dedit.  
Is igitur cum in Sacra Cantica commentarium concinnaret,  
ubi ad eum locum venisset, quo novam Amoris divini nuptiam ubi  
strato se <sup>proripuit</sup> ~~proripuit~~ dilecti sui vestigia persequentem incur-  
sodes incidisse civitatem circumeuntes, ab ijsque male  
multatam, ac vulneratam fuisse depradicit, nullum ha-  
bit praestantis monumentum, quo librum suum caeteris  
doctrinae ornamentis amplissimum illustrasset, quam Aley-  
siam, cuius nomen adhuc viventis colebat tamquam immor-  
talitati consecratum, cum eam diceret religionis astro, te-  
loque Sancti amoris sauciam, longa velut fame divina  
gloria confectam ultro quietem suam deseruisse, Deumque,  
et animas identidem in Anglia quaerentem a custodi-  
bus civitatum, linguae, et obtreptionum telis fuisse sugilla-  
tam; caeterum eximia in Deum spe, modestaque cum ijs  
dimicantem cuncta indomito mentis vigore superasse.  
P. Ludovicus de palma vir a conspicua religionis integri-  
tate, et doctrina, summisque animi dotibus in maximis  
Societatis IESU muneribus secunda gloria laudabiliter  
versatus, illius quoque virtutem non insperit modo proxi-  
ae familiariter, sed suspexit maxime. Is igitur in illa  
immensam animi magnitudinem predicare est solius,  
cuius impetu concitata nullam viam pietati inuicam esse

Opinio quorundam de eius  
virtute.



censebat ~~demeritabat~~; siquidem excelsa semper, ardua que in rebus diu-  
 nis, atque inausa vulgo moliebatur. ~~Ad hoc~~ Ludouicus  
 Pontanus, Personius, Mendocius, atque ex eadem familia  
 viri prestantissimi in eiusdem se laudis preconium certatim  
 offerunt; sed his relictis vix contentus ero P. Ianni Bla-  
 zefanni viri apprimè religioſi, ac grauis elogio, qui ex om-  
 nibus, qui quidem eo seculo viuerent, rare virtutis præco-  
 nijs superiorem se illa censere scriptit neminem. <sup>quippe quam illa etas haberet perfec-</sup>  
 virorum tantum iudicia proferre videar, quamquam ea <sup>issimum prudentia, atque</sup>  
 quidem haud paulo <sup>ius</sup> authoritatis, ac ponderis apud omnes <sup>omnis multitudine decaris spe-</sup>  
 Sabere debent, non sunt inficienda Virgini ex illis quoque  
 sexu testimonia sanctimonialium grauitatis, ac religionis  
<sup>gloria</sup> prestantia inter suas polentium. Anna de Iens sin-  
 gulari perfectionis studio, et pietate prædita, in cuius lau-  
 dibus ne hoc quidem est vltimum, quod cum B. Teresa  
 non familiariter minus, quam religioſe vixit, multisq;  
 in Gallia cœnobijs substructis, postremo Bruxella alte-  
 rum exerxit auspicijs, ac liberalitate Isabelle Clara Lu-  
 genia, qua Belgio summa cum tranquillitatis laude præ-  
 sidens amplissimi nominis gloriam non alijs virtutibus cla-  
 rius, quam pietate exæquat. Anna igitur cum offi-  
 cijs suis, totque rebus gestis, tum Religionis prestantia  
 omnem humanam felicitatem superans, maiorem ta-  
 men in Aloyſia non citra pium liuorem prædicauit.  
 Cum enim iam secundo carceris calamitate multatam  
 esse intelligeret, et tum illa pro Christo patiendi digni-  
 tate, tum plurimis ad propagandam pietatem obsequijs  
 præstitis immensum glorie pondus, et excellentem Euan-  
 gelica perfectionis modum impleſse cerneret, nihil potius  
 Sabuit, quam cum Cesare Laurymaræ, quod ea paucis  
 annis eſſet consecuta, quorum ipsa nihil pari gloria,  
 ac præmio dignum à se gestum eſſe tanto Religionis  
 tempore meminisset. Itaque litteras ad eam Bru-  
 xella quamprimum dedit in hunc modum: Immortales  
 magno numini grates vel in hoc quoque sunt agende,  
 quod







virginitatem magis extollit nullam, cuius numerus omnes pre-  
clare ab ea fuisse expletos cum ingenti semper admiratione com-  
memorat; tantamque animi, et corporis munditiam, tam An-  
gelicam, ac sollicitam in omni consuetudine castimoniam,  
quanta in Aloysia fuit, se in nulla Virginum legisse  
affirmat.

# Caput 22<sup>m</sup> Tribus aureolis ornatur.

Sed aliquando victici post certamen tanta cum dignitate, ac sanc-  
tione preconio commissum <sup>sua</sup> texenda est corolla, quam in multi-  
plici dimicationum genere pari gloria exacto haud unam viventi  
adhuc instruxere viri eruditione insignes, summaque religionis  
fama venerabiles. Tantam enim virtutem quantam Hispania,  
atque Anglia, <sup>uulgique angusta</sup> pietas capere haud poterat; ipsi or-  
namentis, quibus in caelo esset afficienda, in terris quoque pri-  
uandam non esse censuerunt. Itaque cum e' roris illi purpu-  
reum Margyri sentum dedisset Sobrinus Franciscanae fami-  
liae summus in Prævincia Valentie Præfectus, alteram quoque  
e' lilijs inclita Virginitati, lacteoque mentis candori <sup>pari</sup> ~~omni~~  
<sup>eloquentia</sup> ardore adiecit. Nimenius vero virentem quoque  
illam ex umbrata Doctorum academia coronam deiecit, ea  
redimitam iam tunc a se inter superos videri præclara pie-  
tate auguratus. Quam obrem tres in unum laurea conferens  
festiva acclamatione, atque ingenti pietate animi ei  
applaudebat his verbis: Tu gloria Jerusalem, tu letitia  
Israel, tu honorificentia populi nostri; Benedicta filia tu a  
Domino, quia per te multi fructum vite communicarunt.  
Quidni vero margyri aureolam illi darent, qua' flagrantissi-  
ma pietate cum egregio mentis ardore coniuncta, e' carcer-  
ibus, vinculisque, et infestis persecutionis Anglicanae tem-  
pestatibus in suum caput concitatis non semel illud decus  
quesiuit

Margyri aureola donatur.



Virginis aurea insignis.  
Doctoratus aurea cur ornata  
fuerit. &

quesiuit, ortoque, ex ingenti malorum atrocitate, incom-  
modique exitio ad non ambiguum perpetuae laudis fruc-  
tum inuenit? Neque enim huius ullum erroris scopulum  
metuebant, quando duces habebant Cyrianos, virosque  
omnis Ecclesiae eruditissimos, atque adeo Ecclesiam ipsam,  
qua non paucos nulla alia morte, aut tormentis perfunctos illa  
gloria donandos esse censuit. Tanta vero calumniosa quis  
omnino lilia dari prohiberet, quam in tivo, ac perpetuo a primis  
unguiculis desiderio, vobisque tenaciter astrictam Angelis om-  
nes, quam hominibus propiorum esse praedicarent, cuius cultu-  
dem a Deo Angelum datum fuisse constat, ne quis esset, qui  
hanc ei perpetuae integritatis lauream, laudemque posset  
eripere. Sed de praestanti doctrina Aurea dubitari  
possit forte, recte ne ab ijs Virgini obscurum vitae genus  
sub humilitatis umbraculis sectanti tribuatur, qua illorum est  
propria, qui in academiarum puluere velitantes doctrina,  
scriptisque Ecclesiae dignitatem in luce, et celebritate gen-  
tium aut tumentur, aut illudrant. Neque equidem haud  
multum ambigere poterit, qui meminere eam fidei pre-  
dicanda sociam, atque adiutricem extitisse, cuiusque in  
proferendis Ecclesiae finibus, Dei que honore, vel cum capitis  
discrimine propagando eximiam semper eluxisse virtutem,  
animique firmitudinem, ac constantiam praedicandam. Neque  
enim forte minus, quam <sup>pro</sup> merito decreto pro Christiani  
nominis inclumitate vitam suam ad perpetuam, certissi-  
mamque omnium salutem deuouit, quos ut ex calamito-  
sissimis patriae impietatis tenebris ad salutarem Evan-  
gelicae veritatis lucem reuocaret, nulla unquam seuitia  
baechantis tempestate, aut mortis denuntiatione potuit  
cohiberi, quin industriam suam exerceret, omnisque aeta-  
tis, ac ordinis homines ad egregia pietatis studium assiduis  
hortationibus impelleret. Quo factum est, ut quamplurimi  
vehementi oratione incitati ad Christiana perfectionis officium  
redirent, fidemque post longam pestilentis ignorantiae  
cedissem recipientes amplecterentur. Neque illi e-



profetariorum grege fuere dumtaxat, sed præcipui quoque, quorum  
 inter suos, et autoritas, genusque, et reliqua præstantis fa-  
 mæ dignitas eminebat. In quibus duo fuere non lumina tan-  
 tum, sed numina prope modum, clarique Hæreses Coptici,  
 quos velut quosdam sapientiæ Reges in castrum Septentrionis vul-  
 gus adorabat. Eorum enim cum internecinum recte religionis  
 odiam, atque animorum pernicia indomitum robur effice-  
 re soleat, rebus repente commutatis præclara constantia,  
 atque ardore animi, euulsis lethaliū opinionum erro-  
 ribus priorem impietatem damnantium. Conuersio aperte  
 declarat præcellentem in hoc genere Aloysie fuisse dicen-  
 di efficaciam. Ex ijs alter præcipuus natura adiumen-  
 tis, atque mentis acumine frementibus hæreticis, ac idem  
 tidem quærentibus quid esset, quod id ingenij, atque eru-  
 ditionis Somo, qui plurimorum ante fidem labefactasset,  
 nullis que unquam oppugnantium machinis cessisset,  
 Virginis demum vnius sermonibus euerti se esset passus,  
 negavit tantum verborum pondus, tamque ardentem,  
 ac plenam pietatis orationem, quanta in Aloysie ore  
 inesset, se in nullo eruditissimorum Sominum, cum  
 quibus ante de grauissimis sæpenumero fidei rebus di-  
 micasset, unquam percepisse. Addebant illi quidem  
 nihil se huiusmodi de eo unquam fuisse suspicatos,  
 quando eius dignitatem longa necessitudine, ac proz-  
 pensissimis Sectariorum omnium studijs confirma-  
 tam plus semper aduersariorum machinationibus  
 apud eum valituram cogitassent. Nec in animum  
 inducere poterant in homine eruditissimo, summis  
 ingenij hononibus præditi, fauore, ac munificis st-  
 pendijs cumulati ad <sup>aucto</sup> ~~aucto~~ perduellionis scelus, ac nez-  
 farij desertoris nomen posse reperiri. Quod nisi ab  
 infando crimine pedem referret illico, ne dubita-  
 ret in suum caput teterrimas supplicijs more maio-  
 rum animaduersum iri. Neque hinc denuncia-  
 tionibus illius constantiam vniusmodi semper, ac

Effraz, ardensq; Aloysie sermo.



perpetuam ~~constantissimam~~ validissimis Aloysii ver-  
bis, Zeloque dicendi corroboratam labefactare unquam  
potuerunt. Neque eruditio tamen illi deerat, rerumque  
reconditarum non diuinitus tantum Sausta orationis  
praesidio, sed sapientia quoque studiis, quibus ad  
tantam se prouinciam, opusque Dei sanctissimum ritè  
obeundum longe ante diligenter inbruxerat, quæsitæ  
cognitio, eaque sanè tanta, quanta in illum naturæ  
ordinem aut maxima potest cadere, aut rarissima.  
De qua id verè dici queat, nihil nesciuisse, quod in  
illa Ecclesie, atque instituti clarissimi dignitate su-  
re potuisset; nihil se iuisse, quod intra modestie,  
sexusque fines nescire debuisset. Nam ab in eunte  
ætate sacris imbuta litteris disciplinarum aliorum  
stidia præ-alo ingenio ad iuuandam animarum sa-  
lutem ita contulerat, ut licet doctissimis esset indoctior;  
indoctis tamen longè doctior euaserit, cum egregia di-  
cendi efficacia, et sanctioris doctrina opinione apud po-  
pulos a religionis placitis abhorrentes incredibiles Deo,  
atque Ecclesie animarum victorias reportaret. Sed  
enim omnem eruditionis suam, et commendationem  
ab ardore animi, ac ingenti pietate petebat, quæ ex  
ore, oculisque spirans verba identidem animabat, et  
ex intimo religionis sensu proficisci manifestè demon-  
strabat. Hæc illi nimirum Hispanicæ magnitudi-  
nem feuit angustam, animoque immensa charitate  
succenso eas oras quarere iussit, in quibus diuina glo-  
ria, atque animarum salutem non operam tantum, sed  
vitam impenderet. Neque vero docendi munus  
certissimo gloriosa immortalitatis stipendio obire cu-  
pienti academia obtingere clarior ulla poterat carce-  
re, in quo ad circumstantes improbos, legisque di-  
uina contemptores tam ardentem, quam liberè dis-  
seruit; illudque catenis barbarius vincita clarissimè  
ostendit, quam nullæ essent vires humana, quæ illo  
ferro



176

ferro, atque omni tulliani apparatu verbum Dei alligare numquam potuerunt. Illud quoque non in postremis est numerandum nullum <sup>ferre</sup> eius ~~consuetudine~~ <sup>usum esse</sup> paulo ~~esse~~ familiarius, aut inter domesticos adlectum, quos ob varias causas quam plurimos saepenumero habuit, qui non illius hortationibus, vitaeque exemplo periculis animum a vanis saeculi contentionibus conceptis rerum humanarum fatidis ad Religionis obitum deduxerit. Quod quidem laud alteri omnino virtuti, quam praecellens doctrina vigori, atque efficaci eloquentiae tribui potest, qua in omnium animos suaviter illabi, eoque fortiter flectere, atque in omnem partem moderari gnara imprimis, in spem immortalis gloriae, atque ingentium meritorum erectos ad capeſſendam pietatem accendere *deve* consueverat.

---

Caput. 23<sup>m</sup>.  
Memorabilia quaedam  
ab ea in viuis, et post  
mortem edita.

---

**E**t ea quidem a nobis dicta sunt Saccenus, quae ad egregiam sanctimoniae laudem satis posse valere videntur singulis virtutibus pulcherrimi miraculi vicem explentibus, ut in eo genere minima quidem nostra esse debeat sollicitudo, cum illud ab Augustino praeclearissime scriptum sit, omni miraculo, quod fit per hominem, maius longe miraculum ipsum esse hominem. Nimirum ad cum ad illam praestantis naturae magnitudinem caelestis gloriae splendor quidam, virtutumque dignitas



dignitas accesserit, illi quidem, qui cuncta equo rerum  
arbitrio ad Sapiencia, atque integritatis normam velit  
exigere, nihil deesse potest ad perfecta beatitudinis  
opinionem. Quam ob causam charitatis, et pietatis mi-  
racula amare unumquemque iubet praeclarus Ecclesiae  
Doctor Gregorius, quando ea tanto securiora sunt, quan-  
to occultiora, eoque maior apud Deum de ijs esse so-  
leat retributio, quo apud homines minor est gloria.  
Itaque ea omnia, quae plus admirationis habere in  
animo multitudinis solent, alijs memoranda post  
me relinquere malui, quorum et in indagando cura  
maior, et in inveniando felicior erit industria.  
Ne tamen insigni Virginis gloria ad extrema cala-  
mum vocanti deuisse videar, faciam quod canis ad  
nilum, et in transcurso properans pauca ex omnibus  
delibabo; non eo tamen consilio, ut aliquod ei Sancti-  
moniae nomen, famamque velim appingere, quando  
eam iam pridem ante in omnium animis ipsa prae-  
cepserat. Nam singulari vitae religione inelyta, om-  
nisque noxa impolluta, quod est tanto fastigio in tot  
malorum tempestates pietatisestro percussa ultro se  
obtulisset, cunctis inuicem constantis animi decreta  
suspicientibus tantam exploratae Sanctitatis opinionem  
fuit asecuta, ut etiam cum hac lucis vira inter mor-  
tales frueretur, gliscente latius immortalis gloria, ac  
beatitudinis fama, ac praesaga fiducia in diuinarum con-  
tubernio a multis reponeretur. Neque benignum  
eorum iudicium multis maxime certis, ac testatis vi-  
tae exemplis innixum illustria quoque signa destitue-  
re, quibus animum in concepta sententia confirma-  
rent. Graui morbo haud multo post eius mortem  
tempore premebatur Alfonsus <sup>Carualius</sup> cuius atrociter grassan-  
tis impetum florenti corporis vigore, atque Sabia adeo  
sustinere ulterius haud poterat, ut irritis artis adiu-  
mentis a medentium gregibus desertus in extremo



vita periculo versari videretur. Sed non deseruit eum Aloy-  
 sia, cui opem e' caelis suam, auxiliumque aliquando promi-  
 serat, neque amplius in terris visuram identidem asperue-  
 rat. Et illis quidem pollicitis neque fides, neque euentus  
 absuit; Siquidem in medio rerum aestu graui aegritudinis  
 exasperatione oborta, cum extinguendum omnes arbitra-  
 rentur, relictis repente animi robore, ac valetudine in  
 rediuiuis numeratus est. Mirantibus porro omnibus,  
 reique Saud opinatae expectatione suspensis Antistitem  
 compellat, cunctaque antea vita delicta repetita ab  
 vltima memoria omologari non minori pietatis, quam  
 penitudinis laude expiauit. Quibus peractis cum hor-  
 minem lecto letho proximum benigniore alloquio solari  
 Antistes pergeret, simulque ad Dei amorem, spemque  
 certam gloria immortalis supremis officijs de more se-  
 dulo praesatis accederet; nihil, inquit Alfonsus, his est  
 opus, siquidem singularem sororis astantis opem, plenamque  
 iucunditatis consolationem experior. <sup>quae quidem delibutus</sup> Arcanum quoque  
 mentis statim, et recondita mortalium sensa, qua praeter  
 unum cordis, rerumque scrutatorem Deum comper-  
 ta esse poterant nemini Aloysia Saud obscure introspi-  
 ciebat. Itaque ad notum quendam longo terrarum spa-  
 tio remotum, qui aliam repente Saud paulo sanctorum  
 vita rationem inierat, eamque rem ut in rebus trepidis,  
 ac teterrimis Haereticorum insidijs egregie tegebat, suban-  
 tea quam vel tenuissima de illiusmodi consilijs fama aura  
 quempiam afflaret, scripsit aliquando, eumque de suscep-  
 to virtutis studio, animique penitioribus decretis monens,  
 atque ad prosequendum constanter inceptum identidem  
 animans macte sapientia, tantaque pietate esse iussit, siqui-  
 dem is uberrimum pariter, ac iucundissimum vitae fruc-  
 tum cum indubia salutis spe caperet, qui subductis pie  
 viuendi calculis corpori minimum, animo plurimum de-  
 bere cupit, ipsamque virtutis pulchritudinem, remotis morta-  
 lium rerum nebulis, <sup>sic</sup> intractur, ut eam toto studio colat, seduloque amplexetur.

Aloysia fratri in morbo apparet,  
 opemque morienti praestat.

Animorum arcana cognoscit.

cum certissimo beatitudinis omnino paulo post expiauit.



177  
Tum ille arcanis suis in lucem prolatis percussus, tacitęque ad-  
miratione, ac metu defixus hæsit aliquanas, per attentiore cur-  
ra disquirens, qui tandem cognouisset Aloyria, quod mortua-  
lium nulli à se apertum, atque omni ope dissimulatum esse,  
presumque Sactenus meminerat. Subinde perceptam  
Virginis virtutem, Deoque manifestis signis acceptam lau-  
dans, vera esse scilicet, qua scripta erant, predicauit.

Vaticinij Spiritus pullet.

Næque vaticinationis gloria priuanda est identidem, quan-  
do in plurimis euentibus ab omnium non opinione modo,  
sed spe quoque remotissimis longe ante prædicen<sup>dis</sup> virtus eius  
Saud raro enituit. Matrona quadam ingentis fortunæ  
erat, generisque minimè obsuri, cæterum impijs hæreses  
opinionibus delibuta, quam à flagitiosa vita ad salutaria  
Ecclesie dogmata amplectenda traducere Sacerdos quidam  
omni contentione nitelatur. Cæterum cum nulla me-  
dicamenta apud depositum animum quidquam proficerent,  
ad præcations, ac pietatem Aloyria velut ad sacram an-  
choram continuo defugit, eique obstinate mulieris salu-  
tem enixe commendauit. Illa re intellecta à præstan-  
ti diuini honoris, ac charitatis ardore numen attentè pre-  
ta, ut captis laboribus propitia beneuolentia afflaret, ne quo  
in scopulo, aut difficultate Sacerdotis hæreret industria, eun-  
dem mox confirmatum bono animo esse iussit asserens fore,  
ut in eum, quo animo fererebatur portum secundo cursu  
diuina benignitatis aura prosequente perueheretur, femi-  
minamque ex altissimis hæreses undis, ac naufragio eri-  
peret. Lætus ille accepto responso matronam adiit, quam  
cum ipsdem in sedibus pertinaciter hæere perspiceret, mi-  
ratus est, eiusque perfidiam, quam Aloyria fidem maio-  
rem esse doluit. Persistit interim in eo, quod prædixerat  
Aloyria; nec sua eam spes frustrata est diuini. Quippe  
Catholica Religionis placitis attentiori indies studio obser-  
uandis paulatim affiui diuina gratia munere, animoque  
immutari cepit, et quam ante obfirmata impietate obla-  
tam accipere recusauerat, præclara voluntate vltro



medicinam expetit, vultusque ex animo pestiferi dogmatis opinionibus, quos antea impio, ac sternaci iudicio acriter propugnauerat, ingenti cum sacerdotis, tum bonorum omnium plausu, ac lætitia errores euertit; eamque vitæ rationem studiose persecuta est, per quam ad iucundissimam perennis gloria, ac voluptatum spem munitur via, aditusque facilis ad immortalitatem, certamque diuini numinis gratiam recte facti comparatur. Alterius cuiusdam, e cuius vita multorum spes, commodumque publicum, et Ecclesie tranquillitas pendebat, salus in extremum erat discrimen adducta. In cuius funere, ne omnium incolumitas, quiesque efferretur, Aloysia Deum rogauit impensius.

Cumque debitum suum natura peremptorio iure prosequeretur, vitæque depositum violentius exigeret; cessit tamen illius precibus lucis usura ad commune bonum, Deique gloriam impeditissimis temporibus conseruandam indulta. Id ergo in oratione diuinitus intellectum cum significasset quibusdam, secuto felix presagium secundiore euentu magna omnium acclamatione, ac gaudio exceptum fuit. Alio tempore hereticum singularibus naturæ subsidijs, corporisque dotibus inclytum ingenti labore, et assiduis officijs, vitæque exemplo ad Catholicam fidem adductum, cænoque scelerum emersum in Flandriam miserat, quo longius à pestilenti hereticorum consuetudine, et salutis periculo abesset. Sed aduersa tempestas non ventorum turbine magis, quam Cacodæmonum odio ~~non~~ salutaribus ceptis reflante nauem ab instaurato cursu auertens infelici flatu frustra obliuantes in Matiacorum insulam, quam hodie Zelandiam nostri indigentant,

Errorum patriam, loca fœta furentibus curis  
Non Neptuni magis, quàm Caluini fluctibus turbulentis obnoxia detulit. Num igitur, ut erat flexibili, cereoque ad omnem impietatem ingenio, perditorum hominum congressu, ac sermonibus corruptum ad eorundem sectarum, atque opinionum

monituro vitam precibus suis  
a Deo impetrat.



scopulos, quibus antea affixus fuerat, natura inconstantia,  
 mutuoque sodalium cohortationes retro auersum rapuerunt.  
 Reuersum paulo post in Angliam, seque officij gratis inter-  
 uisentem impense monuit Aloysia, uti datam numini fidem  
 sanctam, atque inuiolatam seruaret, neue iacta praedare  
 fundamenta pietatis voluptatum illecebris, et prauis soda-  
 lium cohortationibus nefarie euerti pateretur. Illius diei  
 memoriam identidem reuocare iubebat, quo datis in Belgi-  
 cam velis, perpetuam Christo pietatem, cultumque uouisset,  
 cuius sacramenti religionem infringere sine presenti sa-  
 luti periculo non posset. Hortationibus, precibusque mis-  
 sis cum nihil moueretur, ut erat obdurato ad execrandam  
 impietatem animo, alia omnia contempta religione  
 respondebat. Quem ut magis uigilet, grauius in eius  
 pectus horrida comminationis spiculis infixis, acerbam lae-  
 diuina vindictam praedicit. si numinis vindictam, mortemque diuinitus imminentem  
 ingenti ~~mentis~~ mentis ardore denuntiavit. Neque mi-  
 nori interim miseracionis studio impulsa, caelestem iram,  
 penasque, quibus tantam hominis pertinaciam recondere  
 decreuerat. Deus, assiduis orationibus deprecabatur. Sed  
 uiuente pietatem peruicacia, cum se ille impij opinio-  
 nibus penitus dedisset, nihilque de exitabili mentis rigore,  
 ac duritie remitteret, verum Aloysia uaticinium fune-  
 stus exitus effecit. Itaque pauis subinde diebus elapsis  
 acerbus de illius morte nuncijs delatus maestam, quibus  
 alienis malis illaerymantem haud exiguo doloris sensu af-  
 flixit. Alia item ad motus illius reliquijs a morte acci-  
 disse memorantur admiranda, quae quia incerta sunt  
 etiam num, pro certis ambigose a serenda mihi nequaquam  
 fuerunt; praesertim cum nullum certius sit vera pietate,  
 vitaeque sancte, ac laudabiliter peracta integritate mira-  
 culum, quae una beatorum gloria, C  
 et nomenque abunde C  
 illustratur C

S. D. FINIS. O. M.



179

# Syllabus capitum libri Primi

|                                                              |                 |
|--------------------------------------------------------------|-----------------|
| Ad vitam descriptionem introductio                           | 1 <sup>m</sup>  |
| Infantia Aloysiae, et educatio                               | 2 <sup>m</sup>  |
| De obitu Parentum                                            |                 |
| Educatio cum liberis Regijs                                  | 3 <sup>m</sup>  |
| Quibus in pueritia officijs se occupavit                     | 4 <sup>m</sup>  |
| Mariae Chaconae mors, et praecepta Aloysiae data             | 5 <sup>m</sup>  |
| Almazani meditationibus se, ac pietati dedit                 | 6 <sup>m</sup>  |
| Quam perfectionis desiderio teneretur                        | 7 <sup>m</sup>  |
| Quibus moralisationis studijs probata fuerit                 | 8 <sup>m</sup>  |
| Nuptias oblatas respuit                                      | 9 <sup>m</sup>  |
| ceptas moralisationes prosequitur                            | 10 <sup>m</sup> |
| Margyrij desiderium                                          | 11 <sup>m</sup> |
| Contra gloriam mundanam se obarmat                           | 12 <sup>m</sup> |
| consanguineos suos relinquit                                 | 13 <sup>m</sup> |
| Vivendi ratio in secessu                                     | 14 <sup>m</sup> |
| Gravibus animi, corporisque doloribus conflictatur           | 15 <sup>m</sup> |
| Difficultatibus, morboque liberatur                          | 16 <sup>m</sup> |
| Magna erga sacram Eucharistiam pietate afficitur             | 17 <sup>m</sup> |
| Vota emissa, et religiose servata                            | 18 <sup>m</sup> |
| Reliqua eius vota explicantur                                | 19 <sup>m</sup> |
| De Religionis instituto, et cenobio extruendo cogitat        | 20 <sup>m</sup> |
| Facultates suas domui Tyrocinijs Anglicani exigenda destinat | 21 <sup>m</sup> |
| In morbo scrupulis tentatur                                  | 22 <sup>m</sup> |
| litam omni ope promovere satagit                             | 23 <sup>m</sup> |
| Ad Anglicanum iter se comparat                               | 24 <sup>m</sup> |
| In subsidium missionis Anglicanae omnia sua confert          | 25 <sup>m</sup> |
| Suis per litteras valet dicit                                | 26 <sup>m</sup> |



P11

# Sibri secundi capita

|                                                                                             |    |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| In iter sedat Aloysia                                                                       | 1  |
| Per Hispanias, Galliasq; proficiens exempla virtutum edit                                   | 2  |
| In Angliam trajicit                                                                         | 3  |
| Quantas circa Sabitationem difficultates passa sit                                          | 4  |
| In Legati aedibus quomodo vixerit                                                           | 5  |
| Miseros, victosque in carcere inuisit                                                       | 6  |
| Litteris suis magnum Martyrij desiderium explicat                                           | 7  |
| Magnis obiectis difficultatibus propositum manendi in An-<br>gla confirmat                  | 8  |
| Haereticorum calumnias, et mendacia detegit                                                 | 9  |
| Legati domum relinquit                                                                      | 10 |
| Ab oratione ad animarum salutem curandam se conuertit                                       | 11 |
| Quanto ardore ad Catholicorum salutem incubuerit                                            | 12 |
| Veriusque misericordiae studijs se vitam tradit                                             | 13 |
| A prestando juramento fidelitatis auertit                                                   | 14 |
| Contentiones aliquot super Religione suscepra                                               | 15 |
| In Carcerem conijcitur                                                                      | 16 |
| Carcere liberatur                                                                           | 17 |
| Ministrum inter suos clarissimum ab errore abducit, et in vin-<br>cula coniectum consolatur | 18 |
| Ad solita pietatis opera se conuertit                                                       | 19 |
| Varijs casibus acerbis affligitur                                                           | 20 |
| In persecutione praesidia comparat                                                          | 21 |
| Gravi morbo tentatur                                                                        | 22 |
| Martyribus interuit, epulumq; instruit                                                      | 23 |
| Martyrum reliquias legit                                                                    | 24 |
| Sacerdotes domo suscipit, tegitq;                                                           | 25 |
| Domestici vitae praeccepta tradit                                                           | 26 |
| Effracta domo in carcerem ducitur                                                           | 27 |
| Carcere liberata, quid egerit                                                               | 28 |
| Aloysia morbus, et obitus                                                                   | 29 |
| An Aloysia fuerit Martyr                                                                    | 30 |



In effigiem Aloysia Carvajaliae

Virginitas ora uides, cui <sup>terris</sup> ~~caelestibus~~ didita ~~hinc~~ Iberis  
Gloria ter sancto caelestia honore ~~emulat~~  
~~Præcipua coronatis~~ ~~Gloria exabat equis~~.

Quaque caledonis <sup>decus</sup> ~~orbem~~ <sup>Lebhum</sup> ~~quasiuit~~ in oris,  
Purpureumque ~~bragis~~ <sup>bragis</sup> Martyris ora uides.

Ora uides: utinam et quisquam tibi peccata ~~et~~ <sup>tingat</sup> ~~et~~ <sup>tingat</sup> ~~et~~  
nil illis minus nempe uidere queas.








# Libri Tertij Capitula

181



|                                                                      |       |
|----------------------------------------------------------------------|-------|
| Exequie eius in Anglia celebrantur. _____                            | 1. m  |
| Hispani, et Vallisletici iuxta persoluantur _____                    | 2. m  |
| Corpus eius in Hispaniam devehitur _____                             | 3. m  |
| Sebastianopoli Vallisletum, et Madritum <sup>de</sup> portatur _____ | 4. m  |
| De studio perfectionis _____                                         | 5. m  |
| De animi Submissione _____                                           | 6. m  |
| De Vitae asperitate, ac penitentijs _____                            | 7. m  |
| De Pietate, et orationis assiduitate _____                           | 8. m  |
| Iudicij, mentisque integritas _____                                  | 9. m  |
| Paupertatis desiderium _____                                         | 10. m |
| De affectuum moderatione _____                                       | 11. m |
| Constantia eiusdem, animique magnitudo _____                         | 12. m |
| Begnitas in pauperes _____                                           | 13. m |
| Abnegatio voluntatis, et obedientie Amor _____                       | 14. m |
| Zelus honoris diuini, et Animarum _____                              | 15. m |
| Eucharistice veneratio, et desiderium _____                          | 16. m |
| De Prudentia, et circumspectione Animi _____                         | 17. m |
| Domestica illius in Anglia vite institutum _____                     | 18. m |
| De forma corporis, et statura _____                                  | 19. m |
| Anglia conuersionem quanto ardore expetierit _____                   | 20. m |
| Illustra quorundam de Aloysia iudicia _____                          | 21. m |
| Tribus aureolis ornatus _____                                        | 22. m |
| Memorabilia quaedam ab ea in viuis, et post mortem edita _____       | 23. m |



Libri Tertii  
Capitulum




|     |                      |
|-----|----------------------|
| 1.  | De rebus in rebus... |
| 2.  | De rebus in rebus... |
| 3.  | De rebus in rebus... |
| 4.  | De rebus in rebus... |
| 5.  | De rebus in rebus... |
| 6.  | De rebus in rebus... |
| 7.  | De rebus in rebus... |
| 8.  | De rebus in rebus... |
| 9.  | De rebus in rebus... |
| 10. | De rebus in rebus... |
| 11. | De rebus in rebus... |
| 12. | De rebus in rebus... |
| 13. | De rebus in rebus... |
| 14. | De rebus in rebus... |
| 15. | De rebus in rebus... |
| 16. | De rebus in rebus... |
| 17. | De rebus in rebus... |
| 18. | De rebus in rebus... |
| 19. | De rebus in rebus... |
| 20. | De rebus in rebus... |
| 21. | De rebus in rebus... |
| 22. | De rebus in rebus... |
| 23. | De rebus in rebus... |











Wido  
S. M.  
N. M.  
Car  
Vajal

51

MS

Biblioteca de Santa Cruz

293